aqua, tectoq; ab oibus interdicẽdũ eſſe. Ad approbationem uero hmõi decreti, diẽ unicã dũtaxat pſcripſere. Cõquerẽtibus maxime de his ciuibus, & Metellũ cõtinue armis circũſeptũ p̃mittẽtibus Metellus eos cõplexus, & electionẽ plurimũ cõmẽdãs, haud æquũ ſibi uideri, eius cã diſcrimen aliqđ inferri patriæ. His dictis ciuitatẽ egreſſus eſt. Decretũ uero ab Apuleio cõfirmatũ, quæ ex decreto uiciſſim Marius publicari iuſſit. His ex cauſis Metellus uir praſtãtiſſimus urbe electus, & poſt eũ Apuleius ter Tribunatu potitus eſt, & q; dẽ cũ eo fugitiuus habitus, Gracchũ antiquiorẽ parentẽ ſibi aſſerẽs, Quãobrẽ multitudo oĩs cũ eo ad electionẽ maxime operata eſt Gracchi deſiderio. Propoſitis aũt cõſulũ comitiis Marcus Antonius alterã i partẽ dubius electus eſt. Reliquã Glaucia, Menniuſq; in diuerſum traduxere. Sed cũ Menuus dignior exiſteret, ueriti illum Glaucia, & Apuleius nõnullos ad eũ cũ lignis in ipſa electiõe præmittũt, q Memiũ uulneribus aggreſſi inſpectãtibus cũctis interfecere. Hac ex re cõturbata cõcio, ſtati diſſoluta eſt, nullis legibus, aut iudicibus, aut uerecũdia eos cobibẽte. Populus ira & indignatione accenſus ſequẽti die ueluti Apuleiũ interfecturus accurrit, Ex hoc cætera multitudo ex agris deuoluta cũ Glaucia, Caioq; Saphinio Cẽſore capitoliũ inuadit. Senatu eos interfici mandante, turbatus Marius nõnullos armis inſtruxit, uerũ tardante eo alii aquarũ fiſtulas, quæ ad templũ cõfluebãt incidũt Saphinius tẽplo ignẽ immiſit ex ſiti ſe moriturũ autumans. Glaucia, & Apuleius Mariũ ſibi auxilio adeſſe arbitrati in primis ſe tradidere & poſt eos Saphinius. Marius omnibus ut eos occideret inclamantibus in Senatu cõcluſit quaſi legalius eã rẽ executurus. Hi occaſionẽ adeſſe arbitrati tranſennã a Senatu ſuſtulere, & qui circa Apuleiũ erant præcipita

Metelli probitas & exiliũ indignũ.

Ira, & indignatio populi.

Interficitur eodem tempore Cenſor. Tribunus, & prętor.

nere omnes, quoad Cenſorem. Tribunũ, prętoremq́ interfe-cerũt. Principatus cõſiliis adhuc aſſidentes ciues, Cæteraq́ multitudo ex diſſenſione confundũtur. Et Tribunus alius, qui Gracchi filius eſſe putabatur, primũ ea die Tribunatũ geſſit, cũ nulla ulterius libertatis, aut reipub. aut legũ, aut dignitatis, aut principatus eſſet utilitas. Ex quo Tribunitia poteſtas ad delictorũ pœnas, populiq; ſubſidia ueluti ſacroſácta quondã cõſtituta in hũc modũ deiecta eſt, taliaq́ perpeſſa. Interfecto a Tribunis Apuleio Senatus, populuſq́ Rom. una uoce clamare occipiũt. Metellũ eſſe reuocãdũ. Cæterũ Publius Furius Tribunus Plebis nõ libero, ſed libertino patre genitus audacter admodũ, ac cõſtanter illis reſiſtebat, ut neq́ Metelli filii p̃cibus in cõſpectu populi ſuppliciter eũ deprecantis, & ad pedes eius p̃uoluti lachrymãtiſq́ flecti potuerit. Qua ex cã puer idẽ ab hmõi p̃ſpectu prius ſubinde cognoiatus eſt. In ſequẽti anno Caius Cornelius Tribunus Furiũ ip̃m hac de cã in iudiciũ uocauit. Populus nõ expectato Furii r̃ñſo, in cõſpectu omniũ ſtatim ibidẽ deprehẽſum lacerauit. Sic aſſidue uniuſcuiuſq; odiũ in foro eminebat. Metello tãdẽ reditus cõceſſus eſt. Ferũt diẽ illi non ſuffeciſſe, dũ ad portas urbis obuios quoſq́ cõplecteretur. Ex hoc tertiũ ciuile bellũ Apuleii cũ duobus Gracchis fuiſſe cõſtat in quo tã multa in Romanos p̃petratã ſunt. His ita ſe hñtibus ſociale bellũ multarũ per Italiã gentiũ principiũ aſſumpſit. Quod ſubito exurgens ad ſummũ tandem uſq́ p̃uenit, ſeditioneſq; ex urbe ob timorẽ ſubſtulit. Verũ finiẽs lõge ampliores, turbulentioreſq́ excitauit. Seditionũ quoq́ principes potentiſſimos erexit, quiq́ nõ legũ latiõibus, plebeiſq; tumultibus inter ſe, ueꝝ exercitibus imẽſis, ſubitiſq; craſſarentur. Id aũt huic hiſtoriæ inſerere uiſum eſt, cũ ex Romana ſeditiõe principiũ aſſumẽs maiores

Bellum ſociale

adhuc tumultus, diſſenſioneſq́ cōciuerit. Ortum aũt ſumpſit in hūc fere modū. Fuluius Flaccus cōſulatū gerēs primus Italos palā excitaſſe dicitur ut in ciuitate aſſumerētur, & ex ſubditis participes fierēt dignitatū. Quā opinionē inducens idem cū in ea conſtanter diutiuſq́ pſeueraret ad Senatū in expeditionē miſſus eſt. In qua cōſumpta iā dignitate cōſulari Tribunatū eligere maluit, eū p cū Graccho iuniore adipiſci ſtuduit, hæc, & alia quędā cū eo etiam in italia meditāte. Ambobus autē interfectis, ut a nobis ſupius dictū eſt, multo magis Itali electi ſunt. Non enim in ſubditorū numero pro cōmuni portione eſſe ſuſtinebant, & Flaccū Gracchūq́ ipſis præſidētes talia pꝑeſſos haud facile pferre poterāt. Ex quo Liuius Druſus Tribunus plebis uir illuſtris rogātibus Italis legē illis de ciuilitate allaturū ſe promiſerat. Hāc enim pręcipue exoptabant, quaſi ſubinde ex ſubditis futuri duces. Is igitur hac in re populo ſubblādiēs colonias plures in Italia, & Sicilia, quę iāpridē decretę, nondū tamē conditę fuerant deducere ſuaſit. Senatum uero, & equites qui iudiciorū cauſa iāpridē inter ſe diſſidebāt, cōmuni lege cōiūgere tentauit. Cūq; iudicia haud aperte ad Senatum traducere liceret, ad utroſq́ in hūc modum deferre conatus eſt. Cū Senatores ob diſſenſiones ad tercentū fere creuiſſent numerum, totidem alios ex equeſtri ordine elegi potiſſimū illis perſuaſerat, qui omnes in futurū iudicia exponerent. Exactiones etiā munerū, ab his fieri pro crimine cōſcripſit, cū iā ex more quodā modo largitio haud multi fieret, quæ ſine rubore quæſtum faceret. Hæc igitur ad utroſq; meditatus eſt. Quæ res illi in cōtrariū ceſſit. Quippe Senatus moleſte admodū pferre uiſus, tot ſubito ſibi admiſceri uiros, & ex equitum numero ad ſummā uebi dignitatē, non abſurde arbitratus, cū Senatores

Fuluius Flaccus origo huius belli.

Qua forma Liuius Druſus Senatū cū eq̄ſtri ordine in unū copulare ſtuduit.

Attēde modum trāſferendi iudicia.

Equitē ſuſpitio.

Druſus ex lege a ſenatu pariter & equeſtri ordie odio habitus.

Italorū timor.

Druſi interitus.

effecti eſſent longe potētius primus illis ſeditionē in ſe concitaturos eſſe, cōtra equites nō mediocri ſuſpitione tenebātur, ſi ob hāc rem iudicia in futurū ab ipſis ſublata ad Senatum deferrētur. Cum enim ingentia lucra poteſtatēq; guſtaſſent, haud facile ea ſuſpitione carere poterant. Ob multitudinem præterea eorū in deſperationē, pariter ac ſuſpitionem inter ſe uenturos eſſe qui nam digniores uiderentur ad tercentum eligi numerū, ac cæteris inuidiā gigni erga meliores. Super omnia uero intra ſe querebātur, nouū in largitionibus exorſum crimen, quod a ſe perfortiter exploſum eſſet. Hūc igitur in modum equites Senatoreſq; & ſi alias inter ſe diſcordes eſſent in Druſum pariter fixere odia. Solus populus coloniarum deductione latabatur. Itali partim pro his, ob quæ Druſus hæc in primus cōmentus fuerat, partim pro coloniarum deductione uerebantur, quaſi publica Romanorū tellus quæ immenſurata adhuc erat haberetur. itaq; quidā ui, nōnulli clam qui ſibi ſtatim eriperentur inuaſere agros. Ex ea re plurimū propria tellure uexati. Tyrrheni atq; Vmbri, & ob hæc Itali metuētes, ut uidebatur, ad cōſules in urbē delati ſunt, re quidē ut Druſum interficerent, uerbo autē ut in legē cōclamarent, eoq; modo conſtitutam diem expectabāt. Id preſentiens Druſus raro in publicum progrediebatur, uerū in deambulatorio loco parū habēte lucis continue ius dicebat. Cū igitur circa ueſperā multitudinē, enutteret, ſubito ſe percuſſum eſſe cōclamauit, uixq; finito clamore in terram concidit. Repertus deinde ſutoris gladius femori eius infixus. Eoq; modo Druſus, & ipſe Tribunus occiditur. Equites itaq; calumniæ principiū aduerſus æmulos ex illius dignitate meditati. Quintū Valeriū ad tribunatū induci ſuadebant. Iudiciū eſſe in Italos quærēdū, qui in rēpublicā aperte,

aut

aut occulte auxilia prǽſtabāt ſperantes eo modo potētes oēs inuidię crimine circunuenturos eſſe, ſe uero fore indices, hiſq; eiectis facile urbis imperiū adipiſci poſſe. Recuſantibus itaq; cęteris Tribunis pferre legē, equites enſibus nudis circunſtantes eā promulere. Qua lata confeſtim Senatoꝝ pręſtantiſſimus accuſatores aſcripſere, quibus Viſtius haud obediēs ſponte profugit, ueluti ſeipſum non traditurus in manus hoſtium. Poſt illā Cotta in iudiciū uenit, Cū autē elate ad modum pro iis, quæ in republica geſſiſſet loqueretur, & equites reprehenderet, priuſq̃ decreto urbe eiiceretur, egreſſus eſt. Mumius Gręcia capta ab equitibus eū ſoluere policentibus, inſidiis petebatur. Qua ex cauſa turpiter indicio fugere cōpulſus in Delo uitam egit. Increbreſcēte itaq; dietim malo in optimos quoſq; populus triſtari cœpit, talibus, tantiſq; ſibi ereptis ingemiſcens uiris: Itali quoq; Druſi clade percepta, aliorūq; ad fugā occaſionem intuētes, haud facile ea tolerare poſſe rati, ſi illis ſubditi ea pati cogeretur, nec aliam in republica degendi formam ulterius ſperarent a Romanis deſecere, bellumq; in illos aciriter inferre ſtatuunt. Clā uero inter ſe fœdera ineūtes, obſides ad fidē mutuā hac de cauſa tradidere. Quę res per multū tēporis Romanos ob diſſenſiones, & iudicia in urbe latuit. Cū autem animaduerſa eſſet, nō nullos ad urbes demiſere huic quæ ſecreto a complicibus exquirerent. Ex his cū quidam adoleſcentem ex Aſculi urbe obſidem datū, & ad aliam delatū urbem intueretur, ſtatim Seruilio proconſuli circa ea loca prǽſidenti notū facit. Erant quippe, ut uidetur, Italia proconſules per partes prǽſidētes, quos multo deinde tēpore imitatus Hadrianus cum princeps extitiſſet. Romanis innouare ſtuduit, qui ordo poſt illū breui permanſit. Seruilius igitur ira accenſus, arrepto curſu ad

Lex alia.

Defectio Italorū a Romanis.

Seruilii interitus ab Aſculanis.

Aſculũ uenit, ciuibuſq́ in publico ſolẽnia agentibus grauiter inſultãs occiſus eſt. Cunctis itaq́ eos deſpicientibus. Fonteius poſt illũ legationis cauſa demiſſus, & ipſe interfectus eſt. Sic enim illos, qui gẽtibus pręſunt, & a Senatu ad ſubſidia mittuntur legatos ſolent appellare. Occũbentibus his neq́ cęteris Romanorũ uenia ulla adhibebatur. Sed omnibus apud ſe moram ducentibus, inſurgentes Aſculani uitam ademerunt, bona eorũ prędę expoſuerũt. Patefacta iam tãdem defectione omnium, quicunq́ Aſculanis finitimi fuere ad arma concurrunt, Marſi ſcilicet, Malini, Viſtini, Maruceni, & ultra hos Picentes, Ferentani, Hirpini, Põpeiani, Venuſini, Iapyges Lucani, & Sãnites, quę gens prius aduerſa admodũ, & grauis Romanis fuerat, & quicunq; alii a Lario flumine qui ut mihi uidetur ad Liternum defluit, & quicquid ad Ioniam ſinũ pedeſtri maritimoq́ itinere patet, hi omnes legatos ad Romanos miſere apud eos cõquerẽtes, quod omnia ad principatum illorũ meditati, haud digni eorum re publica habiti fuiſſent. Quibus Senatus acerbe reſpõdit. Si eorũ quę egiſſent illos pœniteret, legatos ad ſe mitterẽt, Sin minus mittere deſiſterent. Illi deſperatis rebus ad bellandum ſeſe pręparant, quibus exercitus ex urbibus in cõmune affuere, eqtũ unus, peditũ reliquus uſq́ ad centum miliũ numerũ. Romani ęqualem illis ex aduerſo ſtatuere, partim a ſeipſis partim a ſociis Italiæ urbibus, & adhuc in fide manẽtibus collectũ. Romanis Sextus Iulius Cæſar, & Publius Rutilius Lupus conſules præerant, ambobus tamq́ ad magnum, & finitimum egreſſis bellum cũ reliqui portas mœniaq́ tuerentur. Quemadmodũ autẽ domeſtico, & uicino maxime opere, & circa leges eorũ diſſidente, uariarumq; partium adhibentes animũ prætores, conſulibus ex optimis quibuſcũq; addidere. Rutilio uidelicet

Fõteius legatus iterimitur.

Italiæ populi q in romanos bellũ mouere.

Italorũ legati ad Romanos.

Legatorũ querela.

Magnanimus Senatus reſpõſio

Gneum Pompeiũ parẽtem Pompeii illius qui magnus cogno-
minatus eſt, ac Quintũ Cepionem, Caiũq;,
Marium, ac Valerium Meſalam. Sub Sexto Cæſare Publium
Lentulũ, ac fratrem ipſius Cæſaris, & Titũ Didium, Liciniũ
Craſſum, Corneliũ Syllam, & pręter hos Marcellũ. Tot enim
uiri ſub conſulibus inter ſe diuiſi prouinciã adminiſtrabant,
quibus omnibus conſules præerant. Alios præterea Romani
illis obſequentes, ueluti ad inſigne quoddã bellum unnicuiq;
miſerant. Italis duces ex urbibus alii aderãt cõmunes in cõ-
muni, exercitu, quibus omnibus pẽrãt Titus Affranius, Caius
Pontilius, Marius Ignatius, Quintus Põpedius. Caius Papius
Marcus Lãponius, Caius Iudacilius, Erius Aſinius, & Ve-
ctius Cato, qui exercitũ inter ſe diuidẽtes Romanoꝝ duci-
bus aduerſi ſteterant, multa inferentes dãna, multaq; patiẽ-
tes, Quoꝝ omnium, ut a principio digniora exequar huiuſ-
modi fuiſſe cõſtat. Vectius Cato Sextum Iuliũ acie propellẽs,
duobus milibus in bello cæſis ad Aſerniã deduxit urbẽ, Ro
manoꝝ fauentem partibus. Itaq; Lucius Scipio, & Lucius
Acilius ſeruorum ueſtes induti fuga abiere. Cæteri tẽpore Deſcriptio
fameq; perdomiti ſe illi dedidere. Marius Ignatius Venefra belloꝝ, q̃
no per proditionẽ recepto, duas romanoꝝ cohortes in ea de- inter Ro-
prebẽſas interemit. Preſenteius autẽ Publius Perpẽnã ad de- manos &
cem milia hominum ducentem in fugã uertit, ex quibus ad Italos ge-
quatuor milia cæſa ſunt, reliquis maiorẽ armoꝝ ademit par ſta ſunt
tem. Qua ex re Rutilius conſul Perpennã ab exercitu ſum-
mouit, eiuſq; copias Caio Mario ſubiecit. Marcus aũt Lam- Nola ex p
ponius ex his, qui cũ Licinio Craſſo aderant ad octingentos ditione ca
occidit. Reliquos ad Adrimetum urbem inſecutus eſt, Caius pta a Caio
Papius Nolã ex proditione recepit, & romanis ad duũ miliũ Papio.
numerum in ciuitate ea reſidentibus publice per præconem

Salernum romanorũ colonia. annunciari iubet, Si cũ eo militare uellent. Quoſcunq; igitur conditionem admittentes in armis habuit. Duces militiã re-cuſantes carceri incluſos fame necauit. Caſtabulos pręterea cœpit. Minternum quoq;, & Salernũ, quę Romanorũ colonia fuit, & captiuos ex ea habitos ſeruoſq; militię aſcripſit, quæ-cunq; Nuceriæ finitima incendit igne, utq; ciuitates proxi-mas timore afficeret, exercitũ ſibi dari poſtulauit. Cui pedi tum decẽ milia, equites mile attributi ſunt. Cũ his Papius ad Acherras caſtra poſuit. Sexto autẽ Caſare galataron peditum decem milia, & Numidas Mauruſioſq; deducente, equites, & ad Acherras accedente, Papius Oxintam Iugurtæ Numi darũ regis filium, qui a Romanis Venuſii cuſtodiebatur, ur-be extulit. Hũc purpura regia uelatũ ſæpenumero Numidis, qui cum Cęſare aderãt oſtendit. Multis igitur Numidarũ ad eum tanq; regẽ fugiẽtibus, reliquos Cęſar ueluti ſuſpectos in libyã demiſit. Papio ſtrenue ad eũ accedente propius, & par tem ualli diruente, equites reliquos e portis emittens Caſar ad ſex milia hoſtiũ occidit, & ſubinde ex Acherris exercitũ deduxit. Iudacilio in Iampyga exiſtenti Canuſiũ, Venuſiũq; & plæręq; aliæ ciuitates adhęſere, quaſdã etiam ſibi aduer ſantes idẽ obſidit, & qui illuſtriores in his fuerant Romanorũ interemit, populares item, ſeruoſq. militiæ aſcripſit. Rutilius conſul, & Caius Marius ſupra flumen Lyrim pontes tranſeũ-di cauſa, nõn magno inter ſe ſpacio coniũxerant, qbus Vectius Cato aduerſus ſteterant non lõge a Marii ponte. Clam itaq; noctu circa Rutilii pontẽ inſidias in ualle diſponit. Simul aũt Rutiliũ in tranſitu uidere diſſimulans, inſidias educit, pluri buſq; iter arida necatis multos flumini immerſit. Hoc in pręlio Rutilius ab hoſtibus ſagitta caput ſaucius non multo poſt interiit, & Marius ad alterũ cõſtitutus pontẽ, ex corporibus

Cæſar romanæ uictorię principiũ.

Vincitur Rutilius a Catõe per inſidias. Mors Rutilii conſulis.

fluuio immerſis, atq; natãtibus cladem arbitratus, expulſis his, qui propius obſtiterant fluuiũ ſuperat, uallumq; Catonis paucis cuſtodientibus intercipit, ut Cato eo in loco quo uictoriã adeptus fuerat pernoctare, & cõmeatu deſtitutus ſtatim copias abducere coactus ſit. Rutilii multorũq; illuſtriũ corpora Romã delata quo ſepulchro, mandarentur miſerandum præbuere ſpectaculũ, conſulis totq; alioꝝ inuentibus funera, & per plures dies luctus excitatus eſt. Ea ex cauſis Senatus defunctoꝝ corpora, quę in bello occubuiſſent, eo in loco ſepeliri uetuit, quo alioꝝ humarentur, ut ab oculis nulitum quã longiſſime abeſſent. Quod hoſtes intelligentes uiciſſim, & de ſuis ſtatuere. Rutilio ſucceſſor reliquo anni tẽpore nemo ſubſtitutus. Sextus Cęſar cũ quietem nunime ageret ſed continue ad comitia Romã cõmearet, Senatus exercitui, cui ipſe præerat Caiũ Marium, & Quintum Cepionẽ præſidere uoluit. Ob eã rem Cepioni aduerſus Quintus pompedius prætor trãſfugæ in morẽ ab exercitu receſſit, duos impuberes ſeruos ſecũ trahens, filioꝝ in morẽ purpureis ornatos ueſtibus eoſq; in poteſtatem ſibi tradidit, & ut fidẽ promereretur, maſſas quaſdã plũbeas auro, argentoq; contectas. una detulit, ſummaq; celeritate Cepionem adhortatus eſt, ut cũ copiis inſequeretur, quaſi illi duce deſtitutum relicturus exercitũ. Ductus credulitate Cepio eũ inſequitur. Pompeius loco proximus ubi inſidiæ latebant, collẽ quendã ueluti hoſtes ſpeculaturus aſcendit, ſignumq; illis extulit. Hi ex inſidiis prodeuntes Cepionẽ, pluresq; alios ibidem captos interemere, Cepionis exercitum Senatus Mario adiũxit Sextus Cęſar cũ peditibus triginta milibus, equitibus quinq; milibus per uallẽ quandã, locaq; ſcrupuloſa delatus. Mario Ignatio ſubito occurrente in uallem compulſus, ingruẽte morbo

Octaua romanorum clades.

Senatus ordo in humandis militibus.

Sexti Cęſaris ambitio.

Fraus.

Nona clades.

Vincitur Sextus Cęſar a Mario Ignatio.

Pricipium ad lectũ transire compellitur, fluminis cuiuſdam in ripa, cui
romanę ui unicus per pontem patebat aditus. Quamobrẽ maiore exer-
ctoriæ. citus ſui parte deleta, reliquorũ amiſſis armis, uix tandem in
Marſi a Theanum fuga delabitur. Reſiduos cum eo exiſtentes quoad
Sylla, & licuit inſtruxit armis, Cætera multitudine ad eũ fugiente, ſu
Caio Ca- pra Acherras, quæ adhuc a Papio obſidebatur caſtra poſuit.
rio oppſſi. Exercitibus utriſq; aſſiſtentibus, neutiq; alter alteri ob timo-
rẽ cõgrediebatur. Marſos autem Cornelius Sylla, & Caius
Marius aggreſſi continue inſequebantur, quoad uitiũ obli-
gamina incurrerent. Cũ uero Marſi uitium nodos ægre ſu-
perarent Mario ac Syllæ ulterius progredi haud uiſum eſt.
NouũMar Cæterum Cornelius Sylla ab altera uitiũ parte caſtrameta-
ſorũ bellũ tus, difficultatem hoſtibus obiectam animaduertens. Marſis
cum roma fugientibus occurrit, multoſq; interficit, ut ad numerum fe-
nis re ſex milium extincti referantur, & longe plura a Romanis
arma ſuſcepta ſint. Marſi ferarũ more ſe deceptos ægre ferẽ-
tes, iterũ cœpere arma, denuoq; cũ ipſis congredi conantur:
Sed cum illi pugnam detrectarent, belli initiũ nuſq̃ factum.
Eſt enim Marſorũ natio bellicoſiſſima ad modũ. Feruntq; hac
ipſorũ dũtaxat culpa triumphum de illis habitum, cum prius
neq; aduerſus Marſos, neq; ſine Marſis triũphus ullus ade-
Fugatur ptus ſit. Circa Falernũ montẽ Iudacilius, & Titus Affranius,
Põpeius. & Publius Ventidius cum Gneo Pompeio inuicem congreſſi
in fugã uertere, & ad urbẽ uſq; Firmũ perſecuti ſunt. Dein-
de ad alia duxere copias. Affranius Pompeio intra Firmum
incluſo caſtra appoſuit. Ille uero cæteros in armis præparans
ad bellum non prodibat. Aduentãte alio exercitu Sulpicium
a tergo Affranio immittit. Ipſe in fronte progreditur. Itaq;
dum prælũ gerit, laborantibus utriſq;, Sulpicius hoſtiũ ca-
ſtris iniecit ignem. Quod intuentes illi ad Aſculũ perfugiũt,

nullo militari ordine carpentes iter. Affranius pugnans inte= rimitur. Pompeius ad Aſculū profectus urbem obſidebat. Erat quippe Aſculum Iudacilii parētis oppidū, quo timore ductus Iudacilius, cū cohortibus octo confeſtim acceſſit. Præmiſſis ad aſculanos nunciis, iubet ut cū longe uenientem uiderint, ſubito accurant, hoſtiumq; circumſtantiū caſtra aggredian= tur, ut præliū utraq; ex parte in eos gereretur, quod ab aſcu lanis neglectum eſt. Iudacilius igitur per medios hoſtes cū quibus potuit ui delatus, eorū timiditatem infidelitatemq; re darguit, quaſi ulterius urbem tueri deſperarent. Aemulos ue ro qui cū eo prius diſſidebāt, & tunc quidem multitudinem a mādatis ſuis deterruerant, interemit omnes, deinde in tē= plo pyram erigens, ſupra eam menſam ſtatuit, & in ſummo cū amicis epulatus eſt. Perſeuerante adhuc conuiuio uenenū in= troducitur, quo ſumpto ſupra pyrā ſeſe collocans, ut ignem illi immitterent orauit. Sic Iudacilius egregie pro patria cōten dens, extinctus eſt. Sextus Cæſar cū deponendi muneris tem pus acceſſiſſet, procōſul a ſenatu electus uiginti milibus ho= ſtiū, qui in exercitu aderant occurrit, ex quibus ad octo mi= lia occidit, pluriū etiam aſſumpſit arma. Circa Aſculū caſtra= mentanti cum creatio eius in longū traheretur morbo deceſ= ſit, prętorem eius loco Caiū Bebium inſtituens. Et hæc qui= dem circa Italiam Iouiumq; geſta. Intelligentes autē hæc illi qui ab altera Romæ parte incolunt Tyrrheni, & Vmbri, & aliæ his finitimæ nationes ad defectionē una cōſenſerunt. Veritus igitur Senatus ne hoſtibus omni ex parte ingruenti= bus urbem minus tueri poſſet, mare omne a Cumis ad urbē uſq; libertis cōmuniuit, tunc primū ad militiam ob uirorum inopiā accitis, Italos uero in ſocietate permanētes adhuc, re liquorū ciuiū numero aſcripſit, ꝙ unicū ab omnibus maxime

Fugantur Itali.

Affranii interitus.

Obſidetur Aſculū a Pompeio.

Aſculāorū negligētia

Mirabile genus mortis a Iudacilio excogitatum.

expetebatur, Idem, & Tyrrhenis cōceſſeret, qui ciuilitatem cupidiſſime cōplexi ſunt. Hac igitur caritate uſus Senatus, ex benignis longe benigniores ſibi reddidit, & qui dubii adhuc erant in fide cōfirmauit. Aduerſantes præterea in bello ſpe huiuſmodi ciuilitatis nitiores habuit. Hos nuper in urbē delectos uiros, Romani ne utiq; eorū tribubus, quæ triginta quinq; numero fuere, ſtatim miſcuerunt ne priſcis illis numero ſuperiores, in creationibus aliquādo anteferrentur, uerū eas decimantes alias denuo ex illis creauere, in quibus ultimi ſuffragia ferebant, & plerumq; eorū calculus nullius fere momenti habebatur, cū quinq; & triginta in primis uocarētur, quæ ſupra dimidiū reliquas excederent, quod a principio efflagitantibus Italis eos latuit. Cū uero res cognita fuiſſet, alterius diſſenſiōis cauſam præbuit. Qui autē circa Ioniū fuere nondū tyrrhenorū pœnitentia perfecta, quindecim uirorū milia, longis itineribus, nulla intermiſſione in auxilium eis præmiſerunt. Quibus occurrens Gneus Pōpeius iam tum conſulatum adeptus, ad quinq; milia occidit, reliqui uero ad propria per regionē ſterilem hyberno tempore, ſummo labore reuerti ſatagentes, cum dimidia fere eorū pars glandibus toleraret famē, inopia conſumpti ſunt. Eadem hyeme Cornelius Cato Pompeii collega contra Marſos bellū gerens interfectus eſt. Lucius Cluentius ad Pōpeios montes Sylle caſtrametati ſumma diligentia bellū gerens uix tribus ſtadiis longius aberat. Eā ignominiam cū ægre perferret Sylla, non expectatis iis qui pabulatum mittebāntur, Cluentiū aggreditur, ac tū quidem uictus effugit. Sylla aſſumptis deinde pabulatoribus Cluentiū inuadit, auertitq;, qua ex cauſa longius caſtra ponere cōpulſus eſt. Galatis deinde ad eū confluentibus, iterum Syllæ propius acceſſit. Cum uterq; exercitus ad bellum

Origo alterius ſeditionis.

Lucii Cluentii bellū in Syllā

Syllæ uirtus.

conueniret, Galata quidã uir corpore eximio, curſu cæteros anteuectus, quempiã ex Romanis in pugnam prouocat. Huic occurrens Mauruſius ſtatura perbreuis protinus ſuperat, occiditq;. Eo aſpectu conterriti Galatæ fugam capeſſunt, diſſoluto ordine, nec acieq; ulla Cluentio ulterius ſubſtitit, uerum Nolam concito curſu turbatæ aduolant. Quos continue inſecutus Sylla, ad triginta milia interemit. Nolanis deinde per portam eum ſuſcipientibus, ne hoſtes ipſis inſurgerent, reliquos omnes circa mœnia, ad numeq; uiginti milium occidit, cum quibus, & Cluentius egregie pugnans interimitur. Sylla deinde ad alias delatus nationes, quæ Hirpinæ appellantur, cum caſtra illis appoſuiſſet, in Nolanos decurrit. Hi Lucanos exorta luce in auxilium ipſis uenturos expectabant. Tempus itaq; ad conſultãdum a Sylla petiere. Ille intellecta fraude, horam Nolanis diffinit, & oppidũ ligno uallatũ appoſitis ſcalis, poſt horam protinus aſcẽdit. Ea ex trepidatione compulſi ciues, urbem Syllę tradidere, quã ille neceſſitate potius quã beniuolentia ſibi obſequentem prædæ expoſuit. Cæteris ſe dedentibus ueniam conceſſit, donec hirpinas nationes omnes ſibi ſubdidit, & in Sannites deduxit exercitũ non his quidẽ itineribus, quę Emotilus eoq; dux diligenter obſeruabat, uerum aliam nactus itinerationem per anfractus ignotã pluri mis ex ea, hoſtibus inuectus eſt, multoſq; ex iis occidit, reliquis ſparſim fugientibus. Emotilus cũ paucis in Aſerniã ſaucius aufugit. Sylla ſublato exercitu in Buanos trãſgreditur, quæ gens cõmune deficientiũ receptaculum fuit, cum tribus arcibus inſigne eoq; eſſet opidũ, & Buani ea fiducia Syllæ aduerſarentur. Ille nonnullis præmiſſis quam primum ex omnibus arcem aſcendere poſſent, iubet occupare, deinde ex fumo rẽ notam ſibi facere. Prodeunte igitur fumo, qui a fronte

Galatarũ fuga & occiſio a Sylla.

Syllæ uictoria & Cluẽtii interitus.

Nolani Syllã decipere meditati ab eodẽ opprimuntur.

Nola prædæ expoſita.

Syllæ uictoria de Hirpinis, & Sannitibus.

Prælio triũ horarũ oppidum a Sylla captum.

conſtiterant aggreditur, ac tribus continuis horis prælio decertans urbe potitur. Et hæc quidem æſtatis temporibus feliciter a Sylla geſta. Inſtante hyeme, Romã ad conſulatũ petendum reuerſus eſt. Gneus autẽ Põpeius in marſos Mauricenos, Veſtinoſq; deduxit. Caius Coſconius alter Romanorũ prętor cum exercitu delatus Salpiã incendit, Cannaſq; ſuſcepit, & ad Canuſiũ diſpoſitis caſtris, Samnitibus illi inſurgentibus ſtrenue obſtitit, quouſq; cædes utrãq; ex parte inſignis editur, & Coſconius copiis debilitatus intra Cannas recedere compellitur. Trebatius Samnitum dux flumine utriuſq; copias excludente, Coſconiũ adhortatur, ut uel ſuperato fluuio ad ipſum pertranſiret, uel ripa fluminis excedens tranſeũdi facultatem ſibi traderet. Ille igitur loco ceſſit & Trebatio tranſeũti occurrens pugna ſuperior euaſit. Nam illo ſupra fluuiũ arripiẽte fugã ad quindecim hoſtiũ milia interemit. Reliqui cũ Trebatio ad Canuſiũ celeri fuga delati ſunt. Coſconius Larinenſiũ, Venuſinorũ, Aſculanorumq; uaſtatis agris, in podiceos peruenit, duobuſq; diebus nationẽ illam ſuperauit. Cecilius Metellus ſucceſſor illi ſubſtitutus ad bellum cũ ueniſſet, in Iapygas deſcendit, eoſq; bello deuicit. Et Põpilius alter ex ducibus qui in bello defecerãt, interim occubuit. Reliqui partes ad Ceciliũ uenere. Et hæc quidem per Italiam ſociali in bello geſta ſunt cũ in maius augeretur, quoad Italia omnis in populi Romani Rempublicam cõceſſit, Lucanis, & Samnitibus eotẽpore exceptis. Videtur quippe & hi eadem poſterius aſſecuti, & inter tribus quemadmodũ priores ſeparatim electi eſſe, ne ſi priſcis miſcerentur in creationibus longe præcellerent numero ſupiores. Per idẽ tempus optimates in urbe contẽdere cœpere, cum quidã debita cũ uſuris emerent, lege quadã ueteri iubente, ſupra fœ

Victoria Italiæ ois a Romãis

tus, fœnerari minime licere, qui id effeciſſet eãdem mulctã ab illo ſubeundã eſſe. Abborruiſſe mihi quidẽ uidentur ueteres Romani fœnoris conſuetudinẽ; quemadmodũ & Greci, nec ſecus ac cauponandi quæſtũ quendam exiſtimauiſſe grauem, intolerabilẽq; pauperibus, & inimicitias ultro procreãtem. Qua ratione cõmoti Perſę cõmodari deceptibile quod dam, mendaciiſq; refertũ eſſe exiſtimant. Conſuetudine dein de temporis fœnus approbante, hi quidẽ ſecundũ morem exigebãt. Illi uero ueluti ex bello, & ſeditionibus redditiones ex bibebãt. Erant & qui fœneratores pœna mulctandos eſſe prędicarent. Quippe Aſelius prætor, ad quẽ iſta ferebantur, cũ fœnus diſſoluere nullo modo poſſet iudicia illis uiciſſim attribuerat, quæ difficultatem ex moribus, Legeq; prodeuntẽ diffinirent. Legem itaq; ueterem innouari moleſte ferentes qui fœnus exercebant, Aſelium hunc in modum interemere. Forte ſacra Caſtori, Polluciq; in foro celebrabat. Multitudine itaq; illi in ſacris aſſidente quidã lapide prius emiſſo phialam excuſſit, & ad Veſtæ templum ſubito accurrit. Nõnulli igitur eũ præcedentes templo excluſere, demũ in diuerſoriũ fugientem interficiunt. Multi ob id perſequẽtium ad eorum uirgines eos fugere arbitrati eum ad locũ delati ſunt, quem uiris ingredi minime fas fuit. Hac ex Cauſa Aſeliũ prætorẽ, ſacra peragentem, ſacerdotemq;, & ueſte aurea, ut in ſacris mos fuit aſſidentem, horã circa ſecundã fori medio interemere, Senatus per pręconem ſtatim annunciari iubet, ſi quis Aſelii interfectorem publicaret, libero quidem argentũ, ſeruo libertatem, cõſcio ueniã polliceri. Quod nemo propterea facere eſt auſus, fœneratoribus interim reũ occulentibus. Hæc igitur cædes, ac diſſentiones adhuc inteſtinæ, ciuileſq; per partes extitere. Dehinc exercitibus magnis ſeditionũ princi-

Fœnus ab antiqs reprobatum.

Perſarũ iudicium de fœnore.

Aſeliũ mors.

Attẽde ſenatus edictũ ob Aſeliũ necem.

pes bello legibusq; adinuicem certarūt cū patria ueluti bravium in medio consiſteret. Tranſitus aūt ad hæc, & origo ſtatim poſt ſociale bellū in hunc modū prodiit. Cum mithridates ponti, & aliaꝝ gentium rex Bithyniam, & Phrygiā, & his finitimam Aſiam ingreſſus eſſet, ut a nobis ſuperiore libro perſcriptū eſt. Sylla conſul electus Aſiæ expeditionem mithridaticūq; ſortitus eſt bellum, dum Romæ adhuc eſſet, Marius uero belli opportunitatē utilitatemq; conſiderans, cū illud affectaret, Publium Sulpiciū Tribunū, qui ad hæc opē illi afferret multis publicationibus inducere tentauit. Nouos etiam ex Italia ciues, qui minus poſſiderent, ad ſuffragia per omnes tribus, ſpe quadā diſſidere pſuaſerat, nihil de neceſſitate ſua prælocutus, quibus ut ſeruis in omnibus uſus eſt obſequētibus. Ac propere Sulpicius de his rebus legē tulit, qua confirmata neceſſe erat quicquid Marius aut Sulpicius cuperet, effectum conſequi, nouis ciuibus longe priſcos numero exuperantibus. Verum qui antiquiores aderant hæc ipſa cognoſcētes acerrime nouis reſiſtebāt, lignis, lapidibusq; in eos depugnabant. Increbreſcente dietim malo, ueriti cōſules, approbatione legis potiſſimū inſtante pluriū dieꝝ uacationem inſtituere, quemadmodū feſtis diebus, ac ſolennibus mos fuit ut aliqua interim mutatio creationis, tumultuſue fieret. Veꝝ Sulpicius uacatiōe minime expectata, ſeditioſos quoſq; tectis enſibus ad foꝝ iubet accedere, & qcqd neceſſe foret exeq, nec conſulibus parcere ſi occaſio expoſtulet. Cū omnes prōpti adeſſent, uacationem ut iniquam accuſare pergit, iubetq; Corneliū Syllam, ac Quintum Pompeiū conſules uacationem ſubito diſſoluere, ut approbationē legis afferat. Elato tumultu qui illum circūſteterāt enſes exuerunt, & conſules ipſis aduerſantes interficere uelle minantur. Ob id Pōpeius latitans

Initiū cōtētionis inter Syllā, & Mariū.

Cōtētio inter ueteres ciues, & nouos.

Vacatio pluriū dierū a cōſulibus iſtituta.

Attende morē ſolēnibus diebus.

effugit Sylla ueluti cõſulturus paulatim ceſſit. Filiũ uero Põpeii Syllæ adſiſtentem, & pleraq; audacius locutum, illi ipſi Sulpici ſequaces interficiũt. Sylla in concionẽ reuerſus uacationẽ diſſoluit. Deinde ueluti Capuam ad exercitũ iturus, ex Capua in Aſiam ad mithridaticũ bellũ ſeſe præparat. Nõ enim quiſpiam quæ ab eo agittabantur intellexerat. Sublata uacatione, & Sylla ab urbe remoto, Sulpicius legem protulit, & Caio Mario cu us cauſa hæc agebat, Syllæ loco mithridaticũ bellum deſtinat. His præceptis Sylla bello quã primum decernere ſtatuit. Milites igitur in concionẽ conuocat, quemadmodũ Marius mithridatico bello inhians lucri cã milites alios ipſis antetulerit, annunciat cõtumeliam omnẽ in Sulpicium, & Marium refert, nihil aliud aperte queri auſus, non enim de bello palam fari audebat, monuit ut ad mãdata parati eſſent. Hi quæ facere audeat mente cogitantes, ac de ſe ipſis plurimũ ſolliciti, ne interim expeditione illa priuarentur, quæ animo conciperint Syllæ referant, ſuadent ut ſe fidenter Romã ducat. Quibus exhilaratus Sylla ſex militum legiones confeſtim mouet. Verum exercitus primores, quæſtore uno dũtaxat excepto, non ſuſtinẽtes hoſtiles copias patriæ inferre, Romã propere accurrũt. Legati cum Syllã ad urbem properantẽ offendiſſẽt, rogare incipiũt, qua ex cauſa cum armis exercitu in patriã deduceret. Quibus ille ut eã a tyrannis liberãret, & hæc bis, terq; aliis, atq; aliis præfatus legatis, ſimul annũciare iubet, an uelint Senatũ cum eo, ac Mariũ, Sulpiciũq; in campo martio adeſſe, & agere quæcũq; illis uidebãtur? Appropinquãte eo Pompeius collega laudatis iis quæ egiſſet, & approbatis, ad Syllã acceſſit, ad omnia paratus obſequi Marius, & Sulpicius modico interuallo apparatus indigentes, legatos alios emiſere, quaſi,

Vacatio a Syllã diſſoluta.

Legati Romanorũ ad Syllam.

Tarda, & inepta legatio. Cōſulū rñſio. Obſidio Romanæ urbis a Sylla. Bellū iter Syllā & Mariū. Timor, & imbecillitas militū Marii. Fugatur Marius ex urbe cū ſuis.

& hos Senatus deſtinaſſet rogant, ne propius ad urbē quadraginta ſtadiis caſtra locet, quouſq; de præſentibus inter eos conſultū ſit, Sylla, & Pōpeius legatione animaduerſa, id facere nelle reſpōdēt, ac ſtatim legatos abire imperāt. Sylla, ualles, & quæ propinqua ſiere mœnibus loca, militū legione occupat. Pōpeius colles alia legiōe cōmunit. Tertiā Sylla ad pōtē ligneū emittit. Quartā ante urbis muros in ſupplemētū iubet ſubſiſtere. Ipſe cū cæteris urbē ingreditur hoſtili opinioe, & opere. Qua ex cauſa, q circa illū inhabitabāt deſup tela emittere cœpe, quoad eorū domos incēdere uelle cōminatus eſt. Tūc aūt ſeſe cōtinuere. Marius, & Sulpitius ad Eſqliū forū, cū qbus armati potuere illi occurrūt. Fit ſtatim hoſtilis pugna, Tū quidē primū in urbe, neq; ſub ſeditionis imagine, ut prius, uerum nulla excuſatione cum tubis, ſigniſq;, ueluti belli lege decertarēt. Ad tantum eos flagitiū diſſenſionum peruexit incuria. Cōuerſis Syllæ militibus ipſe arrepta aquila in periculū ſeſe immittit, quaſi imperatore opus eſſet, & ut ſi quis uexillis abeſſet, uerecūdia ductus a fuga temperaret. Cæterā multitudinē in prælīū conuertit, ac primum tyrones ab exercitu omni aduocat, alios per Saburræ uiam emittit, qui celerrime hoſtes a tergo inuaderent. Qui autē circa Mariū fuere inſurgētibus debilius obſtabant, ob uiarum tranſitus circūueniri ſe ab hoſtibus uerentes. Ciues igitur e domibus eorū depugnātes aduocabāt, ſeruis etiam libertatē pollicebātur qui opē attuliſſent. Nemine prodeūte ad bellū deſperatis rebus ex urbe fugaſe proripiūt, & cum illis quicūq; illuſtriores una conſpirauerāt. Tunc uero Sylla uiam quæ ſacra dicitur ingreſſus quoſcūq; ad prædā accurentes in mediū nactus ſupplicio affecit. Præſidiis etiam in urbe diſpoſitis p partes, ipſe, & Pōpeius hinc inde peragrāo

tes noctē peruigilē egere ne quid ab iis qui timebātur, aut a uictoribus crudelius fieret in urbe. Orta luce populū ad concionē conuocantes, de reipublicæ gubernatione quæſiti ſunt, quaſi maiori ex parte popularibus quibuſdā ambitioſis addicta eſset, quantūq; ipſi ex neceſſitate feciſſent retulere. Addidere etiam nihil ulterius ad populū, niſi prius cōſultū afferri debere, quod antea conſuetū iampridē fieri deſiiſſet. Creationes etiā munerū, ac dignitatū non atribubus ſed per turmas eſſe faciendas, queādmodū a Tullio rege cōceſſum fuerat, arbitrati ob hæc duo legē uidelicet nullam ante Senatum ad multitudinē deferri poſſe, neq; creationes tenuioribus & audacibus diuitū, & bene conſulentiū loco collatas, diſſenſionū occaſiones præbituras eſſe. Multaq; alia ex Tribunorū principatu tyrannice potiſſimū effecta tollētes ad Senatum tuuc quidem ex paucitate pene contemptū, ex optimis trecentos uiros elegere, ac quæcūq; a Sulpicio ſtatuta fuerant poſt decretā a conſulibus uacationē, ut illegalia aboleuere omnia. In hunc modū igitur ſeditiones ex lite, & contentione ad homicidia, ab his ad prælia demū peruenere. Et ciuium exercitus tum primū in patriam ueluti hoſtilem illati, neq; propterea ſeditiones q̄q per exercitus interim diuiſæ ceſſauere, uerum impetus continue in urbē facti mœniūq; expugnationes, & quæcūq; alia hoſtili opere fieri aſſueta, cum nullius reuerētia eorum uiolentiæ obſiſteret, ſiue legum, ſiue ciuiū, aut patriæ ipſius. Tunc igitur Sulpicium Tribunatū gerentē adhuc, & cum eo Marium ſexies conſulem, eiuſq; filium. Publium quoq; Cethegū, Iuniū Brutum, Gneum, & Quintū Granniū, Publium quoq; Albinouanum, Marcū Lectoriū, & reliquos Mario fauentes ad duodecim numerum urbe pepulere, & ut pote qui ſeditionum

Cōuocatio populi ad cōcionē p cōſules.

Cōfuſionē nota Romanæ libertatis.

Trecenti at ſenatū ex optīs electi.

Proſcriptiones optimatum.

cauſas, prælia conſulibus ſeruis libertatē ad defectionē intu
liſſent populi Romani hoſtes ex decreto uulgauere. Licere
ex his obuium ſine pœna occidere, aut ad conſules deduce-
re, & eorum bona in publicū eſſe deferenda. Ac protinus
Occiſiones ad eorum inquiſitionē accurſum eſt. Nōnulli igitur Sulpiciū
marianorū deprehendētes interemere. Marius ipſe ſine ſeruo, & ſocio
ſolus ad Minturnas confugit, quem ciuitatis primores in ob
ſcura quadā domo quieſcentem, proclamatione publica ter-
riti, ambitione inſuper ducti quod hominē ſexies conſulem,
a quo multa, & præclara geſta eſſent in poteſtate haberēt,
cuſtodire cœperunt. Galatā etiā carnificem publicū cū gla-
dio miſere ut eum interficeret. Galatā autem ferunt cum p
tenebras quæq; ſcrutando graderetur, Marii oculis ignis in
morem ſplendore micantibus trepidare cœpiſſe. Mox cum
Marius e lecto ſurrexiſſet, & horrēda uoce intonaret, Tu
ne Caiū Mariū occidere audes? Galatā e foribus proſiluiſſe
inſanienti ſimulē acclamantēq;. Ego Caium Mariū occidere
Fama a nequeo. Ea ex cauſa ſuperſtitionis cuiuſdam timor primores
puero, & urbis inuaſit, cum illum deprehēdere prius dubitaſſent. Fa-
aquilarum mæ inſuper memoria iamprìdem uulgatæ a puero eum ſep-
oſtentū. ties futurū conſulem. Nam cum infans adhuc eſſet, ſeptē aqui
larum pullos in gremiū eius decidiſſe memorant. Vates au
tem prædixiſſe eum ſepties maximū magiſtratū obiturum.
Minturna Hæc igitur Minturnarū primores animo uoluentes Gala-
rū ſuaſiōes tam dæmonis cuiuſdā occurſu territum arbitrati Marium
ad Mariū. ſtatim ex urbe egredi, & ubicunq; ſaluus eſſe poſſet profi-
ciſci ſuadent. Ille ſe ab Sylla inquiri, & ab equitibus eius p-
ſequi ſatis ratus, iter nulla ſemita ad mare arripuit, & ad
Calibes delatus foliis corpori ſuperimpoſitis aliquantulū quie-
uit. Strepitu deinde percepto ſub ſolus latuit, qui cum magis
increbreſceret.

increbreſceret, Siculi cuiuſdam piſcatoriā ſcapham, per uim coacto eo, prope inſiluit. Inſurgēte dēmū tēpeſtate perfracto gubernaculo uela uētis quo ſors eū duceret enuſit. Delatus eſt itaq; ad inſulā in qua domeſticos ex ſuis nup allatos repperit. Cū his in Libyā tranſit. Prohibitus igitur Libyę ingreſſu ueluti hoſtis e Sextio prætore, in mari hyemē perferre cogitur paulo ſupra Libyā inter numidarꝝ montes. Eo in loco confidente Mario, pleriq; ex complicibus aduentū eius audiētes ad illū nauigarunt Cethegus ſcilicet, & Grannius. & Albinouanus, Lectorius quoq;, & alii inter quos Marii ipſius filius, qui ut optimates uiri ad numidarꝝ regē e Roma profugerant. Suſpitione deinde ne ab illo traderētur, eo ex loco ad Mariū peruenerant. Hi igitur, quemadmodū Sylla, patriæ bellū inferre meditati, cū exercitu carerent, ſi quid forte occurreret intenti morabātur. Romæ interim Sylla cū primis armis urbem occupaſſet, ad monarchiā quoq; obtinendā potens haberetur de inimicis ſuis ultus ſpōte ſe a uiolentia cobibuit, & exercitu Capuā præmiſſo ut cōſul dignitate uſus eſt. Exulū autem fautores quicūq; ſeditioſi aderāt opulentiores quoſq; ac mulieres ære abundantes cū ab armorꝝ timore reſpirarent, ad exules in urbē reducendos hortabantur, nihil ſollicitudinis, aut impenſarꝝ ad eam rem perficiendā omittentes. Conſulū eſſet corporibus inſidias ſtruebant, quaſi illis exiſtentibus ne unus qdē ex ſuis reuerti poſſet. Syllæ perfuncto dignitate conſulari exercitus ad mithridaticum bellum decernitur, ueluti ſalutis publicæ cuſtodi. Quintū autem Pompeiū alterum conſulem, populus ob timorem miſeratus. Italiæ præeſſe uoluit, cæteriſq; copiis, que a Gne. Pompeio ductabantur imperare. Id intelligēs Gneus cū moleſte ferret. Quintum ad exercitum uenientem hilare

Diſceſſus marii ab urbe Minturnarꝝ.

Marii errores & picula.

Marii cōplices animaduerte

Marianorū cōſiliū.

Laus Syllæ.

Syllæ clementia a principio.

ſuſcepit. Sequenti die ius dicente illo ad eum ueluti priuatus acceſſit quouſq; multi illũ circunſtantes per ſimulationẽ quaſi audire cuperent interficere. Reliquorũ ſecuta fuga Gneus illis occurrẽs tãq; moleſte ferret conſulem iniuſte occiſum, eoq; modo conturbatus ipſis ſubito praficitur, Põpeii nece in urbe relata de ſeipſo ſollicitus. Sylla amicos undequaq; acciri imperat eoſq; per noctẽ circũ ſe habuit. Nec multũ poſt hæc immoratus, Capuam ad exercitum, inde in Aſiam peruenit. Exulũ igitur amici Cinna poſt Syllam deſignato conſule, plurimũ illi confidẽtes, nouos denuo ciues ad ea, quæ a Mario meditata fuerant impellũt. Tribus admiſceri poſtulant, quod ultimi ſuffragia ferentes omnium inutiles fierent. Hoc aũt principiũ Marii reditus, & qui cũ illo auffugerãt uidebatur eſſe. Aduerſantibus priſcis ciuibus, Cina nouos ciues precio cõducere arbitratus, trecenta talenta illis elargiri ſtatuit. Veteribus quippe cõſul alter præſidebat Octauius, & qui circa Cinnam ſteterãt, occupato foro, contectis gladiis, tribus oẽs admiſere depoſcebant. Cætera uero multitudo, quæ ſentire melius uidebatur circa Octauiũ una cum gladiis ſteterat. Interim domi euentũ rei expectãte Octauio nunciatur plures ex tribunis, quæ facta eſſent prohibere, nouorum ciuium ingentem tumultũ excitatum eſſe, nudiſq; enſibus per angiportus in contradicẽtes Tribunos inſurgere, & ad roſtra deferri. Quibus intellectis Octauius omnifariam multitudine ſtipatus, ad ſacrã uiã accelerat, & torrentis more in forum delatus eos qui in medio ſteterant expellit, diſturbatq;. Cõterritis illis in templũ Caſtoris polluciſq; progreditur. Cinna in fugam uerſo quicunq; in unum ſteterant nullo mandãte nouis occurrentes ciuibus plures interficiũt, reliquos fugiẽtes ad portas uſq; proſequũtur. Verum Cina nouorum

Cinæ cõſulatus ſeditioſiſſimi principiũ.

Noua ſeditio.

Templũ Caſtoris & Pollucis.

ciuium multitudine confiſus, & ui ſuperare poſſe autumans cū admirabilem paucorꝫ ad reſiſtendum intueretur audatiam per urbem diſcurrere cœpit, ſeruoſq; ad libertatē conuocare. Nemine, ad eū accedēte ad finitimas urbes fuga delabitur, quas haud multo ante Romani ciuitate donauerāt Tybur ſcilicet, ac Preneſte, & quæ ad Nolā uſq; mediæ interiacent, eaſq; ad defectionē incitabat, pecunias quoq; ad bellū colligebat. Hæc agente Cinna atq; meditāte, nonnulli e ſenatu aufugere, qui ſimilia efflagitarēt Caius Melonius, Quintus Sertorius, ac Caius Marius alter. Senatus Cinnæ perfidia conſpecta, qui urbem in periculo relinqueret conſularem nactus dignitatē, ſeruos ad libertatem cōuocaret, ulterius conſulē, aut ciuem ex decreto appellari uetuit, eiuſq; loco Luciū Merulā flaminē dialem inſtituit. Dicitur huiuſmodi ſacerdos ſolus uelū pileumq; aſſidue geſtare, aliis dūtaxat inter ſacra deferrentibus. Cinna ad Capuā conuerſus, in qua alius Romanorꝫ reſidebat exercitus, primores eius, & quicunq; a Senatu exceſſerant, enixe obſeruabat. Cōſulis præterea ritu in mediū progreſſus uirga perfregit, & uelutì dignitate ſpoliatus hæc lacbrymans effari cœpit. A uobis ciues dignitatem hanc aſſumpſit, Populus quippe cōtulit, Senatus ſine uobis a me abſtulit. Et hæc in propriis perpeſſus malis, pro uobis etiā ſtomachari nō deſino. Ad quid ulterius tribus in comiciis obſeruamus? qd uobis indigemus? ubi eritis cōcionū, aut creationū, aut conſularium dignitatū deinceps domini, ſi nō ea quę dediſtis cōſeruabitis, & cum uobis uidebitur aufretis? Hæc elocutus ut eos irritaret, plura de ſe ipſo queſtus ueſtem lacerauit, & a tribunali decurrēs ſemet in mediū deiecit, plurimūq; decubuit, quoad illachrymantes milites eū erexere, & in ſolio iterꝫ relatum addu-

Cædes nouorꝫ ciuiū

denatus Secretū.

Perditi hominis aſtuties animaduerte.

ctis faſcibus, ut conſulem meliora ſperare ſuaſerunt, eoſq; ubi opus eſſet deducere. Primores igitur ab impetu ſtatim deſi-cere, ac ſe itẽ Cinnæ militari ſacramẽto addixere, quod a cæteris qui illis ſuberant ſimili iureiurando ſancitum eſt. His peractis Cinna tute iam ad ſocias urbes decurrebat, eaſq; ad bellũ incitabat, ueluti qui eaꝝ cauſa calamitate illa pre-meretur. Ab his igitur Cinæ pecuniæ collatæ, multiq; ex po-tentibus e Roma ad illũ peruenere, quibus reipublicę tran-quilitas odio fuit. Dum hæc a Cinna gerũtur Octauius, & Merula ambo cõſules ciuitatẽ foſſa, mariq; uallabãt, machi-nas etiam appoſuerãt. Ad hæc exercitus ab urbibus quę illis parebãt, & finitima Gallia in unũ cõuocabant. Gn. Vero Põ-peiũ proconſulem adhuc, & copias circa Ioniũ ducentem ma-gna celeritate, ut urbi opẽ afferret accerſierunt. Ille cũ exer-citu ad Collinã portam cõſedit. Cui occurrẽs Cinna pariter, & ipſe eo in loco caſtra ponit. Haꝝ rerum certior effectus Marius cũ his qui fugientem ſecuti fuerunt in Tyrrheniam enauigauit, quibus e Roma ſupuenientes eoꝝ ſerui ad quin-gentoꝝ impleuere numeꝝ. Marius laceratis comis uecordis in morem quo miſericordiã adipiſceretur urbes circuibat prælia, & trophæa Cimbrica, & ſex eius cõſulatus uerbis ex tollebat, ipſiſq; comitia affectantibus fidũ ſe futuꝝ pollicitus ad ſex milia Tyrrhenioꝝ in unum collegit, cum quibus ad Cinnam prouectus pergrate ad belli ſocietatẽ admiſſus eſt. Cum in unũ omnes ad Tyberis ripam conueniſſent in tres partes diſtribuere copias. Cinna quidẽ, ac Carbo cũ ſuis ex oppoſita urbis parte, Sertorius urbẽ deſuper, Marius autem mare uerſus caſtrametantur. Tyberi præterea pontẽ impoſue-re ut cõmeatum ad urbẽ uenientem interciperent. Marius ad hęc oſtia occupat, hoſtiliterq; diripit, & Cinna Ariminũ

Gneus pro cõſul a cõſulibus ac-cerſitur.

Obſidio rõanæ urbis a Cin-na Mario, ac ſertorio

præmiſſo urbe potitur ne exercitus quiſpiã ex populis urbi parentibus, aut ex Gallia Romam cõmeare poſſet. His rebus territi conſules cũ exercitu alio indigerent, & Syllam iam Aſiã ingreſſum minime auocare poſſent. Ceciliũ Metellum reſidua ſocialis belli circa Samnites diſponentem, quoquo pacto boneſtius queàt diſſoluere, & patriæ ab hoſtibus obſeſſæ auxiliũ afferre monent. Nõ conuenientibus ad ea quæ poſcebant Samnitibus, Marius intellecta re de omnibus cum illis paciſcitur. In hunc igitur modum cũ Mario ad bellum cõſpirauere. Appiũ quoq; Claudium Tribunũ militum intelligens mœnia ſeruare urbis, ac collem, qui Ianiculus appellatur, beneficii in illũ collati repetita memoria, eius ope patẽte, porta, romam ingreditur, unaq; Cinnam introducit. Cæteri & ipſi cõtinuo expulſi ſunt Octauio & Põpeio aduerſum occurrẽtibus Fulguribus autẽ plurimis e cœlo labẽtibus in exercitum Pompeii, multi ex illuſtribus, & ipſe imprimis extinctus eſt Marius cum commeatum, qui a mari, ac deſuper a flumine uehebatur occupaſſet, ad propinquas urbi ciuitates diſcurrebat. In his frumentũ iampridem a Romanis cumulatũ ſeruabatur. Inopine igitur cuſtodias aggreſſus, Antium, Aritiam, Lauinium aliaſq; ciuitates pleriſq; etiã tradentibus occupat. Sic cũ a mediterraneis cõmeatus ſuſtuliſſet iterũ Romam per uiam, quæ Appia dicitur fidenter accedit, anteq̃ alius aliunde cõmeatus ad eos deferretur, ac centum ſtadiis ab urbe diſtãtes ipſe, & Cinna, & q cũ illis militabant Carbo, & Sertorius caſtra fixerũt, Octauio Craſſoq;, ac Metello in Albano monte ex aduerſo caſtrametantibus, & rei euentũ ſubinde opperientibus. Qui licet uirtute, multitudineq; prçcellerent, unico tamen belli diſcrimine patriã ſtatim interiturã exponere uerebãtur. Cũ uero Cinna circũ

Ariminũ a Cinna capitur.

Appius claudius portã urbis ꝑdidit.

Pompeius magni Põpei pater fulgure interficitur.

Reditus Mrii. ad urbẽ.

urbem prouectus per præconem annũciari mãdaſſet, datuꝝ ſe ſeruis, qui ad eũ cõfugiſſent libertatem, propere multitudo transfugaꝝ ad eum uenit. Ob id territus Senatus, & multa, grauiaq; ac difficilia ob frumentariæ rei inopiam a populo futura ſubdubitãs, animo ſubinde cõcidit, & legatos ad Cinnam pro conciliatione ciuiũ emiſit. At ille prius eos rogare cœpit an ad ſe tanq̃ ad conſulem, aut priuatũ potius accederent? Ambigentibus ipſis, & in urbem redeũtibus, multi iam ex liberis ad Cinnã confluebant, quidã famam formidantes, nonnulli Cinnæ partes imprimis eligẽtes, reꝝ quoq; euentũ præſtolantes. Cinna igitur iã tute, ac ſapienter mœnibus applicuit, & per ſagittæ iactum ab illis diſtans exercitũ firmauit. Dubitantibus igitur, ac uerentibus his, qui circa Octauium erant pugnã capeſcere ob transfugaꝝ multitudinem, ac legationes inde emiſſas, Senatus amplius trepidatione premebatur, ac impium exiſtimans Luciũ Merulam Flaminem dialem Cinnæ loco creatũ conſulem cũ nihil deliquiſſet dignitate ſpoliare, nouis tamen dietim cladibus exhauſtus, legatos iteꝝ ad Cinnam tanq̃ ad conſulem deſtinat, nihil tamen utilius expectans, hoc ſolum Cinnam iurare depoſcit, occiſionem nullam eũ patraturꝝ. Ille uero non ut poſtulabatur iuſiurandũ præſtitit, hoc ſolũ pollicitus eſt, ſponte ſe nullius interitus futuꝝ cauſam. Octauiũ uero circũambulantẽ, & ab aliis portis urbi ſe iſerentem e medio iuſſi excedere, nequid inuito eo pateretur. Et hæc e tribunali quodã edito ueluti cõſul legatis deſup annũciat. Marius interim iuxta thronũ eius aſſidens nihil loquebatur, ueꝝ ex uultus diritate ſatis proferre uiſus q̃ ingentem machinaretur cædẽ. Senatu huiuſmodi conditiones admittente, & Mariũ Cinnãq; urbem ingredi poſcente, ſatis enim hæc omnia Marii opera

Senatus legatio ad Cinnã.

Legatoꝝ reditus ad urbẽ.

Iteratio legationis p ſenatũ ad Cinã tãq̃ ad cõſulẽ.

ſieri intelligebat, Cinnam uero duntaxat illa perſcribere, cũ ironia ſurridens Marius, hæc effatus dicitur. Non licere exulibus urbẽ ingredi. Tũ uero Tribuni fugã eius, cęterorumq́ꝫ, qui a Sylla cõſule expulſi fuerant, ex decreto diſſoluere. Ad mittẽtibus eos cũ trepidatione, et pauore omnibus. Romam ingrediuntur, & eoꝝ, qui in ſe feciſſe exiſtimabãtur diripuere omnia. Ab Octauio deinde Cinna ac Marius iuſiurandũ poſtularũt, quibus ſortilegi uateſq́ꝫ nihil ut crederet monuere, Amici porro fugã illi ſuadebãt. Is autem profeſſus nunq̃ ſe urbẽ deſerturũ, dum cõſul eſſet in medio Ianiculi perſtãs cum illuſtrioribus exercituſq́ꝫ parte proceſſit, Cũ deinde tribunal aſcendiſſet, principãtis ueſte indutus faſcibus, & ſecuribus, ut conſuli mos fuit, ſtipatus aſſedit. Accurrente ad eũ cũ equitibus nõnullis. Cenſorino, & amicis denuo illum cum exercitu ſtimulãtibus, ut fugã caperet, equũ etiam adducentibus, nec aſſurgere quidẽ ſuſtinuit, mortiſq́ꝫ intrepidus perſtitit. Tunc Cenſorinus capite eius obciſo, ad Cinnã detulit, q̃ in foro ante roſtra affixũ perpendit, primũ ipſius conſulis, deinde alioꝝ interfectoꝝ capita appenſa ſunt. Nec pręterea odio finis datus, nam cum ab Octauio incohoaſſent, cæteros, qui ab hoſtibus cæſi fuerãt ſcrutabantur, poſtremo ad hoſtes inquirendos accurrebãt. Non ſenatoꝝ aut equitum delectus habebatur, uniuerſo Senatoꝝ capita roſtria affigebãtur. Nõ deoꝝ reuerentia, aut uiroꝝ indignatio inuidiæue timor in his perpetrandis ullus aderat, neq́ꝫ ſcelera ſceleribus addentes, ad aſpectus uertebãtur nefandiſſimos. Quippe homines impie cædentes, defunctoꝝ inſup colla ſecabãt, miſerabileſq; aſpectus ad timorẽ ſtuporemq́ꝫ, ac ſpectaculum crudele proponebant. Caius qdẽ, & Lucius Iulius, Attilius Eranus fratres, Publius Lẽtulus, & Caius Nemiſtorius, Marcus p̃terea

Amicoꝝ ſuaſiones ad Octauium.

Octauii conſulis exitus.

Marianoꝝ crudelitas.

Bebius, in uia deprehenſi trucidantur. Craſſus cum filio una fugiens cū hoſtes illum inſequerentur, filium prius occidere maluit. Ipſe ab inſequentibus occiſus eſt. Marcum Antonium oratorem ad fundū quendam fugientem agricola diligenter occuluit, benigneq; ſuſcepit, ſeruū deinde induſtriū in diuerſorium ire iuſſit ut uinū emeret. Cauponi uero cur uinū diligentius poſceret inquirenti, cauſam inſurrauit auribus. Ille cum diſceſſiſſet, propere ad Mariū accelerans rem aperuit. Qua percepta Marius leticia geſtiēs accurrit, ueluti operā necis eius ſuſcepturus. Retinentibus eū amicis Tribunus militum ad id facinus electus cæteros in domū immittit, quos Antonius dicēdi peritia in ſignis ſuauiſſimis detinuit ſermonibus, multa uarie, pieq; elocutus donec Tribunus ipſe domum ingreſſus milites ad audiendū intentos admiratus. Antonium perornate diſſerentem adhuc, interemit, caputq; ad Marium detulit Cornutum uero in Calybis latentem ſerui ſumma induſtria tutati ſunt. Cadauere quippe hominis inuento pyram extruxerunt, & his qui illū quærebant aduentantibus incenſa pyra herū ſe exurere mētiti neci traditum, ſalutē præſtiterūt. Quintus Ancharius Mariū in capitolio ſacra factuꝝ obſeruabat, ſperans in ſacrificio inuentum facile ſibi conciliatuꝝ. Ille incohato ſacrificio ingredientem Anchariū eumq; appellantē ab aſtantibus iuſſit interfici. Eius, & Antonii capita aliorumq; prætorū ac conſulum in foro appenſa; Nulli ſepulchri honos habitus ex iis, qui interfecti fuere, auibus duntaxat, et canibus lacerāda Illuſtrium uiroꝝ abiecere cadauera. Plurimæ etiā ac aliæ ſeditioſoꝝ aduerſus innocentes cædes editæ, alioꝝ expulſiones factæ ſunt, publicationes præterea bonoꝝ, priuationeſq; dignitatum, ac legū reuocationes earum, quæ a Sylla conditæ fuerant Ipſius Sylle

Crudelitatē aduerſe maximum.

amici, ac neceſſarii interfecti, domus euerſa, bona in publicum relata, & ipſe hoſtis ex decreto iudicatus, uxor ac filiæ inquiſitæ fuga abiere. Omnino nihil a multitudine, & uarietate maloꝝ aberat, Ad hęc ſub aſpectu principatus, ac legũ poſt tot indiſcretas cædes accuſatores etiã in Merulam flaminem dialem inſurrexere ob conſulatus indignationẽ, quẽ nulla Cinnæ iniuria deſumpſerat. Porro in Catullum Luctacium Marii Cimbrico bello collegam & pridem ab eo ſaluti redditum, ingratum deinde ac illi acerbiſſimũ cum urbe pelleretur. Hi igitur clanculum cuſtodia adhibita aduenien te ſolenni die in iudiciũ uocantur. Quater enim oportebat ꝑ præconẽ diffinitis in locis, & inter ſe diſtãtibus accitos capere. Itaq; Merula uenas ſibimet incidit, & ex tabellis illi aſtantibus clare deprehenſum eſt cũ pileum prius abieciſſe. Non enim ſacerdotẽ fas fuit eo indutũ obire mortem. Catulus in cubiculo recens illinito, & humido, carbonibus accenſis ſponte ſuffocatus eſt. In hunc igitur modum ambo periere. Serui uero quicũq; preconis uoce moniti ad Cinnã perfugerunt, libertate donati ſunt. Hi ubi a Cinna locati fuerant, domos diſcurrentes non bona dũtaxat rapiebant, uerũ obuios quoſq; necabant, propiis heris in primis afferẽtes manus. Cinna cũ plerunq; eos monuiſſet, nihilq; proficeret, Gallatas copias nocte adhuc quieſcentibus immittit, a quibus ad unũ interfecti ſunt. In hũc modum igitur ſerui nefandiſſimi heris ſuis perfidiæ meritas ꝑſoluere pœnas, Sequenti anno conſules creati Cinna iteꝝ ac Marius octies functus cõſulatu, cui poſt fugam, & prætoris uocem, licere cuiq; eundem hoſtem iudicatũ interficere, oſtentũ illud ex ſeptem aquilaꝝ pullis eueniſſe dicitur. Cum igitur multa, & crudelia in Sylla cogitaret, primo conſulatus ſui menſe extinctus eſt.

Syllæ amicorum & neceſſariorũ clades.

Serui donati libertate.

Digna uindicta i ſeruos crudeles quamq̃ a uiro crudeli ꝑpetrata.

Et Valeriũ Flaccũ eius loco Cinna eligẽs in Aſiam emiſit, quo defuncto, Carbonẽ in cõſulatu collegam aſſumpſit. Sylla reditũ ad hoſtes meditatus uniuerſa cum Mithridate cõponere feſtinans, ut a nobis præſcriptũ eſt, annis tribus nec bis quidem integris centũ, & ſexaginta milibus hominũ bello profligatis, deuictis Græcia, & Macedonia, necnõ Ionia, & Aſia, aliiſq; nationibus quæ Mithridati parere aſſueuerant ad Romanos traductis, nauibus etiã regi adeptis, eodẽ intra paterni regni limites incluſo ex tanta regionũ copia, regredi tandem cœpit, exercitũ ingentem agẽs, atq; expertiſſimum ſibiq; obſequentẽ, necnon geſtarũ rerũ gloria elatũ, Adducebat & nauium multitudinẽ, pecuniarumq;, & apparatus copiam ad omnia accommodã, ita ut inimicis eius augeretur timor. Qua ex cauſa trepidantes Carbo, & Cinna nõnullos per uniuerſam Italiam deſtinant, qui pecunias, frumentum, & exercitus pararet, diuites cũ omni ſubſtantia aſſumerent, ex urbibus potiſſimos nouos ciues excitarent, quanto in diſcrimine rerũ uerſarentur notum illis facerent. Naues præterea ſumma celeritate in unum collectas in Siciliam deducerent, quæ maritimam tutarentur orã, Ab his nihil uirium aut apparatus cum pauore ſimul, & uelocitate omiſſum. Sylla ſumma diligentia ad Senatũ pro ſeipſo miſit, memorãs quanta circa Libiã in Iugurtam numidarũ regem dũ quæſtor adhuc eſſet, quãta cũ ad Cimbros legatus acceſſiſſet, aut cũ in Siciliam copias deduceret, aut in ſocialibus bellis, conſulq; peregiſſet. Quæ uero in Mithridatem recens effeciſſet pręcipue extollẽs, & cumulatim nationes innumeras recenſens, quas Mithridati adẽptas Romanis ſubieciſſet, nihilominus ꝙ Roma depulſos, & a Cinna ad ipſum fugientes ſuſcepiſſet omniũ inopes, ſolandæ eorũ calamitatis cauſa,

Syllę exercitus potẽtiſſimus.

ab inimicis hoſtem iudicatū, domū euerſam, amicos interfectos eſſe, uxorem, ac filios uix ad ſe fuga peruenire potuiſſe. Verū ſe ſtatim & ipſis uniuerſæq; ciuitati pro his, quæ geſta eſſent ultorē accerſurū, aliis uero ciuibus, ac nouis ciuibus ſe præfari, ac dicere, nihil habere ſe, quod eis ſuccēſeat. Quibus intellectis timor continuo omnes inuaſit. Legatos igitur ad illū emiſere, qui cōciliationē etiam cū hoſtibus poſcerent, & ſi qua fideiuſſione opus eſſet Senatū ſibi ſatiſfacturū repromitteret. Cinna aūt, & collegæ eius ne delectus ullos in eū facerent edixere. Quod ab his promiſſum eſt. Abſentibus interim legatis ulterius ſe cōſules eſſe recuſarūt, ne ob proxime futura comitia redire cogerētur. Deinde Italiā omnē peragrantes, exercitus parabāt, quos in Liburniā uelut eo in loco Syllæ occurſuri per mare demittebant. Ex his pars proſpera nauigatione in primis functa. Sequētes uero adeo tempeſtas diſiecit, ac cōtriuit, ut q littus attigēre ſubito in patriā redire properarint, quaſi non ſponte ciuiū cauſa ad bellū mitterentur. Quod reliqui intelligentes in Liburniā tranſire uelle recuſabāt. Cinna id moleſte ferēs in concionem eos ueluti reprehēſurus aduocauit. Illi ira accenſi ſibi mutuo auxilio futuri ad eū puenere. Lictorē etiā cū per iter quodādā graderetur, & uerberibus obuiū affici iuberet, miles qſpiā adepta uirga grauiter percuſſit. Cinna cōprehendi illum imperante omniū clamor inſecutus eſt, lapides etiā in eum emiſſi. Qui uero propiores aderāt exertis enſibus Cinnā inuaſere, eoq; modo cōſulatū adhuc gerēs interfectus eſt. Carbo ex Liburnia enauigātes ad eā reuocabat, & rerū geſtarū formidiē correptus ad urbē nō redibat. Tribunus eū ad collegæ creationē reuocantibus, minis præterea addentibus, eū priuatū affecturos ni accederet tandē rediit, & de creatiōe

Legatio p tractatu pacis ad Syllā.

Cinnæ, & Carbonis apparatus p Italiam cōtra Syllam.

Cinæ cōſulis mors haud immerita.

Creatio conſulis a Carbone ꝑpoſita.

Lunæ, & Cereris ædes e cœlo tactæ.

Syllæ reſponſio ad Senatum aſtuta, & ꝑacerba.

conſulis propoſuit. Die infami habita aliam præſcripſit, in qua cũ Lunæ, & Cereris ædes e cœlo tactę dicerentur, uates ad æſtiuas cõuerſiones comitia differẽda eſſe pronunciãant. Sic Carbo in cõſulatu ſolus præſidebat. Interim Sylla legatis ab Senatu ad eũ miſſis in hũc modũ reſpõdit. Se neutiquã uiris a quibus tam nefanda eſſent ꝑpetrata amicũ eſſe poſſe, minime uero urbi ſuccenſere, qui ſalutẽ illis dediſſet, ſecuritatem tamẽ ſe potius illis præſtare, uelle, qui ad ſe confugiſſent, ut exercitũ haberẽt obſequentẽ. Quod quidẽ uerbo clare intelligere datũ eſt, eũ exercitũ nolle diſſoluere, ſed tyrannidi potius intendere. Nã quicunq; dignitatẽ, aut ſubſtantiã, aut ſacerdotiũ, aut quid aliud inſigne poſſediſſent, his omnia reſtituit debere depoſcit, & qui hæc exigerẽt ad legatos mittit. Illi in Brunduſio morati Cinnã occiſum audiẽtes, ciuitatẽ difficulter adiri poſſe rati, ad Syllã infectis rebus rediere. Sylla quinq; Italoꝝ legionibus, equitũ ſex milibus ſtipatus nõnullis aliis ex Pelopõneſo, Macedoniaq; ſuſceptis, exercitũ ad quadraginta miliũ numeꝝ ſecum agens, ex Pyreo ad Patras, ex Patris uero brũduſium mille, & ſexcentis nauibus applicuit. Brũduſinis illũ ſine prelio admittentibus, immunitatẽ in poſteꝝ prębuit qua & nũc potiũtur, Ipſe ſublatis copiis propius acceſſit. At uero Cecilius Metellus, q ſubinde pius cognominatus eſt, & ad reſidua belli ſocialis derelictus fuerat a Cina quoq; & Mario prohibitus urbe, ob idq; in liguria euẽtũ rei opperiabatur, cũ a Sylla collega ad bellũ uocaretur, ſubito accurrit ad ſocietatẽ ſimul ꝓcõſularẽ gerẽs dignitatẽ. Licebat enim his q partes eligerẽt adeſſe, uel q Romã prius redire mallẽt abire poſſe. Poſt Metellũ Gneus Põpeius ad Syllã uenit, qui nõ multo poſt magnus cognominatus eſt, Pompeii illius filius, quem a fulgure extin-

ctum ſupra diximus, qui cum parum beneuolus Syllæ putaretur, ut ſuſpitionē omnem elueret ad illum acceſſit, legione ex Picenis adducta ad patris gloriā, qui in illis plurimū potuerat. Nec multo poſt deinde duas priori addidit. Fuitq́ uir ille in multis Syllæ utilis, atq́ proficus. Qua ex cauſa a Sylla adoleſcens adhuc honoribus impartitus eſt, ut ſoli ad eum accedenti aſſurgere cōſueuerit. Finito bello etiā in Libyam miſit, ut Carbonis diſſolueret ſocietatē, & Iempſalē a Numidis expulſum regno reſtitueret. Cuius rei gratia, ut de Numidis triūpharet a Sylla cōceſſum, q̄q̄ in flore adoleſcētiæ adhuc eſſet, & ex equeſtri numero ab hoc ordine in maius elatus in Iberiā contra Sertoriū miſſus. Poſterius uero in põtū cōtra Mithridatē bellū geſſit. Venit & ad Syllā Cethegus ſeditioſorꝫ omniū in illū acerbiſſimus, cū Cina, & Mario olim habitus. Cæterū cū ipſis urbe eiectus ſupplex ad Syllā ꝓfectus eſt, ſe ad oīa quæ iuberet paratū exhibēs. Ita Sylla exercitu, & amicorꝫ illuſtriū multitudine adductus, cū Metello procōſule adhuc ulterius progredi cœpit. Viſus eſt & ipſe proconſul in Mithridatē cōſtitutus nondū dignitatē exiuiſſe, q̄q̄ a Cinna hoſtis iudicatus. Quidam igitur cū inimicis graui odio in Syllā cōmoti, quidā in urbe reſidētes naturæ eius recordati, primūq́ eam irruptionē, captiuitatēq́ ante oculos habentes, & quæ in illū publice edicta forent mente repetentes, domum euerſam, ſubſtantiā in cōmune relatam, amicos interemptos, uxorē cum filiis uix fuga elabi potuiſſe extremo pauore tenebatur, nihilq́ uictoria, & excidio ſibi medium adeſſe rati, conſules in Syllam non ſine magna trepidatione concitabāt. Per Italiam quoq; præmittētes exercitus cōmeatū, ac pecunias in unum cōgregabāt nihil quod extremū eſſet, promptitudinis, ſtudiiq́ omittētes. Caius item

Magni Pōpeii laudes ab adoleſcētia.

Syllæ honores i Pōpeium.

Caſtrenſiū uirorꝫ nobilitatē attende.

Concitatione atte de cõſulũ in Syllã à quibuſdã ci uibus.

Norbanus, & Lucius Scipio tunc ambo conſules, & cũ ipſis Carbo, qui æque conſulatu fruebatur, pari odio in Syllã cõmoti timore, ac conſciẽtia eorum, quæ geſſiſſent multo aliis deteriores exercitũ ex urbe, quantũ aſſequi fas fuit, una cõgregabãt, aliũq; ex Italia aſſumentes per partes in Syllam deducebant, cohortibus ex quingentis uiris tunc, primũ ducentis uſi, poſterius uero amplioribus Beneuolentia quippe omnium ut plurimũ ad conſules inclinabat. Nam cum Syllam intuerentur hoſtilẽ in modum patriæ inferentẽ arma, conſulibus, & qui circa illos erant imaginẽ quandã patriæ exhibentibus ſcelerum ſuorũ conſcii, ueluti timoris cõmunis participes, ſeſe illis immiſcuerãt, Satis arbitrati Syllã non punitionẽ ullam, aut direptionẽ, aut pauorem dũtaxat in eos meditatum, uerum famẽ, cædes bonorũ publicationes, & in ſumma occiſionẽ multiplicem patraturũ eſſe. Quam opinionem neutiq̃ uanæ ſuſceperãt. Quippe bellum omnia cõſumpſerat, cum decem & uiginti milia hominũ ſæpenumero uno prælio concidiſſent, & circa urbẽ ad quinquaginta milia occubuiſſent. In reliquos non Syllam nihil dirum, aut crudele uel in ſingulos, uel in omnes omiſſurum arbitrabãtur, quouſq; ſeipſum monarchã totius Romanorũ ſtatuiſſet principatus, omniaq; iudicio, & uolũtati ſuæ ſubieciſſet. Et hęc profecto dæmoniũ quoddã in bello illis ſignificaſſe uiſum. Pauores nempe nulla ratione multos priuatim, ac publice per uniuerſam Italiã inuaſerant. Veterũ porro uaticinia longe formidabiliora, mente repetebant. Plurima prodigia quotidie emergebant. Nam mulã peperiſſe, & mulierẽ prægnantem uiperam pro infante edidiſſe ferunt. Terrę etiam motus cõcuſſit urbẽ, ac noua quædã in eam intulit. Et quod Romanis in his exiſtentibus omnino difficile apparuit, Capitoliũ,

Magnæ bellorum calamitates.

Capitolii icẽdiũ fortuitũ.

quod ſub regibus per quadrigẽtos,& ultra annos conditum fuit, igne correptũ, cuius cauſa uniuerſos latuit. Quę omnia interemptorum multitudinem, Italiæ uaſtitatẽ Romanæ urbis euerſionẽ, deniq; rei publicæ interitũ ſignificare uidebantur. Principium uero eo tempore bellũ uidetur aſſumpſiſſe, cum Sylla Brũduſiũ applicuit, olympiade quarta, & ſeptuageſima ſupra centeſima. Longitudo eius belli ad operũ refertur magnitudinẽ, tanq̃ ad hoſtes ueros properantiũ, quod non adeo prolixũ fuit, quantum ex operũ claritate emicuit, cum uel maxime, ad uindictã feſtinãtibus breui magna, & aſperrima pati contigit. Per trienniũ deinde in Italia propagatum eſt bellum, quoad principatũ Sylla attingit. In Iberia quidẽ, & cum Sylla dilatatũ eſt amplius. Cæterũ prælia, & arciũ expugnationes, obſidioneſq;. Bellorum quoq; uniuerſæ ſpecies in Italia repentinæ, & uno impetu, necnon p partes a ducibus geſtæ ſunt. Quæ præclara omnia cũ ſint, clariora tamen, & memoratu digna a principio appoſita huiuſmodi fuiſſe conſtat. Primũ circa Canuſiũ a procõſulibus, aduerſus Norbanũ bellum geſtum, in quo ad ſex milia hominum e Norbani exercitu deleta. Ex his uero qui circa Syllã fuerant, ſeptuaginta dũtaxat milites, multi uulnerati. Norbanus ad Capuã perfugit. Sylla & Metello circa Theanũ exiſtentibus, Lucius Scipio cum alio exercitu abiecto poſtmodum ad eos uenit pacem petiturus. Quod intelligentes hi, qui cum Sylla fuerant de cõuentione per legatos agitare cœperunt, non ut ſperabãt uoto poſiti, cum milites ad ſeditionem uenturos ob deiectionẽ eorum arbitrarẽtur. Cõtigit aũt ut una conueniret. Scipio obſidibus conuentionis inter eos acceptis iu campũ deſcendit, treſq; ab utraq; parte cõuenere. Qua ex re neq; inter eos dicta ſcire datum. Viſus eſt itaq;

Belli ppagatio per trienniũ in Italia, amplius i hiberia.

Syllæ que rela apud Scipionē.

Scipio in Norbanũ collegã,quæ relata erant referendo,Sertorium miſiſſe,qui illa annunciaret.Cum interim exercitus utrãq; ex parte ſilentiũ teneret, reſpõſioneſq; ab illis expectaret, Sertorio deinde in tranſitu Sueſſam quæ Syllæ eſſe dicebatur intercipiente, Sylla præmiſſo nuncio apud Scipionem queſtus eſt.Ille ſiue facti conſcius,ſiue quid reſponderet ignarus ueluti in re a Sertorio inſueta, atq; aliena obſides ad Syllam miſit,ac ſtatim exercitus captionis huiuſce per inducias factæ non parum admiratus, obſidum a

Ignorãtia im patoris eoꝝ q̄ ab omni exer citu itelli gũtur iexcuſabilis.

nullo petitoꝝ miſſionē,culpã omnē in cõſules referēs, clãculum ad Syllã tranſire paciſcitur,ſi propius accederet. Sic eoꝝ q̄ ab eo appropinquãte omnes ad illũ tranſiere, ut Scipionē conſulem,unaq; Luciũ filium ſolos ex omni exercitu in tabernaculo relictos,& a Sylla deprehēſos referant,Mihi quidē ne imperatore dignũ uiſum eſt,quæ ab omni exercitu in eũ cõflata fuerãt ignoraſſe. Scipionē uero & filiũ nihil de ipſis cõqueſtus Sylla,liberos abire iuſſit,& ad Norbanũ pro ineũ

Syllæ appropinqua tio ad Norbanũ.

dis fœderibus Capuã alios emiſit, ſiue quod uniuerſæ Italiæ ad cõſules una cõſpirãtis uereretur impetũ,ſiue in illũ, queãdmodum in Scipionē fraudes necteret.Nemine ne ad reſponſum quidē accedēte. Norbanus nempe ut uidetur,ne ſimili calũnia prenderetur ab exercitu,in primis uerebatur, Sylla hoſtilē in modũ propius acceſſit. Idē a Norbano diuerſis itineribus effectũ eſt. Carbo ad urbē profectus Metellũ,

Sertorii fuga i hibe riam,

cæteroſq; qui a Senatu ad Syllã cõfugerãt, hoſtes iudicari imperat. Iiſdē diebus Capitoliũ igne conflagrauit,quod opus nõnulli Carbonis fuiſſe dicebãt,alii cõſulũ,aut Sylla mittēte patratũ,ueritas tamē incerta eſt, nec ipſe de ea re a quo cõfecta fuerit,ſatis habeo quæ dicam.Sertorius iampridē Iberiæ prætor deſignatus,poſt Sueſſæ urbis detētionē in prouinciam

*uinciā aufugit, ac primis prætoribus admitti eum prohibē-
tibus, multiplices eo in loco Romanis intulit labores. Adau-
cto quotidie a conſulibus exercitu e maiori Italiæ parte,
necnō a finitima circa Eridanū Gallia, neutiq̄ Sylla ocio ua-
cabat, uerū ad quęcūq; Italiæ loca ſuos præmittebat. Mul-
tos amicitia, aut timore, necnō pecuniaꝝ ſpe in unū collige-
bat. Sic utriſq; reſiduū æſtatis in hunc modū aſſumptū eſt.
Sequēti anno cōſules creati Papyrus Carbo iterū, et Marius
illius clarioris Marii affinis, atq; cognatus, ſeptimū, & uige-
ſimū nondū egreſſus annū, Hyems deinde, & frigora in lō-
gum producta omnes ab inuicē ſeparauere. Oriēte uere cir-
ca Eſinū fluuiū per meridiē ingēs prælū coortū eſt. Metello
& Carina ex Carbonis prætoribus adinuicē pugnantibus,
Carina multis interfectis primus aufugit. Hęc aūt domeſtica
omnia in Metellū a cōſulibus illata. Metellū deinde Carbo
aſſecutus obſidere pergit. Marium uero cōſulem alteꝝ circa
Preneſte deuictū cum audiſſet ad Arimiuū caſtra ponit. Eius
poſtremā exercitus partem inuadens Pōpeius non mediocri
clade affecit. Hæc igitur apud Preneſte fere in hūc modum
geſta. Intercipiente cōmeatū Sylla, Marius propius caſtrame-
tatus paulatim ceſſit. Cū ad ſacriportū perueniſſet, copias in
prælū educit, acriterq; ab eodē pugnatur. Siniſtra acie in-
clinante, quinq; peditū cohortes duæ equitum, nō expectata
alioꝝ cōuerſione, arreptis ſignis ad Syllā cōfugerunt, ac tū
primū Mario origo cladis emerſit. Interfectis quippe pluri-
mis, reliqui Preneſte fuga cōtendere. Sylla citato curſu eum
inſequente. Preneſtini primos recepere. Appropinquante de-
inde Sylla occluſere portas urbis Mariūq; per funē ſuſtule-
re, Reliquoꝝ circa mœnia cædes ingens ædita. Multi capiti
a Sylla intercipiuntur. Ex his Sānites omnes iuſſit interfici*

Ingens p̄-lium īter Metellum & Carinā

Clades exercitus Carbonis a Gneo Pō-peio.

Marianorum defectio ad Syllam. Origo marianæ cladis.

tanquã Romanis aſſidue infenſos. Iiſdem quoq; diebus reliquus Carbonis exercitus a metello ſuperatur, quinq; cohortibus inter pugnandũ, ad Metellũ delatis. Põpeius aũt Martiũ circa Senas debellauit, urbemq; diripuit hoſtiliter. Sylla Martio intra Preneſte cõcluſo, urbẽ foſſa circundedit, muris longo interuallo additis. Lucretiũ etiam Offellã huic operi iuſſit præſidere, ueluti nõ ulterius Mariũ prælio ſuperaturus, ſed fame. Marius deſperatis rebus hoſtes proprios ſtatuit occidere, ac Bruto prætori Senatũ urbis ueluti alia ex cauſa iubet conuocare, deinde Publiũ Antiſtiũ, Papyriũ Carbonẽ alterũ Luciũ item Donutium, & Mutiũ Scæuolam Romanoꝝ Pontificem maximũ interficere. Et hi quidem ambo in Senatu interfecti, ut Marius edixerat. Nã cæde fieri occœpta, Donutius effugiens circa exitũ perfoſſus eſt, modicũ uero ante Senatum Scæuola occiſus, amborum corpora fluuio immerſa. Sic.n. ante Marius inſtituit, ne corpora humarentur. Sylla exercitum Romam per partes al iis atq; aliis itineribus emittit, & ut portas urbis intercipiant illis imperat. Sin uero repellerentur, ad hoſtia concedere admonet. Hos igitur progredientes magna trepidatione urbes receperãt, & ingredi efflagitantibus portas aperuerant. Fame quippe maceratæ, ac præſentium maloꝝ deſperatione confectæ, potentiores ferre cõſueuerant. His perceptis Sylla ulterius progreſſus exercitũ in campo martio, ante portas urbis ſtatuit, Ipſe eã ingreditur, ſeditioſis quibuſcunq; arripientibus fugam, eoꝝ ſubſtantias in cõmune detulit aut publice uenundari mandauit. Populũ præterea in contionẽ cõuocans præſentiũ rerũ ſtatũ deplorauit, iuſſitq; omnes bono animo eſſe, quaſi hæc breui ſedaturus eſſet, & republica meliorẽ in ſtatum conuerſa, quecunq; intuliſſet optime eſſet diſpoſiturus.

Direptio Senẽſis urbis a Pompeio

Marii iunioris crudele cõſilium.

Seditioſorũ fuga.

Deinde nō nullis urbi præpoſitis ex ſuoꝝ numero, Clusiū profectus eſt. Eo in loco reſidua belli inerant. Interea equites quidam Celtiberi a ducibus qui in Iberia fuerant emiſſi, ad cōſules uenire. Orta igitur equeſtri pugna iuxta Glaniū fluuiū, Sylla ad quingētos ex his occidit, ducēti uero, & ſeptuaginta ad eū transfugere. Reliquos Carbo confecit, ſiue ſubitā gentiū defectionē indignatus, ſiue ſimulē cladem & ipſe uereretur. Eadē tempeſtate circa Saturniā reſiduas hoſtiū copias Sylla deuicit, & Metellus Rauenas claſſe prouectus Vritanioꝝ regionem pabulo, frumentoq; abundantē in ditionem redegit. Neapolim porro quidā ex Syllanis nocte per proditionē ingreſſi, omnes, q̄ in ea fuerant, paucis fuga elapſis interemerūt, Triremes etiā urbis abſtulerūt, Inter Carbonē deinde ac, Syllam difficili prælio iuxta Clusiū inclināte iam ſole pugnatū eſt. Cumq; iter utroſq; æquo marte certaretur, nox pugnā diremit. In agro Spoletano Pōpeius, & Craſſus ambo Syllę pretores ad tria milia ex carbonis militibus interficiūt, & Carrinā ex aduerſo illis caſtrametantem obſidere purgunt. Carbo alterū exercitū ad Carrinā deſtinat. Quod intelligens Sylla, inſidis appoſitis ad duo militū milia, cū ad iter adhuc eſſet occidit. Carrina nocte imbribus, & tenebris obducta, ratus plures ex circumſtantibus ob id cuſtodię minus intendere fugā arripit. Carbo cū Mariō collegā fame laborare cognouiſſet, Martiū cum octo legionibus Preneſte ire iubet. Quibus Pōpeius per inſidias in anguſto occurrēs, ab itinere auertit. & multis iterfectis, reliquos in colle quodā cōcluſos obſidit, cuius cauſa Martius nullo extincto igne clanculū aufugit. Exercitus inſidiarū cauſam in illū referens ad ſeditionē peruenit. Tandem arreptis uexillis nullo ſigno dato Ariminū rediit. Reſiduæ copię patrias eoꝝ per partes

Geſta per Syllā i urbis igreſſu nota.

Equeſtris pugna.

Celtiberorū cędes a Sylla, & Carbone

Difficile p̄lium inter Carbonē, & Syllam

Carbonis alter exercitus ad Carinā.

Cædes a Sylla.

Pōpeii uirtus, & uictoria,

Exercitus ſeditio, & Ariminū reditus.

reuertũtur ſic ut ſeptem dũtaxat cohortes cũ duce morarẽtur. Hæc igitur infeliciter operatus Martius ad Carbonem peruenit. Marcũ aũt Lamponiũ ex lucania, & pontium Teleſinũ ex Samnitibus, & Capineũ Guttam ſeptuaginta milia hominũ adducentes, ut Mariũ ab obſidione liberarẽt, Sylla interarcta quædã, ꝑ quę unicus patebat auditus ab itinere excluſit. Quãobrẽ Marius deſperatis omnibus exterioribus ſubſidiis, arcẽ cãpi in medio, qui late undiq;, lõgeq́ patebat erigere cœpit, In qua machinas, & exercitũ inducẽs Lucretiũ ui ſuperare conabatur. Magna uero eius perfecta parte, cũ uaria expertus eſſet, nihilq́ proficeret, in Preneſte denuo cõcluſit exercitũ per hos dies Carbo, et Norbanus in Fauentiam agmẽ deducẽtes, inclinante iã Sole ad Metelli exercitum uenere. Dũ unica lucis ſupereſſet hora, & uineæ intenſæ præpedirent aditus, parũ prudenter, iraq; commoti, milites in aciem educunt, rati ſubito aduentu eoꝝ, Metellũ pauore territũ facile ſuperari poſſe. Victi deinde loci ac tẽporis in cõmoditate pugnãtes, & inter uitiũ nodos prępediti, magno numero interficiũtur, ſic ut decem milia cecidiſſe, referantur, ſex milia ad hoſtes aufugiſſe reliquũ exercitus in fugã uerſum ſolos mille in ordine progreſſos ad Arrigiũ ueniſſe. Alia Lucanoꝝ legio duce Albinouano, clade exercitus audita, excandeſcente eo ad Metellũ tranſiit quã cũ ab impetu cohibere non poſſet, ipſe ad Norbanũ peruenit. Non multo poſt clanculũ cũ Sylla pepigit, ac uenia adepta ſi qd operepræciũ egiſſet, Norbanũ, unaq; duces cũ illo conſpirantes conuiuiũ aduocat, Caiũ Antipeſtrũ, & Flauiũ Fimbriam fratrem eius, qui per Aſiã ſe ducem fatebatur, cæteroſq́ quicunq́ Carbonis prætores aderãt. Hi cũ in unũ conueniſſent excepto Norbano ſolus enim nõ acceſſerat Albinouanus oẽs

Aduentus Martii ad Carbonẽ.

Sylle uirtus.

Marii deſperationẽ attende.

Metelli uictoria de Carbone, & Norbano,

Albinouani crudelitas.

in tabernaculo occidit deinde ad Syllã confugit. Norbanus ad Ariminũ intellecta clade, plures ex propinquis exercitibus ad Syllã fugiſſe audiens, ſatis ratus nullũ ulterius ex amicis, ut in aduerſis mos eſt, in fide permanſurũ priuatam nauiculã inſcendit, & in Rhodũ propere euadit, quo in loco poſterius a Sylla repetitus, Rhodiis iã illi aſſentiẽtibus ſeipſum in fori medio cõfecit, Carbo duas militũ legiones Preneſte a Damaſippo deduci imperat, & Mariũ propere ab obſidione liberare. Sed nec hi per anguſtias locoꝝ, quæ a Sylla tenebantur proficiſci potuere. Galatæ quicunq; ſub Norbano ſuperiora alpiũ incolebant conferto agmine ad Metellũ tranſieret. Et Lucullus reliquũ Carbonis exercitũ circa Placentiã obſedit. Quę cũ Carbo intellexiſſet, triginta militum milia ad Cluſiũ adhuc obtinens, duas Damaſippi legiones, alioſq; cum Carrina, & Martio, Samnitibus inſuper magna manu prõptiſſime inter anguſtias locoꝝ cũ illo laborãtibus, deſperatis rebus, cum quibuſdã ex amicis æger ex Italia in Libyã euaſit, fiſus Libyã cõtra Italos facile inſtante eo ſumptura armũ. Ex his uero, qui ad Cluſiũ relicti fuerãt nõnulli cũ Põpeio in aciem progreſſi iuxta urbem, tandẽ ad uiginti hominũ milia amiſere. Qua clade tã ingẽti accepta reliqui per partes in patrias ſuas rediere. Carrina aũt, & Sartius, & Damaſippus cũ õibus copiis ſuis ad anguſta loca cõuenere, ut cũ Sãnitibus per uim iter aperirent, trãſitũq; patefacerent, Quod cũ aſſeq̃ nequirent, Romã ueluti uiris armiſq; deſtitutã uertere copias, ut una cõmeatũ interciperent, & per ſtadia centũ urbi propinqui ad Albanũ caſtrametantur. Eoꝝ aduentu cũ de urbe uereretur Sylla, equites ſumma celeritate præmittit, qui hoſtibus in itinere occurrãt. Ipſe numeroſis copiis ſubinde prouectus, ad Collinam portam circa

Norbani fuga & mors.

Galataꝝ defectio ad Metellum.

Carbonis fuga.

meridiē caſtra locat nō lōge a Veneris tēplo. Iam igitur hoſtibus ad portas caſtrametātibus ingens pugna circa ſolis occaſum fieri cœpta. In dextro cornu Sylla ſuperior euaſit, Siniſtrū ab hoſtibus diſiectū ad portas profugit urbis. Qui aūt ſeniores aderant, cum hoſtes accurrētes cernerent, portas e machinis deponunt, quæ inter illos corruentes, nōnullos militaris, quoſdā Senitatorii ordinis iterfecere. Multi timore, ac neceſſitate in hoſtes cōuertūtur, ibiq; per noctē depugnātes ſummā ædidere ſtragē. Cecidere eo in prælio ex prætoribus Teleſinus, & Albinus, eorūq; exercitus adepti ſunt. Lamponius, & Lucanus, Marcelluſq;, ac Carrina reliquiq; Carboniane ſeditionis duces qui in unū conuenerāt fugam capeſſunt. Ingens cædes hoc prælio ædita. Ad quinquaginta enim milia utraq; ex parte cecidiſſe narrantur, captiuorū ad octo milia, & plura redacta in poteſtatē. Sylla quod Sannites maiori ex parte in his erāt telis ꝑfodit omnes. Poſtridie Marius ad eū, & Carrina capti ꝑducūtur, Quibus neutiq; parcens, Romanorū more, ambos interfecit. Capita Preneſte ut mœnibus affigeret ad Lucretiū allata mādato eius. Quibus inſpectis Preneſtini, quod omnes Carbonis copias delatas audiuiſſent, Norbanū ex Italia aufugiſſe, reliquū uero Italæ, urbemq; Romā ad Syllam cōceſſiſſe, ciuitatē, Lucreto dedere, Mario aggerem per cuniculos ingreſſo, nec multo poſt interēpto manu ꝓpria Lucretius ceruicē abſcidit, caputq; ad Syllā miſit. Id fori in medio ante roſtra cum appendiſſet Sylla, inuenta conſulis irriſa hæc effatus dicitur Remigem prius eſſe oportere, q̄ ad gubernacula admouere manus. Lucretius preneſte recepta, Senatores omnes, qui cū Mario ea in urbe geſſiſſent bellū, partim interfecit, partim in uicula cōiecit, quos Sylla ſubinde adueniēs neci tradidit,

Fuga ſiniſtri cornu Syllæ ad portas urbis.

Bellum nocturnū.

Syllæ crudelitas.

Preneſtinorū deditio

Syllæ facta irriſio i Mariū eūdem.

iuſſitq; ex Preneſte ſine armis in cãpũ prodire omnes qui in urbe morã duxiſſent. Ex his quoſcũq; ſibi utiles, paucos tamen e cæteris elegit, reliquos in tres partes ab inuicẽ diſtinxit. Romanos ſcilicet Sãnites, & Preneſtinos. Cũ diuiſi forẽt. Romanis per præconem in primis annũciat, quĩ morte digna perpetraſſent, ueniã illis elargiri, reliquos cõfodi imperauit. Mulieribus eorũq; filiis libere abire permiſit, ac ciuitatẽ diripuit hoſtiliter, opibus tũc quidem refertã maximis. In hunc igitur modũ p̃neſte capitur. Norba alia ciuitas ſtrenue adhuc illi reſiſtebat. Emilio demũ Lepido nocte per proditionẽ ingreſſo urbẽ, deſperatione ducti ciues ob proditionẽ, quidã ſemet interemerũt, alii ſe adinuicem ſpõte trucidarũt, nõnulli laqueis finiere uitã, portas porro quidẽ obturarũt, alii incenderũt. Vẽtus nempe aſſidue incũbens adeo cõſumpſit omnia ut nihil ſpolioꝝ ex urbi percipi potuerit. Sic illi egregie mortẽ obiere. Ingruẽtibus hũc in modũ per Italiã bellis, igne, internecio hominũ Syllæ prætores ad urbes accedẽtes, que ſuſpectiora uidebãtur, preſidiis muniebãt. Põpeius interim in Lbyã cõtra Carbonẽ, & in Siciliã contra neceſſarios Carbonis, & amicos proficiſcitur. Sylla Romanis in concionẽ conuocatis multa de ſeipſo magnifice elocutus eſt. Alia quoq; nõ minus formidanda in deprehenſionẽ eoꝝ enarrauit. Ad hæc porro intulit. Quoniã populũ meliorem, in partem cõuerteret, cũ ſibi paruiſſet, nulli inimicoꝝ ad extremũ uſq; ſuppliciũ parciturũ, uerũ prætores, quæſtores, tribunos, & quoſcũq; alios qui cũ hoſtibus ſimul quippiã egiſſent ea ex die, qua Scipio cõſul in his, quæ pollicitus fuerat, non ſtetiſſet, ſummis pœnis affecturũ eſſe. Quo dicto Senatores quadraginta, equites mille, & ſexcentos ad mortem condẽnauit. Hic enim Romanoꝝ primus inuentus eſt,

Crudelitas Lucretii.

Norbanorũ egregia mors.

Cõuocatio Romanoꝝ ad cõcionẽ

Nota hic Syllæ crudelitatem magnã.

qui morte mulctaret deſcripſit, & præmia interfectoribus. Iudicia his qui accuſarent, & ſupplicia occulentibus inſup aſcripſit. Paulo poſt Senatores alios primis addixit, ex quibus nõnulli inopine deprehẽſi, eo in loco, quo capti fuerãt interfecti ſunt, aut in domibus, aut angiportibus, aut ſacris in locis. Quidã ſuſpenſi, & ad Syllam delati ante pedes eius proiecti ſunt. Alii trahebantur, uerberabãturq; nemine intuentium uocem in tantis calamitatibus ob pauorem emittere audente. Expulſiones etiam aliorum, & aliis bonorum collationes factæ cum ab urbe fugientes quæreret, & hinc inde cuncta flagellantes premearent, quoſcunque etiam inueniſſent neci traderent. Plurimæ inſuper Italorum cædes, exilia, & bonorum publicationes patrabantur in eos, qui aut Carbonis, aut Norbani, aut Marii, aut eorum prædorum mandatis paruiſſent, iudicia per Italiã omnem dire exercebantur. Accuſationes prætoriatuũ militiæq; multiplices fiebãt, uel in pecuniarum exactionibus, uel aliis miniſteriis, uel omnino conſilii alicuius in Syllã perpetrati. In delictorum numero hoſpitalitates, & amicitiæ, & collationes, uel dantis, uel recipientis ponebãtur, uel ſi quis prõptitudinis alicuius, aut contubernii in itinere deprehẽſus extitiſſet. Quæ omnia circa diuites aſperius etiã exigebãtur. Cum uero in ſingulos delationes defeciſſent ad ciuitates ſe Sylla cõuerterat eaſq; uiciſſim puniebat, aliarum arces demoliri iubendo, quarundã mœnia ſolo æquãdo, aut publicã mulctã illis imponendo, aut grauioribus tributis eas affligẽdo. Nõnullas etiã plurimis ex his, qui ſub ſe militauerãt in colonias diſtribuit. & ueluti arces quaſdã per Italiã habiturus, ciuiũ agros, domoſq; inter eos partitus eſt. Quæ res uſq; ad ultimũ uitæ exitum eos beniuolos ſibi reddidit, quaſi nihil proprii, aut

Crudelis ad omnia Sylla.

certi ſibi ipſis præponẽtes niſi ſaluõ, & incolumi Sylla, ita ut deficiẽte eo adhuc pugnarẽt. Hæc igitur in Italia agitabantur, Carbonẽ autẽ ex Libya in Siciliã, & ab ea in Corſicam cum illuſtribus multis fugientẽ. Põpeius quibuſdã præmiſſis intercepit. Cæterũ ducẽtibus in mandatis datum ut priuſq̃ ad conſpectũ eius acceſſiſſent, alios quidẽ interficerent. Carbonẽ uero ante pedes eius ſtãtem ter conſulẽ, catenisq; deuinctũ morti condẽnauit. Caput quoq; ad Syllã miſit. Ille cum omnia ad uotũ contra inimicos ſuos ſtatuiſſet & nullus Sertorio excepto, qui longe aberat ſupereſſet hoſtis. Metellũ ad eum oppugnandũ in Iberiã miſit. Quæcũq; uero in urbe fuerant, ea ſibi ad nutũ ſubdidit. Legis aut comitiorũ, aut ſortis delectus nullus habebatur, cunctis metu trepidãtibus, aut occulẽtibus ſe, aut omnino ſilentibus, qui quæcũq; Sylla ſtatuiſſet, ſiue Conſul, ſiue Proconſul immobilia, iuſtaq; ex decreto firmauere. Imaginẽ præterea eius ex auro equeſtrẽ ante roſtra collocarũt, inſcripſerũtq;. Cornelio Syllæ Imperatori fortunato. Si.n. illum adulatores in hoſtes fœliciter pugnantẽ appellare conſueuerãt. Quæ adulatio ſtabile tandẽ nomen obtinuit. Ego quippe nõnulla legiſſe memini, in quibus Sylla ex decreto uenuſtũ ſe appellare uoluit. Quod nomen non inconueniẽs mihi uiſum eſt, ex quo Fauſtus cognominatus dicitur, non.n. lõge a fœlici, & Fauſto uenuſti nomen uidetur differre. Legitur etiã ubi ex oraculo futura ꝑſcrutanti hæc confirmata ſunt his uerbis. Crede mihi a Venere Romana potentia creuit. Magna tibi æneæ ſtirps eſt, quę currat, & almis Annua cœlicolis, ne reddere uota recuſes. Delphos dona feras q̃primũ aſcendere pergens, per iuga candentis Tauri locus eſt, ubi cernes Charã urbem ingentẽ, colitur quæ nomine diuæ. Vim ſummã accipies

Amor militũ erga Syllam.

Metellus ad Sertoriũ oppugnãdũ in Iberiam miſſus.

Syllæ cognomen

Taurus mons.

Munera & illic depone ſecurim. Quæ utrauis Romani ciues imagini eius aſcripſerint uel cauillo in eum uel adulatione uidetur uſi. Miſit autem diadema aureũ, ac ſecurim, hæc inſcribēs: Hæc tibi diua uenus deponit munera Sylla. Vt ſomno monitus martis conſpexit in armis Pugnātē, atq; acies armatas inter agentē Rex autē, ac tyrannus exiſtens, nec electus ab ullo, uerũ potentia, & uiribus adauctus cum huiuſmodi diſſimulatione indigeret, ut electus uideretur, hæc aſtute cōmentus dicitur. Romanis quippe ex uirtute iampridē reges præſidebāt, & ſi quiſpiā eorum deceſſiſſet Senator alius, & deinde alius poſt regē per quinq; dies præſidebāt, donec populus regē aliũ approbaſſet. Hunc igitur diebus quinq; præſidentē inter regem ſolebāt nominare. Erat interim is rex. Comitia uero cōſulũ qui magiſtratũ finiuiſſet proponere ſolebat. Quod ſi forte creatio conſulis non ſuccederet, hic interim rex, & tunc quidē conſulari electione creabatur. Hũc morem igitur immitatus Sylla conſule nemine exiſtente, ex quo Carbo in Sicilia, Marius. Preneſte deceſſerāt urbe ingreſſus eſt. Senatus inter regē interim creari iubet, ac Valerium Flaccũ tunc quidē in primis creat, ratus eum comitia cōſulũ ſubinde habiturum. At uero Sylla Flacco ſeparatim per epiſtolā iniungit ut ſententiā ad populũ deferat utile Syllæ uideri in præſenti eſſe in urbe principē, quem dictatorem nominant per quadrigentos iam deſuetũ annos, quēq; elegiſſent ſuadere nō ad tempus dictũ, ſed quouſq; ciuitatē, & Italiā, principatũq; omnem ſeditionibus belliſq; fluctuātem ſtabiliſſet urbi præſidere. Quā rem ad Syllā pertinere omniũ bene intelligentiũ animi haud dubie cernebant. Sylla uero neq; ſeipſum, neq; epiſtolę ſecreta celauit ulli, ſe ſcilicet ciuitati hac in re maxime fore utilē, ſed hęc palā ānūciauit.

Sylla Delphos miſſa

Quo pacto Sylla effici ſtudeat ppetuus dictator.

Romani cũ ex lege nihil ulterius ſancire poſſent, neq́ quippiam omnino hæc ad ſe pertinere crederet, in omni rerum indigentia diſſimulationē creationis ueluti libertatis imaginem, & ſpecimen amplexi, Syllā quoad uelit principē eorũ ſtatuere. Tyrannis fere quædam dictatorũ olim fuit dignitas tēpore uel breui diffinita. Tũc aũt primũ nullo adhibito fine tyrānidem expreſſit ultimā, Tantũ ad nominis ſplendorem illi conceſſere, ut eũ expoſitione legũ eligerent dictatorem, quibus ſub ſe approbaret, cõſtitueretq́ rempublicā. In hũc modũ Romani regibus ſupra cẽteſimā olympiadē in primis uſi, cũ ab illis democratia, & annuis cõſulibus functi eſſent, aliis interiectis centũ olympiadibus, iterũ reges exꝑti ſunt, olympiade apud Græcos quinta, & ſeptuageſima, ſupra centeſimā, nullo in olympiis certamine præterquā ſtadii curſu ædito. Athletas nempe, & cætera ſpectacula Sylla Romā euocauit, ueluti ſolamina quędā belli Mithridatici, aut Itali excuſatione adhibita quaſi populũ a calore reſpirare, & refrigerari cuperet. Hic igitur ad ſpecimen quoddā patriæ reipublicæ conſules ab illis eligi permiſit. Fuereq́ tũ primũ Marcus Syllius, & Ortilius Dolobella creati conſules. Ipſe regũ in morem ſupra eos dictator reſidebat. Secures quatuor, & uiginti tāq̃ dictatori ante cũ ferebantur, ut priſcis etiā regibus mos fuit. Cuſtodes præterea corpori quā plurimos addidit, leges alias diſſoluit, alias impoſuit, neq́ aliquem prius prætorē quā quæſtorem eſſe uoluit, nec conſulem ante quā prætorem, & eandem poteſtatē eũdē uirũ attingere prius quā decenniũ peregiſſet, ex decreto uetuit. Tribunitiā uero poteſtatē adeo perfregit, ac debilitauit ut fere ad nihilũ redegerit. cũ ex lege prohiberet qui Tribunatum geſſiſſet ulterius poteſtatē habere poſſe. Quāobrē omnes qui gloria, aut

Quæ pegit Sylla ab adeptione pricipatus uſq́ ad eius finem lege.

Electio cõſulũ a Sylla Romanis ꝑmiſſa.

genere pollebant, Tribunatum in futurũ aduerſati ſunt, ne'ꝗ clare poſſunt eloqui, an Sylla ipſum, ut nũc eſt, a populo ad Senatũ trãſtulerit. Nã cũ Senatus ob diſſenſiones, bellorũq; turbines fere exhauſtus eſſet, trecentos ex optimis equeſtris ordinis elegit, uocemq; ſingulis in comitiis attribuit. Populares aũt ſeruos eoꝝ, qui nuper cæſi fuerãt, iuniores ſcilicet, ac robuſtiores uſq; ad decẽ miliũ numerũ, & pluriũ in libertatẽ, uindicauit, ciueſq; Romanos eſſe uoluit. Corneliũ quoq; ſeipſum ultro nominauit. Ad mandata porro exequẽda ex popularibus decem milibus uſus eſt. Illud idem per Italiã meditatus legionibus tribus, & uiginti, ſub ipſo militantibus multos in ciuitatibus agros, ut a me præſcriptũ eſt attribuit, partim in diuiſos adhuc, partim ꝑ uim ereptos ob mulctã.

Tribũitiæ poteſtatis debilitatio a Sylla.

Ad omnia deniq; tã formidabilis fuit, & ad iram ſubitus, ut Quintũ Lucretiũ Oſellam, cuius opera Preneſte urbẽ receperat, Mariũ conſulẽ obſederat, uictoriæ finẽ tandem adeptus fuerat, conſulatũ inire deprecantem, cũ in equeſtri ordine adhuc eſſet, priuſq; prætor, & quæſtor, extitiſſet, rogãtibus inſuper ciuibus priſcoꝝ more permittente ob captiuoꝝ multitudinem, cũ abnuendo deterrere nõ poſſet, fori in medio enſe confoderit. Deinde accitis ad cõcionem ciuibus in hũc modũ elocutus ſit. Scicis uiri, & a me audiſtis quoniam Lucretiũ minus mihi obſequentem ipſe occiderim. Rationẽ deinde addidit. Pediculi ruſticũ arantẽ forte momorderant Ille bis aratũ deponens ueſtem perpurgauit. Cum aũt denuo morderent, ne ſepius ab opere ceſſaret, ueſtẽ igni impoſuit. Sic ego utilis perſuadeo, ne tertio ignem experiantur. Sylla igitur huiuſmodi ex cauſis pauefactis omnibus principatu ad libidinẽ abuſus eſt. Triũphũ quoq; ex Mithridatico bello egit. Et quidam eius dictaturam inficiatũ regnũ per iocũ

dictitabant, quod regiũ duntaxat celaret nomen, alii ex aduerſo ad opus transferentes tyrannidẽ profeſſam appellabant. Tantũ Romanis ipſis, atq; Italis oĩbus cladis bellũ intulit, aliiſq; ſupra illos nationibus, quæ nuperrime Sylla, & Mithridate depugnãtibus latrociniis uexatæ, nuperrime queſtore carentes ob diſſenſiones tributis afflictæ, fuere, Quęcũq; enim nationes, & regna, quicũq; ſocii, aut urbes nõ ſolũ uectigales, uerũ quæ ſemet fœderibus iureiurando Romanis credidiſſent, uel ob belli ſocietatẽ, aliamq; uirtutem, ac præſtantiã ſuis legibus degẽtes immunes extitiſſent tũc omnes tributa coſerre, & illi parere cogebantur. Non nullis portus, prouinciaq; ex fœdere conceſſæ denuo ablatæ ſunt. Cũ Sylla Alexandrũ Alexandri Aegyptiorũ regis filiũ in Coo enutritũ, & a Cois Mithridati traditũ, poſtremo ab illo ad ſe fugientẽ in amiciciam recepiſſet ex decreto Alexandrinis præeſſe uoluit, nam regnũ uirili ſtirpe defecerat mulieribus quæ ex regio genere aderãt uiro ex eadem ſtirpe carentibus, ratus ex regno auri opulentiſſimo magnã pecuniarũ uim auferre poſſe. Cæterũ cũ per nouem, & decem dies illis præfuiſſet, abſurdũ exiſtimantes quod Sylla ſperauiſſet regẽ ab ipſis poſcere, in gymnaſiũ ex regia delatũ interemere. Sic magnitudine potentiæ ſuæ confiſi, Alexandrini exterarũ cladiũ experientia, cæteros minus timuere. Sequenti anno Sylla quãq; dictatura fungeretur, ſub diſſimulatione tamen ſpecimen quoddam democraticæ tenuit, politiæ, ac denuo cum Metello, qui pius cognominabatur conſulatum iniit. Hoc igitur fortaſſe exẽplo, qui nũc Romanorũ regno præſident conſules declarantes, nõ nunquã cõſulatum, & ipſi aſſumpſere nõ indecorũ exiſtimãtes cum maiore dignitate una conſulatũ gerere. Sequenti deinde anno populus quo Syllæ obſequeretur, conſulatum eun-

Triũphus ex bello Mithridatico.

Attẽde tributa a Sylla cõferri indebite coacta.

Sylla q̃uis dictator cõſulatum iniit.

dem ut gereret deprecatus eſt. Cui aduerſatus Sylla Corneliuni Iſauricum, & Claudium pulchrum conſules deſignat. Ipſe nemini cogente dictaturam præſtantiſſimam dignitatum omnium ſponte depoſuit. Et profecto mirum mihi uidetur, primarium uirum, ac ſolum tum quidem inter omnes tam illuſtrē impellente nullo reliquiſſe dignitatem, non filiis, ut Ptolæmus in Aegypto, & Ariobarzanes in Capadocia, & Seleucus in Syria, ſed his, qui tyrānidem eius pertulere. Irrationabile id.n. qui per uim tot periculis ſe obiiciens dictaturā aſſumpſiſſet eam ſpōte poſuiſſe, & pręter cunctorū opinionē nihil noui ab ullo ueritū fuiſſe, q cētum, & plura hominū milia bello cōfeciſſet, tot domeſticos hoſtes occidiſſet, Senatores nonaginta, Cōſules quinq; ſupra decē, Equeſtris nomē ordinis ad duo milia, & ſexcētos alios deinde expuliſſet, quorū nōnullis facultates ademerat, quoſdam inſepultos proiecerat, eundē neq; qui domi, neq; q foris eſſent timuiſſe, ac urbibus, quarū plæriſq; arces, mœnia diſiecerat, agros, pecunias, tributa ademerat, ſe priuatū obtuliſſe. Tātū huic uiro animi, & felicitatis affuit, ut fori medio dicere auderet. Ideo dictaturā ſe deponere, ut eorū, quæ feciſſet rationē ſubire poſſet, ſi quis exigeret. Virgas præterea & ſecures pfregerit, & cuſtodes a corpore amouerit, ſoluſq; cum amicis, uulgi in mediū progreſſus ſit inſpectāte multitudine, ac ſtupente rei nouitate. Ac tum ſemel ad domum diuertēte adoleſcēs quidā cōtumeliis affecutus eſt, nemine illum deterrente, ut ad domū uſq; cōuiciis ſe inceſſeret adhortatus dicitur. Ita, qui inter maximos uiros primus omniū ira excandeſcere ſolebat, adoleſcentē patienter tulit. Hoc ſolum domū ingrediēs ſiue ab ingenio, ſiue a diuinatione quadā futurorū dixiſſe fertur. Non ſinet adoleſcēs iſte

Syllæ ambitio.

In Syllam contumelias adoleſcentis aduerte.

In adoleſcētē patientiā ac dictum Syllę notam.

alterũ aliquãdo uirum dignitatẽ huiuſmodi habentẽ depo-
nere. Quod Romanis paulopoſt cõtigit Caio Cæſare pote-
ſtatem minime exuente. Omnino mihi Sylla uidetur cũ ue-
hemẽs ſimul, & potens extitiſſet ex priuato tyrannus fieri
cupiuiſſe ex tyranno priuatus, & ob id ad ſolitudinẽ quandã
agreſtitatẽq; declinaſſe. Profectus eſt.n. Cumas Italiæ urbẽ
ad agros proprios, quo in loco maritima ſolitudine oblecta-
tus nõnunq̃ uenationi impẽdit operã, uitam in urbe neutiq̃
priuatã agẽs, neq; debilis iterũ ad quæcũq; cõcupiſſet, cum
robuſta illi adeſſet ætas, corpuſq; a natura ualidũ. Circa Ita
liam uero centũ & uiginti milia hominũ tenuit recens ſub
eo militantiũ, quibus ingentia munera, agros plurimos cõtu-
lit. Parati quoq; in urbe Cornelii decies mille aderant, &
alter eiuſdẽ factionis ſeditioſus globus beneuolus illi, cæte-
ris tremẽdus, atq; formidabilis. Hi fiduciã eorũ, quæ egiſ-
ſent in Sylla ſtatuẽtes, ſalutẽ etiam propriã in eo collocarãt.
Cæterũ mihi uidetur Sylla bellorũ, principatus, ac ciuitatis
ſacietatẽ nactus, uacationẽ dũtaxat, & feritatem appetiſſe.
Quo deficiente Romani ſubito a tyrannide, cædeq; liberati
paulatim ad ſeditiones nouas defluxere. Nam cum conſules
Emiliũq; aduerſariũ adinuicẽ hoſtes haberẽt, & qui ſubito
inter ſe contenderẽt certũ erat malum aliud a primo ſum-
pturũ ortum. Ferũt Syllã cum in agris eſſet dæmonẽ quen-
dam per ſomniũ aſpexiſſe, ſeq; ab illo uocari exiſtimauiſſe.
Quod ſomniũ cum amicis mane retuliſſet, ſumma celeritate
teſtamentũ conſcripſiſſe, in ſequentiq; nocte obſignato eo, cũ
febris acceſſiſſet, ſexageſimo exacto anno e uita deceſſiſſe.
Fuit autem ad omnia feliciſſimus uſq; in finem, & quẽad-
modum cognominatus eſt, ſic felix habitus, tantũ proſperita-
tis, quantũ cõcupierat aſſecutus. Et ſtatim quidẽ poſt eũ ſedi-

Quid pe-git Sylla poſt depo-ſitã dicta-turam.

Origo no-uarũ ſedi-tionum.

Syllæ feli-citas uſq; in finem.

Seditio poſt mor-tẽ Syllę.

tio in urbe emicuit, cũ nõnulli corpus eius per Italiã põpæ in modũ ferendũ dicerent, deinde urbi illatũ fori in medio publice humandũ Lepidus uero, & qui circa illũ erant, aduerſarentur. Vicere demũ Catullus & cæteri Syllanæ factionis comites, corpuſq; per Italiã in urbem lectica aurea regium in morẽ illatum eſt. Tibicinũ copia, equitũq;, ac cæterorum multitudo progrediebatur. Poſt hos milites omni ex parte, & ad Pompã inſtructi armis occurrebãt, & ut quiſq; acceſſerat protinus in ordinẽ referebatur. Verũ multitudo tam ingens qualis nullo unq̃ in opere uiſa fuerat acceſſit. Præcedebãt ſigna, ſecureſq; quibus dictator cum eſſet utebatur. Hunc in modũ inſigni põpa, magno apparatu in urbem defertur. Coronæ ex auro ad duum miliũ numerũ, pluresq; ſumma cura fabricatæ. Vrbium dona, ac legionũ ſub eo militãtiũ ab amicis ſingilatim ferebãtur, aliaq; ad ſepulchri decus addita, quorum ſplẽdorẽ eloqui nemo poſſet. Corpus denique accurrente exercitu ſacerdotes, ſacræq; uirgines per uices detulere. Senatus item reliquiq; magiſtratus cum uexillis eorum ſequebãtur. Alio deinde ornatu eqtũ turba exercituſq; omnis per partes diuiſus, qui ſub ipſo fuerat. Magno demũ ſtudio unuſquiſq; ad ferendũ accurrit uexilla aurea argenties præferentes armis, quibus ad pompas nunc etiam utũtur. Turbarũ infinitus fuit numerus quarum multitudo per partes grauiorem triſtemq; emittebat ſonũ. Vox laudantiũ prima Senatus erat, deinde equitum, poſtremo exercitus, populiq; uniuerſi, ex quibus nõnulli Syllam exoptantes, quidam formidantes, tũc aũt exercitum extinctiq; corpus circũſteterant. Cũ enim ad magnitudinem geſtarũ rerũ, defunctiq; memoriam flexiſſent animũ, quæ uir ille peregiſſet obſtupebant, fatebanturque eundem omnibus hoſtibus ſuis longe feliciorem

Syllæ funeralia.

fœliciorem defunctum quoq; illis formidabiliorem extitiſſe. Verum cũ ad tribunal, ubi cõcionari mos fuit in foro delatũ eſſet, funebrem orationem in primis ædidit, qui ea tẽpeſtate fuit eloquentiſſimus. Quũ Fauſtus Syllæ filius adoleſcẽs adhuc eſſet. Lecticã ſubiere potẽtiores ex Senatu omni iidẽq; cãpo martio intulere, quo in loco reges dũtaxat humari conſueuerant. Equites uniuerſuſq; exercitus circũ pyrã exercuit. Et hic Syllæ finis. A funere deinde redeuntes cõſules uerbis ſtatim inter ſe, calũniiſq; diſſidere, quęq; ad urbem pertinebant inuicem partiri cœperunt. Lepidus quidẽ Italis ſubblandiens agros, quos illis ademiſſet Sylla reddi depoſcebat. Amboꝝ odia ueritus Senatus iureiurãdo eos aſtrixit ne armis inuicem contenderet. Lepidus Galliã ſortitus, quæ ſupra alpes ſita eſt, ad comitia minime deſcendit, utpote qui bellũ in ſequenti ãno, nullo iuriſiurãdi timore habito in Syllanos eſſet geſturus. Videbãtur enim intra magiſtratus ſui annũ fidem præſtitiſſe. Cum quę cogitaſſet minime laterent, a Senatu accerſitus eſt, nec ille quamobrem uocaretur ignarus, uniuerſo cũ exercitu profectus quaſi cũ eo urbẽ ingreſſurus, prohibitus ſubinde ad arma ꝑ pręconẽ omnes cõuocant. Ex aduerſo Catulus bellũ uiciſſim præconis uoce denunciat. Poſt modicũ prælio ante campum Martiũ inito ab utriſq; ſuperatus eſt Lepidus, nec multum illi aduerſatus in Sardiniam enauigauit, quo in loco diſtillationis morbo correptus, ceſſit e uita. Prætor eius paulatim cæteris inſultans ꝑ partes deſtinatur. Quicqd reſidui roboris ex optimis fuerat Perpenna ad Sertoriũ in Iberiã deduxit. Reſiduũ quippe Syllanoꝝ operũ, Sertorii bellũ fuit per octo, nec facile geſtũ annos, neq; inſimul Romanis non tanq̃ in Iberos, ſed adinuicem pugnantibus cõtra Sertoriũ, qui Iberię, ut præmiſſum

Regũ ſepulturę ubi.

Diſſenſio inter Lepidũ, & Catullũ conſules.

Lepidi ꝓfectio ad Senatũ cũ exercitu.

Lepidi mors.

eſt imperitabat. Nam cũ Carboni depugnaret Sylla, Serto-
rius Sueſſam urbem per inducias recepit. Fugiens deinde
ad præturam profectus eſt, exercitumq́ ab Italia deducens,
alterũq́ ex Iberis in unum cõgregans, prætoribus, qui ante
illũ fuerant prouinciam inire prohibentibus, quo Syllæ obſe-
querentur ex Iberia eos expulit, ac in Metellum, qui a Sylla
miſſus fuerat egregie bellũ geſſit. Prõptus quippe ad audenda
omnia Sertorius Senatũ ex amicis, qui una aderant uſq́ ad
trecentũ elegit numerũ, quem uere Romanorũ in alterius lu
dibrium aſſeuerabant. Sylla defuncto, ac Lepido, deinde poſt
Syllam exercitũ alterũ Italorũ agens Sertorius, quem Per-
penna Lepidi prætor ad illũ duxerat opinionem facile præ-
ſtitit, quaſi in Italiam bellũ eſſet traiecturus, niſi quod id ue-
ritus Senatus exercitũ, ducemq́ aliũ poſt primũ in Iberiam
Pompeiũ miſit, qui illi obſiſteret adoleſcentem adhuc, uerum
fama illuſtrem ob ea quæ in Lybia, & in ipſa Italia ſub Syl
la geſſerat. Is igitur ad alpes penetrandas magno animo pro
fectus, nõ per Hannibalis illud memoratũ iter, uerum haud
longe a Rhodani, atq; Eridani fontibus iter cœpit, quæ am-
bo flumina paruo inter ſe ſpacio caput exerũt. Ex his alter
per Celtas, qui ſuper alpes incolũt in Tyrrenũ mare diffun
ditur, alter uero intra alpes ſupra Ioniũ ſinũ clapſus pro Eri
dano Padi nomen aſſumit. Accedente in Iberiam Põpeio Ser
torius exercitũ omnem pabulatũ educens impedimẽta eius,
ac ſeruos euaſit, & ad Laurũ urbem ingruẽte Pompeio ur-
bem diripuit, funditusq́ diſiecit. Ex obſidione interim mulie
re deprehenſa, cũ miles digitis per obſcena adhibitis in illã
conuiciaretur, oculos ſibi eruit. Qua re percepta Sertorius
paſſionem eius miſeratus cohortem omnem ad ſimilia infa-
mem, atq́ arrogantem, quãquã ex Romanis cõſtaret inter-

Põpeii lat-us, & trãſitus illius p alpes.

Aduentus Põpeii in Iberiam.

De mulie re obſidione dep̃hẽſa lege qd

fecit. Ac tũc quidem inſurgẽte hyeme inter ſe diuiſi ſunt. Cũ aũt uer inſtaret, adinuicem cõgredi cœperũt. Metellus ſcilicet, ac Pompeius ex Pyreneis montibus, inter quos hyberna egerant. Sertorius, & Perpẽna ex Luſitania, ac ſimul iuxta urbem, quæ Surũ appellatur congreſſi, tonitru horrendo cõcutiente aera fulguribus in immenſum coruſcãtibus, qui armis experti erant nullo timore perfecere bellũ, pluſimamq; cædem ædidere, quoad Metellus Perpennam repulit, exercitumq; eius diripuit. Eo in prælio Sertorius Pompeiũ uicit Pompeius non ſine periculo fœmur telo ſaucius euaſit. Et hic finis pugnę inter utroſq; fuit. Ceruã habuit Sertorius candidam admodũ, atq; manſuetam, quã cũ forte amiſiſſet infelicitatis ſignũ arbitratus permaxime angebatur animo, nec in aciem prodibat, ceruam ab hoſtibus interceptã autumãs, qua eos illudere ſolebat. Cũ dei1de inopine apparuiſſet, Curiuſq; ad eũ contendiſſet, ſubito in hoſtes quaſi ab ea excitus defertur, præliiſq; leuibus uſus eſt. Nõ multo deinde pugnam ingentem circa ſagũtũ a meridie in noctem protulit in qua equeſtri prælio Pompeiũ ſuperauit, hoſtium ad ſex milia interfecit, media eorũ parte deleta. Metellus ex Perpennæ exercitũ ad quinq; milia neci dedit. Sertorius poſtridie ab ea pugna ingenti barbarorũ collecta manu, inopine Metelli exercitũ aggreditur cũ iam ſol ad occaſum uergeret, ueluti caſtra aduerſus eum magno animo eſſet poſiturus. Accurrente deinde Pompeio ab incepto deſtitit. His ætatis temporibus ab utriſq; geſtis ad hyberna diuertere iterum. In ſequenti anno ſexta, & ſeptuageſima ſupra centeſimam olympiade; duæ ex fœderibus nationes Romanis acceſſere, Bithynia Nicomede eam relinquente, & Cyrene Ptolemæo legi qui Appion dicebatur, teſtamento uiciſſim eam tradẽte

Alia iges pugna a Sertorio ædita.

Romanis. Econuerſo hoſtes inſurrexere Romanis præpotentes. Sertorius circa Iberiam, & mithridates ad orientem, piratis maria omnia infeſtantibus, & circa Cretem bellum aliud a cretēſibus gladiatoriis etiā prœliis per Italiā uehemēter, ſubitoq́ emergentibus. Diuiſi igitur inter tā ingentes res, alias in Iberiā duas emiſere legiones, cū quibus cęteris adiūctis Metellus iterū, ac Pōpeius ab Pyreneis montibus in Iberiam uenere. His Sertorius, ac Perpenna a Luſitanis occurrūt, & tūc quidem multi a Sertorio ad Metellū transfugere, quorum cauſa turbatus Sertorius crudeliter, barbareq́ i pleroſq; debacchatus odio haberi cœpit. Huius rei præcipua exercitus cauſa fuit, q̃ is cuſtodes a Celtiberis undiq́ aciuerat, & Romanis a corpore amotis eorum loco exteris ſe crediderat. Nō enim milites æquo animo perferre poterant, ſe infidelitatis ab eo argui, quāq̃ ſub Romanorum hoſte militarent, quinimo id eos uehementius angebat, cū infidi erga patriā ob illū haberētur, nunc ſuſpectos ab eo haberi, nec qui in fide permanſiſſent a tranſfugis dignoſci poſſe. Multa præterea Celtiberi in eos inſurgentes, cōtumelioſe ut inuidis obiectabant. Verūtamen ii Sertoriū non omnino ſimul omnes reliquere ob eius utilitatē, atq; præſtantiā. Nō enim fuit alter uiro illo bellicoſior, atq; fortunatior. Qua ex cauſa Celtiberi illū ob agendorum prōptitudinem Hannibalē ſolebāt appellare, quē audaciſſimū, & aſtutiſſimū ducem apud eos fuiſſe nouerant. In hūc igitur modū exercitus erga Sertoriū ſeſe habuit. Vrbes interim plurimas eius q una cū Metello uerſabantur, aſſidue infeſtabant, ciueſq; ad deditionem impellebant. Cū Pompeius Palantiā obſideret urbem, ac mœnia lignorum trūcis undiq́ appendiſſet, aggreſſus eū Sertorius ab obſidione repulit. Verū præueniens Pōpeius mœnia ſuccen-

Sertorianorum fuga ad Metellum.

Odium in Sertoriū.

Sertorii laus.

Sertorii uirtus.

dit igne, deinde ad Metellũ rediit. Sertorius reſtitutis quæ corruerãt mœnibus ad eos, q circa Calagyrũ caſtra habebãt delatus ad tria milia iterfecit. Hæc ſunt, quę eo ãno in Iberia dicũtur geſta. Sequenti anno imperatores Romanorũ ſumma ui magis ſolito confiſi ciuitates, quæ a Sertorio tenebantur inuadũt, & pleraſq; ex illis ſibi uendicarũt. Cæteras etiã aggredi cœperũt, dolo confiſi, & inſidiis. Nõ enim tptis uiribus inuicem cõuenerant, uerũ iterum uſq; ad inſequẽtem annũ ipſe denuo urbes maiori animo inuaſerant. Sertorius aduerſante iã fortuna bellicarũ rerũ laborem ultro depoſuerat, plurimũq; inter delitias, mulieres, cõuiuia, potuſq; uerſabatur. Qua ex re aſſidue eũ uinci cõtigit, & ob id ad ſummã delatus iracũdiã ob ſuſpitiones uarias, acerbitateſq; puniendi ad uniuerſa dubitabat adeo, ut Perpenna, qui ex Emiliana ſeditione ſpõte ad eũ magnis cũ copiis acceſſerat timore ductus decẽ dũtaxat fretus comitatu inſidias in eũ ſtrueret, ex qbus nõnulli indicio deprehenſi, ſupplicio affecti ſunt quidam fuga ſibi conſulere. Perpenna præter opinionem delitescens magis adhuc facinus accelerare ſatagebat, & Sertoriũ cuſtodes a ſe nuſq̃ dimittentem in conuiuiũ ſecũ uocat. Eo in loco cũ aſtantium turba turba uino grauis minus cuſtodiæ intenta eſſet, Sertoriũ obtrũcat. Exercitus qdem in Perpennã ſtatim inſurrexit, ira concitus, ac tumultu, beniuolentiam quoq; pro odio in ducem commutauit, ut omnes furore quodã in eos cõmoti ſint, q illũ occidiſſent. Cũ enim is cuius cauſa nõnunq̃ triſtabantur e medio ceſſiſſet ad uirtutis propriæ memoriã cũ miſericordia, pietateq; reuertebantur. Ac tunc quidem quæ præſentia illis aderant mente cogitantes, Perpennam ueluti priuatũ quendã contẽnebant. Porro Sertorii uirtutem unicã eorũ ſalutem fuiſſe rati, haud facile in

Prudẽtiſſimi imperatores.

Sertorii fortuna aduerſa.

Ira & inſurrectio exercitus in Perpẽnam.

Perpennā coīciebāt oculos. Nec ipſi dūtaxat, uerbū barbari
fere omnes, Luſitani ꝗ, quorū opera Sertorius præcipue in
Perpenna hæres a Sertorio inſtitutus. bello uſus fuerat. Cū uero teſtamēti reſeratis tabulis Perpen-
na a Sertorio hæres inſtitutus perlectus eſt, amplius cūcto-
rū odia in eū exarſere, quaſi non in ducem dūtaxat, aut prę-
torem uerū in amicū, ac benefactorē ab eo ſæuitū eſſet. Nec
a uindicta cohibuiſſent manus, niſi quod ad eos confugiens
Perpenna, nōnullos donis, alios pollicitationibus ſibi aſciſce-
bat, pleroſq; etiam metu cohibebat. Erant quos ad terrorem
alioꝝ ſibi adiūgeret. In hūc modū igitur turbæ ſe ſubiiciens
Perpenna imperator electus. adulatione in omnes utebatur. Nam eoꝝ captiuos, quos Ser
torius carceri addixerat liberari iuſſit Iberis præterea ob-
ſides reſtituit, quibus inducti, illi ut imperatori obſequeban-
tur, parabantq;. Hic enim illi poſt Sertoriū honos habitus qui
Perpennæ crudelitas tamen nō ſine odio, & inimicitia demū contigit. Nam cū ſup
pliciis oblectaretur, crudelis tandē haberi cœpit. Tres quip
pe ex illuſtribus Romanos ad eū fugientes, fratriſq; filiū in-
teremit. Iā igitur Metellus ad alteram Iberiæ partē ſeceſſe-
rat. Nō enim illi difficile admodū uiſum eſt Perpennā a Pō-
peio ſolo poſſe debellari. Per nonnullos interim dies leuibus
inter ſe prœliis Pōpeius. Perpennaq; eoꝝ uires experti ſunt.
Bellū inter Perpennā, & Pōpeiū. Decima tandē die omnibus copiis in unū conuenerūt, ueluti
de tota belli mole diſcrimen ſubituri, quo in prœlio Pōpeius
Perpennæ diſciplinā facile contempſit. Nā cū is de exercitus
ſui fide haud parū dubitaret, ab omni apparatu ſtatim exci-
Pōpeii uictoria. dit. Subito itaq; Pōpeius in eū inuectus, nec duce perferen-
te, nec repugnāte exercitu illū ſuperauit. Fuga nēpe ab omni
bus ſimul facta, Perpēna ſub ceſpite quodā latuit, domeſticos
magis, quā externos reformidās hoſtes. Intercipientes itaq;
illū quidam ex equitibus ad Pompeiū attrahebant, calumniis

ſuoꝝ agitatũ, ueluti Sertorium dominũ acclamantem quoq; multa ſe Pōpeio dicturũ fore ex his, quæ a ſeditioſis Romæ gerebãtur. Id ãt ſeu uere diceret, ſiue ut ſaluus duceretur ad eũ fingeret, priuſq; ad cõſpectũ eius acceſſiſſet Pompeii iuſſu interemptus eſt, ueriti fortaſſe ne quid inexpectatũ ederet, alteriuſq; mali principiũ gigneret in urbe, quod perſapienter Põpeius uiſus eſt egiſſe, ſummamq; illi poſtremo laudem, & gloriam attulit. Hic igitur Iberici belli finis, & Sertorii uitæ ſimul fuit, quod nec tã ſubito, aut facile Sertorio adhuc uiuente geſtũ eſſet. Eadẽ tempeſtate circa Italiam gladiator qdã ex his, qui in Caſpiis ad ſpectacula alũtur Spartacus nomine natione Thrax, qui aliquãdo cũ Romanis meruerat, & in cuſtodia, ac gladiatoriis ſpectaculis aſſeruabatur, tantũ animi aſſumpſiſſe uiſus eſt, ut ſeptuaginta uiris comitatus, pro libertate potius illos certare perſuaſerit, quã in ſpectaculis pericula ſubire. Itaq; p uim repulſis his, qui cuſtodiæ præerãt fuga abiit, ac pleriſq; ex uiatoribus lignis, enſibuſq; munitis in Veſubiũ montem aſcendit. Eo in loco multos ex fugitiuis ſeruos, quoſdã etiam ex agris liberos in unũ congregans, quæ propinquiora aderant depopulabatur loca, ſuppretores habens Enomaũ, ac Criſſum gladiatores. Itaq; cũ prædas ex æquo partiretur, magna confeſtim multitudo ad eũ confluxerat. Ad quem oppugnandũ primus Varinius Glabrus miſſus eſt. Poſt illũ Publius Valerius non legitimũ adducens exercitũ, uerũ ex celeritate, & itinere collectũ. Non enim deinceps Romani belli alterius motũ, nec a prædatoribus ſimile futurũ expectabant. Cũ ad pugnã uentum eſſet Romani ſuperantur. Spartacus Varinii equũ enſe confodit, parũq; abfuit Romanoꝝ ducẽ a gladiatore in captiuũ duci. Poſt hoc prælium longe maiores copiæ ad Spartacum

Perpennæ mors.

Iberici belli finis.

Bellum Spartacũ.

Initiũ pugnæ. undiq; aduenere. Et iã a ſeptuaginta uirorũ milia in exercitu habebat, & arma dietim fabricabat, & apparatus deligebat. Qui aũt Romæ aderãt, conſules cũ duabus legionibus emiſere. Quibus ſe obiiciens Criſſus triginta milibus ſtipatus circa Gargarũ montem ab utroq; ſuperatur, ac duabus exercitus partibus amiſſis una, & ipſe cõcidit Spartacũ per Apeninũ montem ad alpes, & deinde ad Celtas properantẽ alter conſulũ adeptus a fuga prohibuit. Altero deinde inſequente cũ ad utroſq; ſe conuerteret, per partes uictor euaſit, ac illi quidẽ cũ tumultu ab eo diſceſſere. Spartacus trecẽtos ex Romanis captiuos Criſſo immolauit, ac centũ uiginti milibus peditũ Romanorũ circũſeptus ad urbem properabat, quæ inutilia armorũ ſupererãt igne comburens, & captiuos uniuerſos neci debens, ac ſuper eos currũ iumenta conficiens quo leuius incederet. Tranſfugis plurimis ad eũ uenientibus neminem admiſit. Conſulibus iterũ circa Picenũ illi occurrentibus, alia inſignis pugna æditur, & tũc quoq; ingẽs peracta Romanorũ cædes. At ille recte ad urbẽ pergere non auſus, cũ nec æqualem ſe ciuibus in bello crederet, nec exercitũ omnem militaribus inſtructum armis duceret nulla quippe ciuitas cũ illo conſpirauerat, ſed ſerui dũtaxat, & fugitiui, & confuſa turba illũ ſequebantur uerſus Thuriũ ad mõtes ſe conuertit. Thuriũq; recepit. Aurũ porro, & argentum negotiatores inferre prohibuit, aut illud poſſidere. Aes ſolũ, ac ferrũ non mediocri precio emebant, & importantes humane pertractabãt. Qua ex re materiam abũde nacti egregia arma confecerant, & plerũq; ad prædas diſcurrebant. Romanis iterũ ad manus uenientibus uictores tunc quidem euaſere, ac multũ præde cõſecuti retro abiere. Tertius iam annus elapſus erat, & Romanis horrendum iam adhuc erat

Spartaci fuga, & deide uictoria crudeliter a Spartaco i Romanos captiuos.

Ingens Romanorum cędes.

bellum, quod a principio ueluti gladiatoriũ contempſerant. Propoſita nouorũ conſulũ electione ſtupor omnes detinebat, nec quiſq̃ ad petendũ deſcendebat, quo ad Licinius Craſſus genere, atq; opibus longe pollens inter Romanos imperium ſuſcepit, & ſex aliis legionibus ad Spartacũ contendit. Cum applicuiſſet, quæ cõſulũ duorũ fuere, copias recepit, ex quibus iacta ſorte ueluti de ſępe uictis partem decimauit. Quidam non ita exiſtimant. Sed cũ imperatori iterũ inſurrexiſſet ex omnibus uictis decimum quemq; ex ſorte deligiſſe, & ad quatuor milia interemiſſe cũ ob multitudinẽ haud multum indigeret. Vtrũ iſtorũ factũ ſit, terribilis certe ipſis ob hoſtiũ uictoriã apparuit. Nã confeſtim ad decem milia, qui cũ Spartaco una militabant euicit, & duas eorũ partes interficiẽs ad Spartacũ ꝓpius magno animo acceſſit, quẽ tandem illuſtri pugna ſuperatũ, fugientẽq; ad mare perſecutus eſt, cũ in Siciliã per naues trãſire properaret. Illũ igitur adeptus foſſa circũſepſit, & mœnibus, ualloq; continuit. Cũ per uim ad Samnites excurrere tẽptaret, Craſſus ad ſex milia circa ſolis ortũ interemit, totidẽq; alios circa occaſum, tribus ex Romano exercitu dũtaxat interfectis, ſeptem uulneratis. Tanta ſubito ob ſuppliciũ ad uictoriam inclinatio facta eſt. Spartacus equitibus ad eũ aliũde confluentibus adhuc perſtans non amplius, ad pugnã omnibus cũ copiis ꝓdibat. Multũ aũt ſibi circũſidentes inſiſtabat per partes cõtinue, ſubitoq; incũbens, faces etiã igne correptas in foſſam demittens uallũ incendebat, & laborem illis multo difficiliorem afferebat. Captiuũ præterea ex Romanis campi in medio ſuſpendit, propriis militibus aſpectũ anteponens, quem uicti eſſent paſſuri. Romani interim, qui in urbe morabãtur obſidionem intelligentes, cũ turpe ducerent gladiatoriũ bellũ in tã longũ

Iteratio pugnæ & uictoria a Romanis.

Licinii Craſſi uirtus, & uictoria de Spartaco

diſſerri, tempus, difficultate eius cognita Pompeiũ ex Iberia nuper redeuntẽ, ad curam eius rei delegere. Ob hanc electionem uerius Craſſus ne gloriã huius belli Pompeius ſibi aſciſceret ſumma feſtinatione in Spartacũ deducit, Spartacus Pompeiũ præuenire ſtudens Craſſum cum eo ad fœdus inuocat. Verũ ab illo repulſus periculũ ſubire ſtatuit. Aſſidẽtibus igitur equitibus magno conatu cum omnibus copiis uallum exuperat, ac Brunduſiũ uerſus celeri fuga ſeſe proripit, Craſſo continue ueſtigia eius inſequẽte. Cum uero relatum eſſet Lucullũ ex Mithridatica uictoria reuerſum Brunduſiũ ueniſſe, deſperatis omnibus, magnis copiis cum Craſſo congreditur. Exorta pugna longa quidẽ, ac difficili ueluti in deſperatione tot milium in unum coeuntium Spartaco fœmur telo transfigitur, quo uulnere prolapſus in genu concidit, obiectoq; clypeo inſurgentes repellebat, depugnabatq;, donec ipſe, cæteraq; multitudo in circuitu eius oppreſſa eſt. Reliquũ exercitus nullo ordine, ut in turba conciſum, ſic ut cædes ſine numero æderetur. Ex Romanis mille deſiderati, Spartacus ipſe defunctus, nuſq̃ inuentus. Multitudo ex his ingens extra præliũ in montibus ſeceſſerat, ad quos Craſſus profectus eſt. Illi in quadraginta acies diuiſi depugnabãt, donec omnes interfecti cum cæteris occubuere, ſex milibus exceptis, qui capti in crucibus ſublati ſunt per iter quo a Capua Romã uſq; protẽditur. Hæc Craſſus ſex mẽſibus operatus particeps potiſſimũ omni ex parte Pompeianæ uiſus eſt gloriæ, neq; exercitũ deponere uoluit, quia nec idem Pompeius uideretur facturus, amboq; ad conſulatũ petendũ deſcenderũt. Hic quidẽ iam prætura functus iuxta Syllæ legẽ. Põpeius uero neq; præturã, neq; quæſturã uſpiã adeptus anno ætatis quarto, et trigeſimo multa tribunis ſecundũ uete-

Spartaci fuga, & Craſſi inſecutio.

Craſſi uictoria de Spartaco, & oĩ eius exercitu. Spartaci mors.

Origo parnæ diſſenſionis iter Põpeiũ, & Craſſum.

tem morē uelle cōcedere eſt pollicitus. Cōſules itaq; electi nec exercitus urbi propinquos demiſere, occaſionē ſibi q̄ſq; uēdicātes. Pōpeius quidē ad Ibericū triūphū Metellū redeūtem operiri ſe aiebat. Craſſus Pompeiū prius diſſoluere oportere dicebat. Populuſq; igitur diſſentionē iam inde emergētem intuens, ac duos exercitus ſibi aſſidētes reformidās cōſulem in foro ſedentē orare cœpit, ut ambos inter ſe cōciliaret. Quod primū uterq; eo℞ renuit. Ariolis deinde q̄buſdā multa, ac dira cōminātibus, ni inter ſe cōuenirent, populus iterū cum gemitu utroſq; deprecatus eſt, denuo Syllæ, ac Marii erūnas afferētes. Quibus ex rebus cōmotus Craſſus prior e ſolio deſcēdit, & ad Pōpeiū profectus manū illi, ut una cōciliaretur exhibuit. Is aūt ſubito aſſurgens ad illū accurrit, ſeq; inuicē cōplexi ſunt. Laudes itaq; multiplices illis redditæ, neq; populus prius e cōcione, quā conſules exercitus deponere uelle ſcripſere. Sic cōtentio quæ in maius excreſcere cuncto℞ opinione putabatur, feliciter diſſoluta eſt annum circa ſexageſimum ciuilium bello℞, maxime a Tyberii Gracchi interitu.

Syllę lex. Populi timor, & deprecatio ad conſulē in foro.

P. Cādidi de ciuilibus Romano℞ Bellis ex Appiano Alexandrino in latinū traductis, Liber Primus explicit.

Incipit eiuſdem Secundus.

POST Syllæ monarchiā, & quæcūq; a Sertorio, ac Perpēna i Iberia geſta ſunt, alia denuo ciuilia Romanis inſurrexere bella, quoſq; Caius Cæſar, Pōpeiuſq; Magnus adinuicē armis uſi, Pōpeiuſq; a Cęſare ſugatus eſt, Cęſarē uero i Senatu nōnulli regno aſpirātē

Caius Cæſar. Pompeius magnus.

interemere. Hæc igitur quẽadmodũ acta ſint, & Põpeius, ac Cæſar denũ interierint hoc ſecũdo ciuiliũ bellorũ libro deſcribemus. Põpeius depurgato prius a piratis mari, q undiq; oia depredabãtur. Mithridatẽ ponti regẽ debellauit, regnũ quoq; eius, ac reliquas illi parẽtes nationes ad orientẽ uſq; ſibi ſubdidit. Erat aũt adoleſcẽs adhuc Cæſar, uerũ dicendi, & agendi prõptitudine longe clariſſimus, & qui uniuerſa auderet, atq; ſperaret ad ambitionẽ ſupra modũ profuſus, et ardens utpote qui ædilitatẽ, & præturem ære alieno meruiſſet, felicitate etiã quadã gratus multitudini, quæ ut plurimũ liberales colit, ac diligit. Lucius aũt Catilina gloriæ, & generis ſplẽdore præcellẽs temeritate notiſſimus adoleſcentẽ filiũ ob Aureliæ Oreſtillę amorẽ interfeciſſe dicitur, cum mulier ſuꝑſtite filio nuptias eius recuſaret. Is Syllæ familiaris olim, & amicus, ſeditione plenus, tyrannidis illius imitator fuit, ex ambitione pariter ad inopiã redactus cũ a potentibus qbuſdã uiris, mulieribuſq; obſeruaretur ad cõſulatum petendũ acceſſerat, quaſi ab illo ad tyrannidẽ parraturus aditum. Sed cum eligi ſe cito ſperauiſſet ob huiuſmodi ſuſpitionẽ repulſus eſt, & Ciceroni cõſulatus, eius loco delegatur, uiro prçcipua eloquentia, et oratoriis artibus ornato. Ob id Catilina eos improbãs, a quibus cõſul eſſet deſignatus in ignobilitatẽ Ciceronis inuectus nouũ hominẽ Ciceronem appellat. Sic.n. eos, qui a ſeipſis nulla maiorũ dignitate claruere Romani ſolẽt nominare. Hoſpitalitatẽ præterea urbis irridẽs Inquilinũ eum nominat, quo uerbo dicũtur hi q alienas ædes incolũt. Ipſe uero hac ex cauſa rẽ pu. fere omnem penitus euertit, ita vt minime ad monarchiã, aut magnum aliquod emergeret, uerũ litibus repleretur, & inuidia. Pecunias qppe a pleriſq; mulieribus undiq; conquirẽs,

Cæſaris mores & ambitio.

Catilinæ cõiuratio. & ſeditionis origo.

que uiros ipſo in tumultu occiſum iri putauerāt, cum nōnul
lis Senatori ordinis, equitibuſq; iureiurādo cōuenit. Indu-
xit, & populares quoſdā, & hoſpites, & ſeruos; Quoꝝ pri-
mores fuere Cornelius Lētulus, & Cethegus, erant.n.hi ea
tempeſtate ꝑtores in urbe. Per Italiā uero quoſdā ex Sylla-
nis demiſit, qui cōmoda ꝑ uim parta conſumpſiſſent, ſimilia
aūt exoptarēt, ex Feſulis.ſ.tyrrheſis C. Manliū, Ex Picenis,
& Apulia alios qui exercitū ſecrete compar et. Quę oia cū
occulta adhuc eſſent, et incognita, Fuluia parū pudica mu-
lier Ciceroni indicat. Huius amator Quintus Curius fuit,
uir obprobrū cōſulatu amotus, & ob id conſilioꝝ Catilinæ
particeps, leuis admodū, & ambitioſus ad mulierē oīa de-
tulerat, & ueluti potentiā ſtatim habiturus, eoꝝ, quæ in Ita
lia agitabātur mentionē fecerat. His ꝓceptis Cicero ciuitatē
ꝑ interualla ꝓſidiis munit, & ex illuſtribus plures emittit,
qui ad ſuſpectiora quæq; intēti pręſiderent. Catilina nemi-
ne eum ſuſcipe audēte, ob diligentē undiq; cautelā ſuſpitiōe
exterritus, & in celeritate ſpem apponēs pecunias Feſulas
mittit. Appoſitio inſup cum cōiuratis ordine ut Ciceronem
interficerēt, urbē per interualla nocte incenderēt, ad Ca-
ium Māliū quaſi aliū paraturus exercitū ſeſe proripit, ut ſe-
quēte urbis incendio prōptus accurreret. Eo in loco faſces,
& ſecures ueluti proconſul leuiter admodū præ ſe tulit, &
ad Manlium profectus delectus habere cœpit. Lentulo, &
coniuratis tempus patrandę rei adeſſe uiſum cum Catilina
ad Manliū ueniſſet. Lentulū igitur ipſum, ac Cethegū circa
aurorā ad Ciceronis domū enſibus ueſte contectis inſidias
ſtruere iubent. Ingreſſos deinde ob dignitatē ſermone in lō-
gum deducto, inter ambulandū, Ciceronē a cæteris ſemotū
interficere. Luciū uero Sextiū Tribunū plebis concionē ſu-

Quibus mulieribus ſecreta tua pādis attende.

binde aduocare, paláq; de Cicerone cõqueri, q aſſidue bellum quereret, urbem nulla ex cauſa in diſcrimen poneret. Poſt Sextii oratione nocte inſequẽti reliquos ex coniuratis duodecim in locis urbem incendere, prædari oia, optimos quoſq; interimere. Sic.n. Lentulo, Cethego, Statilio, & Sextio, cæteriſq; cõiurationis primoribus agendum uidebatur, tẽpuſq; ad ea operiebãtur. Legati Allobrogũ prętores apud Senatũ accuſaturi Romã uenerãt, Galliã quoq; ad bellum concitare cũ Lentulo, cæteriſq; una cõſenſerãt. Hos Lentulus ad Catilinã ire iubet, & cum his Vulturciũ Crotoniatem emittit, qui literas ſine nomine ad eum deferat. Legati ob id ipſum ambigẽtes rem Fabio Sange annũciãt. Erat aũt is Allobrogũ patronus in urbe, ut cæteris populis olim Romæ adeſſe mos fuit. Ab hoc Cicero certior factus legatos urbẽ diſcedẽtes, & cũ his Vlurciũ intercœpit, eoſq; in Senatum ſubito inducit. Hi quæ a Lẽtulo audierãt Senatui retulerunt, Inducti porro addidere Lẽtulũ ſæpenumero illis affirmaſſe, tres e Corneliorũ familia Romanis futuros principes. Ex his Cinnã, & Syllã prius extitiſſe, Sextertiũ Sybillinis libris declarari. Quibus cognitis Senatus Lentulũ dignitate ſpoliauit. Cicero unũquẽq; ſeparatim in prętorũ cuſtodia deponit. Ipſe in Senatũ reuerſus, ſententiã de omnibus exqrit, ac ſtatim in Senatu tumultus oritur, nec.n. eorũ quæ fatebantur manifeſte adhuc patebat timor. Lẽtuli præterea ac Cethegi ſerui, libertiq; magna opificũ manu in unũ cõparata prætorũ domos diuerſo itinere inuaſerat, eorũq; dominos p uim liberare conabãtur. Quare ꝑcepta Cicero e Senatue greditur, & opportunis præſidiis ubiq; appoſitis iterum in Senatũ, ut ſentẽtiã exqreret accurrit. Syllanus cõſul deſignatus primus ut ſententiã efferret a conſule rogari cœ

Fabius Sãga. Allobrogũ patronus.

Lẽtulus a Sẽatu dignitate ſpoliatus, cæteriq; cõiurati ſeparatim a Cicerone i cuſtodia deponũtur

perat. Quippe Romanis cõſul præfuturus, merito in primis dicturus uidebatur, & ut puto multa ex his, quæ decreta eſſent executioni mandaturus, & ob id maturius, liberiuſq; ſingula animaduerſurus. Conſulēte itaq; eo cõiuratos ultimo ſupplicio afficiēdos eſſe, multi aſſenſi ſunt, ad Neronē quouſq; delata ſententia Nero interim eos cuſtodiri, donec Catilinā bello ſuperaſſent, & rem diligētius, certiuſq; animaduertiſſent, æquius cenſebat eſſe. Caius aūt Cæſar cum ſuſpitionē minime purgaret, ne cõiurationis particeps uideretur eſſe, Cicerone neutiq̃ fidēte, ſi ad hunc in primis popularē, ſeditioſumq; ſententiā afferrent, hos uiros p municipia, quæ Cicero elegiſſet diſtribuēdos eſſe cenſuit, donec ſupato Catilina in iudiciū acerſerētur, neq; qd durū, aut intollerabile in primores uiros præter ius æquūq; eſſe ſtatuēdū. Eius ſentētia cū iuſta apparuiſſet, & a pleriſq; admitteretur, multi haud prudenter in eā inclinarunt. Cato ſuſpitionē, quæ in Cæſare latebat, graui luculētaq; oratione prōnūciat. Veritus itaq; Cicero, ne inſtāte nocte aliqua cõiuratorū manus in foro exurgeret, ac pro illis, pariter, & ſeipſo ſollicitus, ne qd dirū, aut fœdū mollirētur, utilius eſſe ratus, cū Senatus in curia adhuc eēt, celeriter nullo indicio rē cõficere, unūquēq; ex cõiuratis i carcerē deduci impat. Ibidēq; multitudine ineſcia ſupplicio affecit. Poſt hæc in forū delatus palā eos interiiſſe ſignificauit. Cæteri metu territi, ac ſibi ipſis p̄cauentes hinc inde dilabūtur, Eoq; modo ciuitas a trepidatione, quę cūctis eadē die potiſſimū inſtiterat, pauliſp reſpirauit. Catilinā deide ad uiginti hominū milia in unū adducētē, quorū quarta fere pars armis inſtructa fuerat, & in Galliā quo delectus nouos appararet properantē Antonius cõſul alter ſub ipſis alpiū radicibus, nullo fere negotio [illegible]ctus ſupauit. Virū

Catonis oratio de ſuſpitiōe i Cæſarē.

Ciceronis timor & ſollictudo.

Catilia uiginti hominū milia i Galliā adducens ab Antōio altero cõſule ſupatur.

temerariũ tam crudele opus mente cogitantẽ, & ad rei experimentũ multo magis temere, apparatu fere nullo prodeũtem, quãquã nec ipſe Catilina, aut q̃ſpiã ex his, qui illuſtriores affuere, fuga ſaluti ſuæ cõſuluerint, ſed in hoſtes proruẽtes, pariter in pugna cõfoſſi ſint. Catilinę itaq; ſeditio cuius cauſa parũ abfuit, uniuerſam fere urbem ad extremũ deduci exitiũ, Ciceronis conſilio in hũc modũ diſſoluta eſt. Cicero quãquã dicendi poteſtate clarus haberetur, tũ uel maxime ob inſigne facinus omniũ fere uerſabatur in ore, & ſaluator tunc quidem pereũtis patriæ uiſus eſt extitiſſe. Gratiæ itaq; immenſæ ab omnibus illi habitæ, uariæq; laudationes. Nam Cato patrẽ patriæ illũ appellauit, q decus nominis ſubinde a populo confirmatũ eſt. Ea ex cauſa a nonnullis creditũ eſt, huiuſmodi appellationẽ a Cicerone ſumpſiſſe initiũ, ac ſubinde ad imperatores, q digne habebãtur paulatim defluxiſſe. Nec enim omnibus q̃q̃ regno præſidentibus a principio ſtatim cũ cæteris appellationibus id nomen inditũ, uerũ procedente tempore, uix maximis adhuc, in teſtimoniũ uirtutis acceſſit. Cæſar deinde in Iberiam delectus prætor, cũ in his, quæ utilia uiſa fuerant, Romæ ſperneretur, magnãq; facultatũ partem ob ambitũ ære alieno deuixiſſet, huiuſmodi uerbis uſus dicitur. Bis millies, & quingẽties centena milia ſibi adeſſe oportere ut nihil haberet. Cõpoſitis igitur his, a quibus petebatur, ut melius licuit, in Iberiam delatus, neq; in ciuitatibus ius dicere, diem ue adhibere ad cauſas, aut his ſimilia agere ſuſtinuit, ueluti qui nihil operæpreciũ in huiuſmodi rebus eſſe crederet, uerũ exercitu in unũ comparato, cæteros Iberorũ populos per partes aggreſſus, regionem omnem ex tributo Romanis obnoxiam parere uoluit; magnã quoq; pecuniarũ uim per Quintũ quæſtorẽ Romam miſit.

Catiliæ ſeditio Ciceronis conſilio diſſoluta.

Cicero pater patriæ

Cæſaris probitas in Iberia.

Cuius rei cauſa cũ triũphus a Senatu decretus eſſet. Pompe apparatũ q̃ ſplendidiſſimũ in ſuburbanis Romę iubet inſtrui. Iiſdẽ forte diebus creandorũ conſulũ comitia Romæ paraban tur, neceſſeq; erat petitorem una adeſſe. Ingredienti uero nentiq; ad triũphũ licebat redire. Cæſar ad cõſulatũ potiſſimũ aſpirans, nõdũ triũphi apparatu edito ad ſenatũ deſtinat, rogat ut abſenti per amicos conſulatũ petere liceat, Eius rei licentia præter legem aliis nõnunq̃ conceſſa fuerat. Contra dicente aũt Catone, & diem ad petendũ deſtinatam uerbis deducente, Cæſar ſpreto triũpho, ad comitia deſcendit, & creationem eius dignitatis opperiri cœpit. Interea Põpeius ob Mithridaticũ bellũ ad ſummũ gloriæ, & dignitatis euectus, Senatũ rogare pergit ut multa quæ regibus, dynaſtis, ac ciuitatibus idem conceſſiſſet, Senatus ex decreto confirmare uellet. Cõtra plurimi inuidia accenſi in illũ repugnabant. Inter hos uel in primis Lucius Lucullus fuit, qui ante Pompeiũ ad id bellũ delegatus, debiliorẽ ad reſiſtendũ Põpeio Mithridatẽ reliquiſſe ſe aiebat, eius belli gloriã ſibi ſoli ſpectare prædicabat. Lucullo Craſſus pari modo adſiſtebat. Indignatus itaq; Põpeius affinitatẽ cũ Cæſare inire ſtuduit, ſeq; in petitione cõſulatus illi affuturũ iureiurãdo pollicetur. Is Craſſum Põpeio ſubinde conciliauit. Sũma igitur poteſtate inter ſe functi, cõmoditates adinuicem partiri cœperunt. Horũ igitur conſenſum uno libro rep̃hendens quidã Tricipitiũ eos nũcupauit. Senatus cũ de illis ſuſpicaretur. Luciũ Bibulũ Cæſari aduerſum cũ eo cõſulatũ adminiſtrare iubet, Ac ſubito cõttentiones inter illos, & armorũ priuatim apparatus extitere. Cæſar ad diſſimulandũ prõptiſſimus uerba in Senatu habuit, quaſi cũ Bibulo conciliari cuperet quantum eorũ diſſenſio reipublicæ moleſta ſit ediſſerit. Cũ ex animo

Cæſaris animus ad cõſulatum & ad Senatum petitiones.

locutũ omnes putarẽt, ac Bibulus nullo apparatu, aut cuſto-dia in eum uteretur. magnã uirorꝫ manũ clanculũ in unum comparat. Legem deinde tenuiorꝫ in Senatũ defert, Agros in cõmune partiri admonet, pręcipue qui circa Capuã cæ-teris cultiores, & uberiores habebãtur, patribus diuidendos eſſe, quibus triũ liberorꝫ ius adeſſet, mercedẽ popularis be-niuolẽtiæ iã inde meditatus. Quippe ad uiginti hominũ mi-lia his perceptis in unũ uenerãt, triũ liberorꝫ alimoniã ul-tro depoſcebant. Cũ multi ſententię eius aduerſarẽtur, ſimula-ta indignatione, quaſi quæ iuſta, & æqua eſſent ab illis ſper-nerẽtur, Senatu egreditur, ac per annũ integrũ Senatũ ul-terius conuocari uetuit. Cũ demũ in roſtris concionẽ habuiſ-ſet, Põpeiũ, Craſſumq; ſubinde de lege interrogat. Cui illi uiſ-ciſſim aſſenſi ſunt. Populus cõtectis armis ad legis lationem progreſſus eſt. Senatus cũ nemo illũ conuocaſſet, nõ.n. alteri ex cõſulibus id agere licebat, ad Bibuli progreſſus domũ, ni-hil Cæſaris potentiæ, & apparatui aduerſum moliri aude-bat, Bibulũ dũtaxat huiuſmodi legibus ſeſe opponere adhor-tabatur neq; deſidiæ uerũ alacritatis opinionẽ cæteris affer-re. Ab hoc perſuaſus Bibulus Cæſare adhuc cõcionante in forꝫ proſilit, Seditione igitur ac tumultu inuicẽ coortis, tãdẽ ad uulnera peruentũ eſt. Quidã itaq; exertis enſibus, faſces reliquaq; Bibuli magiſtratus inſignia dilacerant. Tribunum pręter ea, & qui illũ circũſteterãt plagis aggrediũtur. Bibu-lus nihil territus iugulum ultro nudatũ offerebat, amicoſq; Cæſaris magno clamore ad id opus hortabat. Sic iuſta, & æqua ſunt Cæſari aiebat ſuadere nõ poſsũ, ſcelus omne hoc, & odiũ moriẽs ipſe in eũ reiicio, Cęterũ eũdem reluctantẽ, amici in proximũ Iouis poſſeſſoris templũ deferũt. Cato ſub-inde ad eos miſſus iuuenili more inter medios pgreſſus eſt,

Populi fa-uor i Cę-ſarẽ.

Senatus adhorta-tiones ad Bibulũ.

Bibuli au-dacia

cōcionariꝗ inter illos cœpit, quoad Cæſaris mādato e loco
ſublatus, e Senatu educitur. Non multo poſt aliis itineribus
elapſus, ad tribunal iterū acceſſit, nec ullis minis ab incepto
deterreri potuit. In Cæſarē porro peracerbe inuectus eſt, do
nec e tribunali ſublatus effertur, & leges Cęſaris mandato
ſanciūtur, Cęſar præterea populū, quā optimas eas exiſtima-
re, iureiurādo adegit. Senatūꝗ pariter iurare depoſcit. An-
nuētibus multis, cū Cato ſilens quietuſꝗ perſiſteret, Cęſar illi,
ſi iuſiurādū recuſaſſet, mortē eſt cōminatus, ꝙ a populo pari
modo confirmatū eſt. Iurauere itaꝗ hi, ac nōnulli trepidan-
tes, Tribuniq; nō enim ulterius illi obſiſtere tutū uidebatur.
Cū cæteri legem approbaſſent, Vectius uir popularis, in me Nō nullorū
diū enſe nudato progreditur; Se a Bibulo, Ciceroneꝗ, ac Ca- timor ob
tone miſſum profitetur, quo Cęſarem, Pōpeiūꝗ interficeret, Cæſarē.
enſem ſibi a Poſtumio Bibuli lictore eſſe datum. Cauſa in
utranꝗ partē dubia, Cæſar multitudinē accelerari iubet, In
ſequentē diem Vectiū diſquiſitionē referēdā cenſet. Vectius
interim carceri incluſus, ea quæ ſecuta eſt nocte neci tradi-
tur. Cum uarie de rei euentu ſuſpicatū eſſet, Cæſar nec id ſe
feciſſe renuit, aſſerēs eos qui de ſe formidarēt, quoad popu-
lus ſibi faueret, cōſpirātibus in eū præbituros opem. Bibulus Cęſaris au
omnibus e manu eiectis, ueluti priuatus quidā reliquo cōſula dacia.
tus tēpore neutiꝗ domo pedē extulit. Cæſar ad Vectii cau-
ſam inquirendā, cū reipublicæ, potentiā ſolus obtineret, le- Leges Cæ
ges quaſdam protulit, quæ in primis populo, & multitudini ſaris ad-
gratiæ uidebātur. Alias porro addidit, quæ a Pōpeio geſta, uerte.
ut pollicitus fuerat, illi cōprobarent. Interea equites, qui me-
diam inter populū, Senatūq; tenent dignitatē, ad omnia po
tentiores ob facultates, uectigaliūq;, & onerū cæterorū mer
cedē, quę a populis pendūtur capientes, multitudine inſuper

Populi gloria ob Cæſarem, ſeruoꝝ abũdãtes, iampridẽ apud Senatũ inſtiterant, quo tributoꝝ onera aliqua ex parte leuarẽtur. Ad quæ cũ Senatus differre uideretur. Cæſar nihil Senatu indigens, uerum ſolo populo cõfiſus, tertiam tributoꝝ partẽ remittendã eſſe cenſuit. Illi ad eoꝝ dignitatẽ inſperate caritatis munus acceſſiſſe gloriãtes, Cæſarẽ ad cõuiuia inuitãt. Sic globus alius longe potẽtior Cæſari, populuſq; acceſſit, huiuſmodi ciuitate addita. Ipſe ſpectacula, & ferarũ uenatiões edidit, ultro poſſe in omnes largus, & exuberãs prioꝝ quoq; ſupgreſſus eſt munificentiã apparatu, choreis, ac munerũ liberalitate uſus. Quibus ex rebus eũdẽ ad Galliæ omnis principatũ, quæ intra Alpes ſita eſt in quinquenniũ prætorẽ ſtatuunt. exercitũq; pro dignitate legionũ quatuor illi tribuũt. Temporis igitur ſpaciũ, quo abſens futurus erat mẽte cõtẽplatus, neq; minus inuidiã, quæ quo maiora poſſidẽtur in maius adaugeſcit, Põpeio filiã cõnubio adiunxit. Scipione adhuc exiſtente, ueritus ne q̃q̃ amicus ſibi foret, magnitudini tamẽ felicitatis eius inuideret. Audaciſſimũ porro ex ſeditioſis omnibus ad magiſtratũ ſequentis anni, ac conſulẽ Aulũ Gabiniũ ſtatuit amiciſſimũ ſibi. Lucii autẽ Piſonis filiã, qui una conſulatũ geſturus uidebatur, Calfurniã duxit uxorẽ, exclamãte Catone rẽpu. nuptiaꝝ lenocinio corrũpi. Tribunos uero declarauit Vatiniũ, ad Clodiũ cognomine Pulcbrũ, quẽ turpem quandã infamiæ notã in mulieꝝ celebritate ſubiiſſe notum erat Calfurniæ Cæſaris uxoris cauſa, qua de re nihil a Cæſare in eum animaduerſum fuit, cũ populo acceptũ eſſe cognouiſſet, q̃q̃ mulierẽ a ſe ablegauerit. Reliqui ob religionem ad impietatẽ uſq; illum ꝑſecuti ſunt. Fuitq; inter accuſatores orator electus Cicero, nec Cæſar in teſtimoniũ uocatus q̃c̃q̃ protulit, uerũ Tribunũ tunc quidẽ ad Ciceronis in

Liberalitas Cæſaris,

Aſtutus Cæſar.

Inſidiæ in Ciceronẽ.

ſidias parauit, cum ille Triũuirorꝝ conſenſum ad monarchiã aſpirantũ propalã improbaret. Sic mœrore pariter ob utilitatem frui eos contigit cũ inimico benefacere ad alterius ꝑſidia coacti ſint. Videtur aũt Clodius gratias uel in primis exhibuiſſe Cæſari in obtinẽda Galliæ prouincia. Hæc igitur tam ingentia a Cæſare adhuc cõſule peracta ſint, ꝗ priori dignitate depoſita ſubito ad alterã cõuertit oculos. Interim Clodius Ciceronẽ in iudiciũ uocauit, ꝙ ante ſententiã a Senatu latã Lentulũ, Cethegũꝗ ſupplicio affeciſſet. At ille qui ad tam illuſtre facinus ſummo ingenio uiſus eſt uti, uilior tamen in iudicio apparuit, nam ſordidã indutus ueſtẽ, flens ſquallore, & ſorde obſitus, ad quoſq; obuios ꝑ angiportus ſe proſternẽs, etiã ſibi ignotos deprecari nõ erubuit, ut tam inſigne ipſius opus ob indecentiã ad riſum a miſericordia deflexerit, ad tantũ timiditatis ob unicã domeſticã lapſus eſt accuſationẽ, cuius uita in alienis caſibus ſemp̃ enituit. Quẽadmodũ & Demoſtheni fuerunt contigiſſe, cũ cauſam apud Athenienſes pro ſe eſſet oraturus, prius aufugiſſe ꝙ in iudiciũ deſcẽderet. Clodio uero Ciceronis ſuaſiones per angiportus cum cõtumelia explodẽte. Cicero deſperatis rebus ſpõte profugit, cum quo & amicorꝝ multitudo ex urbe exceſſit. Senatus quoq; eum uirũ ciuitatibus, regibus, dynaſtiſq; cõmendauit. Clodius interim domũ eius euertit. In agris autẽ, ouilia, ſtabulaq; diſiecit. Ob quæ ſubinde elatus, etiam Põpeio ſe aduerſum præſtitit, qui ſummã in urbe ea tẽpeſtate obtinebat poteſtatẽ. Põpeius Milonẽ qui cum Clodio cõſulatũ poſtulabat, uirum audaciſſimũ ad conſulatus ſpem eius loco ſtatim cõcitat, & in Clodiũ fauores illi pollicetur. Reditum quoq; Ciceroni ex decreto iubet decernere, ſperãs cum rediiſſet Cicero, non ulterius in p̃ſentẽ politiã oblocuturũ eſſe.

Nimis ambitioſus Cęſar.

Ciceronis utilitatẽ aduerte.

Ciceronis fuga ex urbe.

Senatus amorẽ erga Ciceronẽ animaduerte.

Ciceronis fuga ex urbe.

Ciceronis domus a Clodio euerſa.

cū quę paſſus eſſet mēte cogitaret. Iudicia āt, & negotia faciliús Clodio perſuaſum iri poſſe. Sic Cicero ob Pompeiū urbe eiectus ab eodem demū reſtitutus eſt, ſexto, & decimo poſt expulſionem exacto mēſe. Domus illi, ac cætera publicis impenſis inſtaurata ſunt. Admiſſus eſt igitur ſumma gloria, oībus ſplendide illū recipientibus ad portas urbis. Ferūt quippe dū uirū cōplectūtur & illi gratulantur diē ferme integram fuiſſe cōſumptā, ut Demoſtheni Athenas redeūti olim cōtigit. Cæſar interea inter Celtas, Britannos multa rei militaris opera ſtrenue executus, queādmodū a nobis in Celticis perſcriptū eſt bellis, opibus, & diuitiis abūdās ad proximam Italiæ Galliā circa Eridanū fluuiū progreſſus eſt, exercitū aſſiduis fatigatū prælijs paulatim recreans. Quo ex loco cū pecunias multis Romā præmiſiſſet, annui magiſtratus per partes obuiā illi prodeūt, & quicūq; illuſtres gentium, & exercituū aderāt, uiciſſim exierūt, ut centum, & uiginti faſces circa ipſum affuiſſe fama ſit, Senatorii ordinis ducentos, nōnullos, ut uicem meritorū redderēt, quæ ab illo ſucceſſiſſent, alios pecuniis acceptis illi obſequentes, alios quoſdam diuerſo, atq; alio modo obnoxios, ac parētes. Omnia.n. hunc in modū ſibi aſciuerat ob exercitus magnitudinē, potētiamq; pecuniārū, neq; minus ob ſtudiū eximie in quoſcūq; humanitatis. Venit & ad eū Pōpeius, Craſſuſq; eiuſdem poteſtatis participes cū eo, cōmuniq; cōſilio uiſum eſt Pōpeiū, ac Craſſum conſulatū inire denuo. Cæſarē uero nationū earū imperio, quod pridem tenuiſſet per quinquēnium adbuc præfici. Sic mutuo cōſenſu rēpubli. inter ſe partiti ſunt, Pōpeio ad cōſulatus petitionē Domicius Eneobarbus aduerſabatur & ad diē ſtatutā anī o ad petendū deſcenderant, nec ḡq nocte ingruente e Martio cāpo diſcedebant. Iā enim lites inter eos

Fortunæ mutatio uaria.

Cicero ob Pōpeiū urbe eiectus ab eodē reſtituitur.

Honores ī Cæſarem. Cæſaris humanitas.

cœptæ, donec Domicii ſeruũ lumen afferentem interemere. Inſecuta deinde omniũ fuga, Domicius uix in domo propria ſaluatus eſt. Põpeii ueſtis cruore ſordida a nonnullis ad ſuos delata. Adeo parũ uterq; a periculo abfuit. Cõſules igitur, deſignati ambo Craſſus, ac Põpeius, Cæſari, ut inſtituerant Galliæ imperium in aliud quinquẽniũ prorogant. Prouincias ipſi inter ſe, exercituſq; partiũtur. Põpeius Iberiã ſortitus, ac Libyã, amicis ad eas emiſſis Romę perſtitit. Craſſus Syriã, ac Syrię proxima, cũ ad Parthicũ anhelaret bellũ, & ad lucrũ, gloriãq; accõmoda exiſtimaret ſibi aſſumpſit. Verũ illi urbe egredienti multa quidẽ, ac dira tribuni annunciauere, & ne Parthis huius mali prorſus idignis inferret bellũ, monuere. Cui minime parenti publicas execrationes extulerũt. Quibus ſpretis Craſſus demũ in Parthia profligatus eſt cum filio eiuſdẽ nominis, uniuerſoq; exercitu. Nã ex centũ militũ milibus, uix decẽ milia in Syriã e fuga euaſiſſe referũtur. Verũ hãc Craſſi infelicitatẽ eo libro abũde diximus, qui Parthicus inſcribitur. Romani aſſidua fame diutius uexati, Põpeiũ annonæ omnis præfectũ, & prouiſorẽ elegere, eidẽq; ut piratico olim bello uiginti Senatorii ordinis uiros addidere, quos ille uiciſſim per prouincias partitus eſt. Ipſe nationes undiq; percurrens, urbem frumento, cæteriſq; ad uictũ neceſſariis impleuit. Qua ex cauſa ad ampliorẽ adbuc gloriã poteſtatemq; peruenit. Eã tẽpeſtate Iulia Cæſaris filia cũ ex Põpeio prægnãs adbuc eſſet, ceſſit e uita. Ob id timor uniuerſos ciues ſubito inuaſit, ueritos ne ex huius mulieris interitu, magnis inter ſe exercitibus cõtinuo cõcurrerent Cæſar, & Põpeius, turbata potiſſimũ, & difficulter ſe habente republica. Nã magiſtratus per ſeditionẽ, & auaritiã turpi ſtudio lapidibus, enſibuſq; inter ſe cõtẽdebant. Deculpatores, & ambis

Põpeius annonæ præfectus eligitur.

Iuliæ Põpeii uxoris mors.

Magiſtratuũ diſſenſiones.

tioſi nullo rubore ad lucra cõfluebant. Populus nõ niſi mer-
cede accepta ad ſuffragia prodibat. Ferũt octingentorũ talẽ
torũ ſummã magiſtratus nomine ex ſequeſtro fuiſſe deprehẽ-
ſum, ita, ut neq; conſulibus per ſingulos annos exercitus du-
cere, aut bellũ gerere fas eſſet, hac uel in primis Triũ virorũ
potentia prohibitis quicq̃ agere. Qui aũt his ſceleſtiores adẽ
rant, aut exercituũ loca cõmunia urbis cõmoda ad ſe tran-
ſtulerant, aut ſucceſſorũ ſuorũ creationes in utilitatẽ propriã
cõuerterẽt, Boni uero a dignitatibus omnino excludebãtur,
ex huiuſmodi inordinatione per octo fere mẽſes urbẽ ma-
giſtratibus caruiſſe notũ ſit, Põpeio uniuerſa cõſulto negligẽ-
te, ut dictatoris opportunitas aliquando occurreret. Et hæc
quidẽ multi inter ſe referebãt, unicũ præſentibus malis ad-
eſſe remediũ ſi uni dũtaxat poteſtas traderetur neceſſe aũt,
& mitem ſimul, & poteſtate præditũ eligere, his uerbis Põ-
peiũ haud indubie ſignificantes exercitus præpotentis ducẽ,
populiq; amatorem habitũ, & Senatũ ob eius dignitatẽ quo
uellet inducentẽ uitæ continentia, & ſobrietate, ad ſalutatio
nes porro facilem admodũ, uel apparentẽ, uel exiſtentem. Is
uero hanc de ſe expectationẽ uerbo q̃dẽ deteſtari uidebatur
opere aũt licet clanculũ ad eã aſpirabat, & ob id reipubli-
cæ confuſionem, indignitatẽq; deſpiciebat. Millonem quip-
pe in Clodiũ ſibi famulantẽ, & populo pergratũ ob Cicero-
nis reditũ, & conſulatũ ueluti in tẽpore ultro depoſcentem a
creatione cõtinuit iniecta mora, quoad animo grauatus Mi
lo, cũ Põpeiũ erga ſe infidũ deprehẽdiſſet. Lauiniũ in patriã
profectus eſt. Quo in loco Diomedẽ ex Ilio aduectũ in Ita-
liam, urbem primã condidiſſe ſcriptores memorant, Diſtatq;
id oppidũ Roma per ſtadia centũ, & quinquaginta. Clodio
ex propriis agris in equo reuertenti, Milo circa Bouilas oc-

Magiſtratuũ urbis uacatio p octo mẽſes.

Põpeius ad ſalutatiões facilis.

currit, & q̄q̄ inimici inter ſe forent, inuicē tamē ſibi ceſſere, & ad iter inceptū unuſquiſq; progreſſus eſt. Interim ſeruus Milonis Clodio inſurgēs, ſiue ex mādato eius, ſiue ꝙ hoſtem heri ſui interimere optaret, ceruicē enſe percuſſit. Hūc igitur ſanguine madentē equilio quidā in propinquū diuerſoriū detulit. Milo cū cæteris ſeruis ad eū ſpirantē adhuc nec dū uita functū propere accedit, diſſimulanſq; pfeſſus eſt, neq; ſe mortem eius appetiſſe, nec alteri ut inferret mādauiſſe, uerū cū pereūtē intueretur imperfecto opere diſceſſit. Quod cū Romę nūciatū eſſet, populus timore percitus in foro pnoctauit. Orta luce Clodii corpus a nōnullis in roſtra defertur, quod a Tribunis quibuſdā, & amicis eius Senatui illatū eſt, ſiue honoris cauſa id agerent, quod ex Senatorio eſſet genere, ſiue ut Senatui hæc ipſa negligenti exprobrarent. Ex his nōnulli temeritate notiores, ſedilia, thronoſq; Senatoꝝ, ut pyram illi erigerent unanimi conſenſu efferunt, ignēq; propere immittūt. Qua ex cauſa Senatus, pluresq; finitimæ circū domus incenditur. Miloni uero tantū audacię effuiſſet referūt, ut nihil minus q̄ mortē ſuā extimeſceret, de ſepulchri quoq; honore quereretur. Seruoꝝ igitur et agricolarū multitudine in unū cōparata præmiſſis ad populū pecuniis Marcū Cecilium Tribunū precio ad ſe aſciſcēs, in urbē audaciſſime reuertitur, ac cōfeſtim ipſum ingreſſum Cecilius in foꝝ, & ad eos quibus munera præmiſerat ueluti in concionē attrahit, ſimulans ſe ira percitū, nullū iudicii momentū ſe illi cōceſſurum, fiſus ſi præſentes annuiſſent, cauſam eius ut ueriſſimā abſoluere. Cæterū Milo id opus minime conſuluiſſe dicens, nō.n. cū uxore, & apparatu proceſſiſſe, reliquū temporis cū Clodio a ſe geſtū retulit uiro audaciſſimo, & audaciſſimis amicis circūſepto, q̄ Senatus domū ſupra illū ſuccēdiſſent. Loquēte

Clodii obitus.

Clodii corpus in roſtra.

Quę pegit Milo poſt Clodii obitū.

adhuc eo reliq Tribuni, populuſq́ armis præmuniti, in fogꝫ prouolant. Cecilius, & Milo ſeruoꝝ ueſtes ꝑpere induti fugam capeſſunt. Aliorũ cędes immenſa oritur nullis amicos Milonis perſcrutantibus, uerũ obuios quoſq; cędentibus, ſiue exteros, ſiue ciues, & præcipue eos, quos ueſtibus, aut annulis aureis a cæteris diſſimiles adeſſe offenderãt, ſic in reipublicę ꝑturbatione cum ira, & occiſione, tumultu ſimul incidente, cum maior pars eoꝝ ſerui eſſent, armati cum inermibus ad prædas uertebãtur, nihil operis illis deficiẽte ad agendũ. Nam ad domos delati, quæ in illis erant ſcrutabãtur, re quidẽ ad ſe cũcta uendicãtes, uerbo Milonis amicos ingrebãt. Hæc occaſio per plures dies illis affuit, & ad ignem, lapideſq́, ac omnis exequẽdę rei cauſam Milo præſtitit. Senatus timore percitus in Pompeiũ ueluti ipſis futurũ dictatorẽ coniecit oculos. Sic.n. pr a ſentia hac cõmoditate indigere uidebãtur. Catone deinde Senatũ admonẽte conſulem ſine collega eũ elegere, ut ſolus exiſtẽs dictatoris poteſtatẽ obtineret, conſulis haberet nomẽ. Ita primus, & unicus conſulatũ gerens prouinciis duabus ſibi deſumptis, exercitibus, pecuniiſq́ ſuffultus, monarchiã inſuꝑ adeptus eſt urbis. Qui ne Catone præſente uexaretur, Cyprũ ut Ptolemæo adimeret ex decreto illi cõtulit, quod a Clodio ꝑ prius ſanccitum ex lege fuerat, quod alias a piratis capto, Ptolemæus redẽptionis cauſa, ob puſillanimitatẽ duo dũtaxat talẽta miſerat. Cato igitur Cypricas res cõpoſuit, Ptolemæo pecunias mari iniiciẽte, ſeq́ una cum decretũ audiuiſſet immergẽte. Interea Põpeius pœnas delictoꝝ, & potiſſimũ ambitus, decuplatorũq́ propoſuit. Viſum eſt.n. ut ab his principiũ reipublicæ ægrotationis emanaſſet, his etiam celerẽ medelã eſſe adhibendã. Principiũ aũt legis ſumpſit a primo eius conſu

Aſtutiam nota Catonis.

*lam, uſq; in ſecundũ, Quæ lex annorũ fere uiginti cõplecte-
batur ſpaciũ, in quibus & Cæſar cõſulatũ geſſerat. Amicis igi-
tur Cæſaris id ad eius contumeliã fieri arbitrãtibus, ſi tan-
tum tẽporis antecederet, rogãtibusq;, ut præſentia potius di-
rigere uellet, q̃ præterita ingrere, maxime in homines q et
dignitate, & uirtute noti eſſent. Põpeius ad Cæſaris nomen
maxime indignatus, quaſi uiri inſontis, & imaculati feciſ-
ſent mẽtionẽ, cum ſecundũ eius cõſulatũ tẽpore antaceſſiſſet
plura ſe ſuſtuliſſe ait ad diligentem iam deprauatæ ex longo
reipublicæ directionẽ. Hiſq; prolatis legem tulit. Qua lata
ſtatim cauſarũ multipliciũ copia affuit. Et ne iudices ob ali-
cuius præſentiã deterrentur, ipſe aſtante exercitu cũcta in-
tuebatur. Ac primũ quidẽ abſentes rei delati ſunt Milo uide-
licet ob Clodii necẽ, & Gabinius præter legẽ, ſimul & re-
ligionẽ accuſatus, abſq; Senatus decreto cũ exercitu in Ae-
gyptum pertranſiſſe aduerſantibus Sibyllinis monitis. Ipſeus
præterea, & Memius, Sextuſq;, & alii q̃plures ob ambitus,
& decuplationis infamiã Scaurus deprecãte multitudine a
Põpeio præconis uoce iudiciũ ſubire cõpellitur, deinde popu-
lo denuo accuſatoribus eius aduerſante, carnifex quidã a Põ-
peii præcurſoribus præſto affuit. Quo uiſo omnes conticue-
re, Sic Scaurus capitur, & de omnibus fuga ſubinde recita-
tur, Gabinii bona ad fugã publicata. Quæ omnia cũ a Sena-
tu ſumma laude extollerẽtur, duas denuo legiones, & tẽpus
ad aliarũ gẽtiũ imperiũ Põpeio, attribuit. Memius ex decu-
platione condemnatus concedente Põpeio, ut qui aliũ accu-
ſaſſet pœna ſolueretur, Luciũ Scipionẽ Põpeii ſocerũ ad ſimi-
lem diſquiſitionẽ euocauit. Ob hoc Põpeio reorũ ueſtem in-
duẽte, plures etiã iudicũ eam aſſumpſerunt. Deteſtatus itaq;
reipublicæ conditionem Memius accuſationem dereliquit*

Odii origo Cæſaris in Põpeium.

Reorũ accuſatio ob legẽ.

Reorũ cõdẽnatio, et fuga.

Gabinii bona publicantur.

Pompeius ut quæ monarchia indigere uidebātur in melius
corrigeret. Scipionē reſiduo anni tēpore collegā ſibi aſſum-
pſit. Poſt quē alium ad conſulatū eligēs nihil minus omnia
intuebatur, & rempu. ad nutū miniſtrabat. Erat n. tunc om-
nium primarius in urbe Pōpeius. Nam Senatus beniuolētia,
ut plurimū in illum inclinabat, Zelo Cæſaris, qui ad nullā
eius utilitatē proprio utebatur conſulatu quodq; ægrotantē
quodāmodo rēpu. Pōpeius ſubito ad ſalutē euexiſſet, nulliq;
ipſorū ad conſulatū odioſus fuiſſet, aut moleſtus. Profugis de-
inde continue ad Cæſarē confluentibus, ſuadētibuſq;, ut Pō
peio mentē adhiberet, qui decuplatorū legem, uel præcipue
in illū intenderet, Cæſar bene ſperare illis pſuaſit. Pompeiū
uero laudare non deſtitit Tribunos porro adhortatus eſt, ut
legem proferrēt, qua Cæſari q̄uis abſenti ſecundū conſulatū
petere licet. Et hæc Pōpeio in conſulatu præſidēte, & nihil

Cæſaris ſimulatio. Adhortatiões eiuſdē ad Tribunos.

aduerſus eum moliēte agitabātur. Cæſar Senatū ſibi aduer
ſum ſuſpicatus uereri cepit, ne inimicorū cōſpiratione priua-
tus haberetur. Potentia igitur ſuffultus adeſſe maluit donec
conſul crearetur, a Senatuq; popoſcit ut per modicū interim
tēporis Galliæ præficeretur, uel ſaltē partē eius ſub impe-
rio teneret. Aduerſante Marcello, qui a Pōpeio conſul deſi-
gnatus fuerat ferunt Cæſarē enſis capulū manu concutientē
minitāti reſpōdiſſe. At hic mihi dabit ſi uos abnueritis. Vr
bem autē Nouicomū Cæſar ex Latiis in alpibus condidit,
eoſq;, qui per annū præfuiſſent Romanorū ciues haberi uo-
luit, quæ res Latios maxime extulit. Nouicomorum igitur
pretorē quēpiā ob id Romanū haberi ciuem ad Cæſaris op
probriū referens Marcellus, cedere faſcibus, & magiſtratu
uelle dixit, quod hæc Romani patiēter ferrent, animūq; cū
ira protulit. Has hoſpitalitates conſpirationū cōſilia eſſe aſſe-

rens, eaſq́ deferri oportere, & Cæſari in iudicio opponi. Pōpeii ſi-
Sic contumelioſe in eum inuectus Marcellus monet ſucceſ- mulationē
ſorem ante tempus in prouinciã illi ſubrogari. Quæ omnia aduerte.
Pōpeius orationis placabilitate, & beneuolētiæ ſimulatione
cōpeſcuit. Non æquũ eſſe inquiens uirũ ſplendidũ, & in mul
tis patriæ ſuę utilem cōtumeliis appetere ob tã modicũ tp̄is
adempti ſpaciũ. Deinde pſpicuũ omnibus fecit, Cęſarē digni
tatem ſtatim cũ tēpore deponere oportere. Nec multo poſt
Cæſaris hoſtes ad conſulatũ eliguntur, Emilius.ſ.Paulus, &
Calidius Marcellus, prioris Marcelli cōſanguineus, & affi-
nis. Tribunus uero Curio, & ipſe inimiciſſimus Cæſari, po-
pulo acceptus, præterea ad dicendũ paratiſſimus, ex his Cę
ſar Calidiũ nullis pollicitationibus ad ſe allicere potuit. Pau-
lum uero mille, & quingētis talentis beneuolũ ſibi reddidit,
ut neq́ pro illo qcq̃ ageret, aut cōtra moliretur. Curionem Quid æ-
autē ut pro ſe ageret, plurimo ære alieno oppreſſum, facile git neceſſi
adegit. Paulus baſilicã ualde inclytã ſuo nomine ex pecu- tas.
niis huiuſmodi publice cōſtituit. At Curio ne ſubita mutatio
ne pſpicuus omnibus fieret, difficiles quaſdã itinerũ fabrica
tiones, & apparatus ſibi deſumpſit, eiuſq́ muneris præfectũ
in qnquēniũ ſe fieri petit, ſatis ſiſus nihil hoꝝ obtineri poſſe,
uerum Pōpeii amicos ob id ſibi aduerſaturos, & hac ſe cum
Pompeio cōtradictionē facile incurſurũ eſſe. Quibus ſucce-
dentibus ut optauerat, occaſionē inimicitiæ cum illo cœpit.
Calidius ſucceſſorē Cæſari in prouinciã demitti poſtulabat.
Iam.n. tempus eius muneris ad finē ueniſſe diebat, Paulus
contra ſilentiũ tenebat. Curio ut utriſq; differre uidere-
tur, Calidii ſententiã ueluti neceſſariã admodũ collaudat.
Addit deinde Pompeiũ pariformiter prouincias, & exer-
citum deponere oportere. In hunc modum rempublicam

omni ex parte tutam, & ſinceram fore. Aduerſantibus multis, ac non æque Pompeio tempus effluxiſſe dicētibus, apertius iam Curio, ac turbatius reni promlit, & nec ſucceſſores Cęſari mittendos eſſe decreuit ſi Pōpeio minime mittātur. Cū enim inter ſe ſuſpecti forent nūquā urbem pace, quæ ſtabilis eſſet habiturā, ni ambo priuate degerent. Hæc autē diebat cū aperte intueretur Pōpeiū neutiq̄ poſiturū arma, populū porro illi infenſum eſſe noſceret ob decuplatorꝫ pœnas. Eius ſentētia cū haud indecens uiſa eſſet, populus Curionem cōmendauit, quaſi ſolus digne ciuitatis odiū ab utroq; auerteret, omneſq; acclamātes illū emiſere, ueluti magni cuiuſpiam, & difficilis certaminis athletā. Nihil enim ea tempeſtate Pompei diſſenſione periculoſius putabatur eſſe. Interea Pōpeius per Italiā ualetudine correptus ad Senatū miſit mira aſtutia Cæſaris geſto potiſſimū extollens, & propria ſubinde a principio ediſſerens. Tertiū cōſulatū, prouinciaſq; cū exercitu ſibi creditas nūq̄ petiiſſe ait. Sed cū ad reipublicā curam dignus ab illis eſſet habitus eorꝫ ſuaſionibus ea recœpiſſe, quę aūt inuitus ſucepiſſet aſſumere uolētibus ultro cōceſſurum eſſe, nec ullū in his diffinitū tempus operiri uelle. Hæc aūt ars quædā promiſſorꝫ, honeſtatē Pōpeio, Cæſare inuidiā afferebat, qui imperiū ultra conſtitutū tempus retineret. Cū uero Pōpeius pręſens aſtitiſſet, his ſimilia exorſus eſt. Imperiū ut pollicitus fuerat ultro ponere, & utpote Cæſaris amicus, & gener minime dubitare ſe ait, eūdē quoq; lęto animo ſimile facturū eſſe. Nā difficile admodū bellū aduerſus ferociſſimas gentes ab eo per lōgū tempus geſtū, cum multos a patria honores recœpiſſet, ad ſacerdotiū tandē, & quietē uelle concedere. Hæc aūt ita referebat ut ad eos, qui ſucceſſorem Cęſari eſſent pręmiſſuri. Ipſe ſub promiſſione de

Optimū lege Curionis cōſiliū

Diſſimulatione nota Pōpeii.

Audax Curio.

ponendi magiſtratus permaneret. Curio Pōpeii ſophiſmate reiecto nō polliceri opus eſt inquit, ſed deponere, nec Cęſarem armis exuere neceſſe eſt, ni prius ipſe priuatus ſis. Non enim domeſticas inimicitias utilitatem illi afferre arbitror, neq; Romano populo conducere tantū poteſtatis ſub uno dū taxat reſidere, quã aliter aduerſus alterũ craſſari queat, & uim patriæ inferre. Poſtremo pateſacta interiore animi ui, palam Pōpeiū incuſare pergit ueluti tyrãnidi aſpirantē, qui ſi minime Cæſaris metu potētiã exuere, nũq̃ eſſet poſiturus, Aequū ſibi uideri ni ambo pareãt, eos ſimul hoſtes iudicari, & exercitū in utroſq; eſſe præparãdū. Hæc & huiuſmodi referens Curio neutiq̃ a Cæſare precio, & pecunia conductus uidebatur. Pōpeius illi ſubiratus, & indignans in ſuburba turbato aīo cōceſſit. Iã igitur Senatus ad utroſq; ſuſpitione laborabat, popularē tamen multō magis Pōpeiū arbitrabatur eſſe. Cæſari uero ob cōſulatus habitã de ſeipſo ſuſpitionē ſuccenſebat, propterea minime tutū uiſum eſt poteſtatē eripi Pōpeio, ni prius Cæſar arma poſuiſſet, qui extra urbē redactus magna quędã moliri uidebatur. Verū Curio id ipſum ꝯuertere conatus eſt, ueluti neceſſe eſſet poſt Pompeiū Cęſarem omnia deponere. Cum nihil peregiſſet inipſectis adhuc rebus Senatū diſſoluit. Id enim tribuno facere licebat. Quã ex re pœnituiſſe admodū Pompeiū ferunt ꝙ tribunitiã poteſtatē a Sylla imminutã, atq; diſiectã denuo ipſe in priſtinum ſtatū redegiſſet. Diſſoluto ab inuicē Senatu, hoc ſolum ex decreto ſtatuere Cæſarē, ac Pompeiū, cum legiones militū haberent utrunq; in Syriã ex ſuis mittere cuſtodiæ cauſa ob Craſſi nuper acceptã a Parthis calamitatē. Id autē machinatus eſt Pōpeius, ut legionē ab eo eriperet, quã poſt Titurii, Cottæq; Cæſaris prętorum recens acceptã cladem

Pōpeii pœnitētiã nota ob Curionē.

Pompeii aſtutia.

Cæſari accõmodauerat. At ille unũquẽq; dragmarũ ducenta rũ, & q̃nquaginta dono proſecutus Romã ire iuſſit, aliáq; a ſeipſo ultro miſit. Quare cũ nihil e Syria diſcriminis inſtare uideretur Capuã ad hyberna conceſſit. Verũ qui ad Cæſarẽ a Põpeio miſſi fuerant alia multa, & quidẽ difficilia ad eum deferebant, nitebãturq; ut Põpeio exercitũ labore, & temporis diuturnitate confectũ, & patriã iampridẽ appetentẽ cum alpes ꝑtranſiſſet ultro traderet. Sic.n.illi ſiue ob ignorantiã, ſiue præcio corrupti ſuadebãt. Cæſari copiæ magnis inſtructæ uiribus aderant, prõptiſſime quoq; ad ferrendos labores ob militiæ aſſuetudinẽ, mercedeſq; inde habitas, quas bellum ut plurimũ uictoribus ſolet impẽdere, & a Cæſare ſimul acceperãt. Conceſſerat q̃ppe illis ut quæcũq; cõcupiſſent impune raperẽt. Sic ipſi rerũ ſuarũ cõſcii in unũ conſpirauerãt. Põpeius ex his, quæ acta fuerant maxime cõfiſus, neq; exercitũ illum, neq; apparatũ ad tam ingens facinus erigere curauit. Senatus de utroq; ſententiã exq̃rit. Calidius aſtute præfatus ſingillatim unũquẽq; interrogare pergit, an Cæſari ſucceſſorẽ dandũ cenſeant, Pompeio magiſtratum eripi. Hoc aũt plures ex ipſis abnuebãt. Cæſari uero ſucceſſorẽ dari ſuadebãt. Proponẽte deinde Curione, an ambos arma deponere oporteat, duo dũtaxat, & uiginti abnuerũt trecenti & ſeptuaginta a contentione ad utilitatẽ conuerſi ad Curionis ſententiã inclinarũt. Qua ex cauſa Calidius Senatũ diſſoluit, uoce intonãs Vincite qui Cæſarẽ dominũ appetitis. Rumore denũ licet falſo increbreſcẽte Cæſarẽ alpes tranſcendentẽ exercitũ ad urbẽ ducere, tumultus ſtatim ac timor inuaſit omnes. Calidius copias, quæ Capuæ inerant Cæſari uelut hoſti obiiciẽdas eſſe cenſet. Contradicente ueluti in re ficta Curione. Si quæ reipublicæ utilia ſunt, inq̃t

Iterata Curionis audacia.

Calidius cõmuni uoce decernere prohibeor, a meipſo ueluti cõſul utiq; decernam, hisq; relatis cũ collega urbẽ egreſſus eſt, enſemq; Põpeio offerens, Iubeo te inquit & ipſe pro patria in Cæſarẽ inſurgere, Exercitũ ad hoc, qui circa Capuã morã ducit, aut ſi quis alius in Italia nũc eſt tibi tradimus, & quæcũq; ipſe in unũ cõferre cupias, Ad quæ Põpeius ueluti a cõſulibus monitus parere dixit. Addidit deinde. Niſi quid melius uel accipiẽs, uel ad honeſtatẽ potius uerba cõpones. Curioni ulterius nulla ſupra urbẽ poteſtas aderat. Nõ enim mœnibus excedere Tribunis ex decreto licet. Querebatur igitur palã, quę geſta fuerant. Cõſulibus quoq; præconis uoce mãdare ſuadet, nemine Põpeio delectus facienti adhibere fidẽ. Cũ nihil ꝓficeret nec Cæſari quicq̃ auxilii afferre poſſet, & iã tribunatus elaberetur tẽpus ueritus ꝓ ſeipſo Curio ſumma celeritate ad Cæſarẽ contendit. Is aũt enauigato, Britãnico pelago & a Celtis, qui ſupra Rhenũ incolũt ſuperatis alpibus, quinq; millibus peditũ ſtipatus, equitibus trecentis ad Rauenas deſcenderat quæ urbs Italiæ ultima ad imperiũ eius uſq; pertinebat. Blãde admodũ ſuſcepto Curione a Cæſare cum gratias ſe illi debere ob ea, quæ egiſſet profiteretur, præſentiũ rerũ ſtatũ cœpit inquirere Curio copias omnes in unũ conferre ſuadet, uniuerſumq; exercitum ad urbẽ agere. Cæſari cõtra de conciliatione adhuc agendũ uidebatur. Iubet itaq; amicos idipſum experiri, prouincias, & exercitũ ſe deponere uelle promittit, duas ſolũ legiones, & Illyriũ cũ Gallia, quæ intra Alpes ſita eſt retinere donec cõſul eſſet deſignatus, Quod Põpeio ſufficere uiſum eſt. Verũ prohibentibus conſulibus Cæſar ad Senatũ mittere ſtatuit. Curio epiſtolã eius defert, q̃ tribus continuis diebus per trecenta, & tria milia ſtadia prouectus nouis cõſulibus anni

Iterata Curionis audacia.

Curio ad Cæſarem.

Curionis ſuaſiões ad Cæſarem.

principio Senatū ingredientibus legendā obtulit. Cōtinebat aūt epiſtola ſcriptionē ſatis grauē, & ſuperbā de his, quæ Cęſar a principio egiſſet, & proteſtationē quandā quod imperiū cū Pōpeio una deponere optaſſet. Id autem prętores eius recuſaſſent. Seq; ad patriæ ultionem, ſuiq; ipſius ſubito eſſe uenturū. Quo audito omnes clamare incipiūt, & ueluti ad belli annūciationē Luciū Domiciū ſucceſſorē illi dandū eſſe decernunt. Domicius quatuor millibus delectorū comitatus urbe egreditur. Antonio deinde ac Caſſio, qui Tribunatum cū Curione una geſſerant eius ſententiā ſæpe laudantibus, Senatus ambitioſius admodū Pōpeii exercitū ad cuſtodiam eius inuigilare iubet, Cæſaris ut hoſtilē habendū decernit. Cōſules porro Marcellus, & Lentulus Antoniū, & Caſſium Senatu excedere imperant, ne in Tribunatu aſſidentes quicq̄ acerbius ab ullo patiantur. Eam ob rē Antonius elata uoce e tribunali propere deſcendit iratus, queſtuſq; de magiſtratu, quod ſacroſanctā dignitatem cōtumelia affeciſſent. De ipſis præterea lamētari cœpit, ꝙ ſententiāq; reipublicæ utilitati conferre uideretur ædidiſſet, cū Ludibrio eiectū eſſe, cū nec cædis nec odiū in quēq̄ fuiſſet conſcius. Quibus dictis e Senatu egreditur, ueluti qui bella, occiſiones, proſcriptiones, ciuiū fugā, bonorū publicationes, & quæcūq; futura arbitrabatur ipſis annūciaret. Execrationes etiā impias extulit in eos, qui harū rerū cauſam attuliſſent, Cōfugere, & cū eo Curia, & Caſſius. Iā enim exercitus quidā Pōpeii Senatui aſſidebat. Illi igitur celeriter nocte iā multa clanculū ad Cæſarē uenere curru mercenario aduecti ſeruilibus amicti ueſtibus, quos Cæſareū habitū inductos exercitui oſtēdit, uerbis milites irritās, ꝙ uiros tā pręclaros, tāq; ingentia operatos, hoſtes iudicaſſent, ac pro ipſis uerba faciētes turpiſſime ex-

Cæſaris exercitus hoſtilis a Senatu decernitur.

Antonii Caſſii & Curiōis fuga ad Cęſarem.

puliſſent. Bellũ igitur utrãq; ex parte oritur, publiceq; decernitur. Senatus exercitũ a Celtis Cæſari uenturũ exiſtimans, ſi tẽpus prębe retur, nec ipſum tã parua manu ad tam inſigne facinus acceſſerũt eſſe, Pompeiũ centũ, & triginta millia militũ ex Theſſalis cõgregare iubet, & eos potiſſimũ, qui bello aſſueti militiam exercuiſſent. Cui ex finitimis nationibus, ut fortiſſimos quoſq; deligeret, inſuper conceſſum eſt. Pecunias uero ad id bellũ, quaſcũq; in publico haberent contulere. Ad has priuatas quoq; addidere ſi publicæ deeſſent, Vrbibus pręterea nõ ſine ira, & cõtentione priuatim onera imponũt, nihil promptitudinis, diligentiæ ne omittẽtes. Cæſar uero ad eius exercitũ ſubito emittit, in celeritate potius, & audacia cũ trepidatione, & terrore hoſtiũ, q̃ in apparatu, & potentia ſpem apponens, & quinq; milibus dũtaxat ſtipatus tã ingens bellũ aggreditur, omneſq; Italiæ cõmoditates intercipe feſtinat. Primores igitur exercitus paruis copiis, uerũ audaciſſimis uiris ſuffultos, ac pacis ueſte cõtectos Ariminũ propere deſtinat, urbemq; inopine aſſumere imperat. Hæc aũt Galliã egredientibus prima Italię ciuitas ſeſe offert. Ipſe circa ueſperã ueluti corpore defeſſo amicis diſcũbentibus adhuc e cõuiuio diſceſſit, & curru inuectus Ariminũ peruenit, equitibus ex interuallo ſubſequentibus. Subito itaq; delatus ad Rubiconem amnem, qui Italiã diffinit, parũper ſubſtitit, & ad fluuiũ proſpectans, quæcunq; euenire poſſent mala, ſi illũ tranſiſſet armatus, mẽte agitare cœpit. Deinde ad præſentes conuerſus hæc effatus dicitur. Continentia huiuſmodi trãſitus o amici malorũ initiũ mihi afferet, tranſitus uero uniuerſis mortalibus imponet. His dictis ueluti furore cõcitus tranſire pergit, hoc cõmune inqẽs. Iacta alea eſt, deinde curſu arrepto Ariminũ circa aurorã

Apparatus in Cęſarẽ.

Cæſaris exercitus a pricipio Diſſimulationem attende.

ingreſſus eſt. Nec diu moratus ad ulteriora cõtendit, arcibus præſidia imponens & quæcũq; in tranſitu obſtiterant, uel ui, uel humanitate ſibi uendicans. Fugæ igitur, & cõuerſiones oibus in locis ſumma trepidatione fieri cœpte. Curſus quoq; nullo ordine admixto fletu, cũ rem haud ſane diligenter inſpicerent, uerũ Cæſarem cum uniuerſis copiis adeſſe crederẽt. Quæ omnia intelligentes cõſules, neutiq̃ Põpeiũ belli expertem iuxta eorũ ſentẽtiã in urbe reſidere uerũ egredi, & per Italiã delectus agere, ueluti republica extremo in periculo poſita iuſſerũt. Reliqui uero Senatorii ordinis, cũ Cæſaris impetũ tam ſubitũ, ac præter cũctorũ opinionẽ abeſſe intuerentur, trepidare ãplius, & ut nullo ſuffultos apparatu pœnitere eos cõtigit, ꝙ Cæſaris petitiones, ut iniquas reieciſſẽt, tũc quidem iuſtas arbitrati, cũ timor eorũ animos a contentione ad cõſilii maturitatẽ traduxiſſet. Mõſtra præterea, ac ſigna cœleſtia mentẽ plærũq; territabant. Nã ſanguinẽ pluiſſe, deorũ ſudaſſe ſimulacra, plurima e cœlo tacta fuiſſe templa, Mulã etiã peperiſſe memorant, multaq; alia horrenda apparuiſſe, quę reipublicę interitũ, mutationemq; protenderent. Supplicationes igitur, ut in cõmuni conſternatione, decretę ſunt. Populus ad Marii, Syllęq; recordationem uehementer excitus exclamare cœpit, Cæſarem, ac Põpeiũ magiſtratũ deponere oportere, quaſi in hoc ſolo finẽ bellũ eſſet habiturũ. Cicero aũt de concordia agendũ eſſe cẽſebat, Cõtradicentibus ad omnia conſulibus, Faonius Põpeio illudens ob ea, quæ iampridem dictitabat, Age inquit tellurem pede cõcute Pompeii, ut exercitus inde educas. Tũ ille, habebitis inquit exercitus, ſi me ſecuti fueritis, nec multi faciendum exiſtimabitis Romã derelinquere, & ſi Italiã ultra Romã deſerere oporteat, Non.n. prouincias, domoſq; ꝓprias

Timorem attende.

Monſtra lege.

Supplicationes

Ciceronis cõſilium.

uirtutem hominibus, aut libertatē afferre existimo, ſed homines quocūq; in loco fuerint, ea ſecū deportare, auxiliūq; adinuicē præbētes patriā ſibi, domuſq; uendicare. Hæc effatus Pōpeius, & in urbe reſidentes increpans, cū neceſſe diceret, nec domibus parcere eos, nec apparatibus, q pro patria eſſent pugnaturi. Senatū ſimul, & urbē ingreſſus eſt, & ad exercitū Capuā iter arripit. Eum igitur abeuntē cōſules ſunt proſecuti. Cæteros difficultates ferme detinebāt, & in Senatu per noctē cōmorati ſunt. Illuceſcente die maior etiam pars ad Pōpeium uenit. Cæſar interea Lucium Domicium imperii eius ſucceſſorē a Senatu deſtinatum, cæteroſq;, qui cū illo uenerant, ad quatuor millium numerum in Corfinio obſedit. Qua ex cauſa moti illi, q urbē incolebant, Domiciū fugā præparantē ad portas urbis cōſequuntur, eumq; ad Cęſarē adducunt. Ille exercitum prōptiſſime ſibi obſequentem libēs ſuſcepit, ut reliquos ad ſimile opus excitaret. Domiciū cum omnibus pecuniis, & rebus ſuis quocunq; libuiſſet abire cōceſſit, ratus illum ob huiuſmodi clemētiā apud ſe māſurum eſſe, ad Pōpeium quoq; ire cupiētē minime prohibuit. His igitur proſpere geſtis a Cæſare, Pompeius q̄ primum ex Capua Nuceriam, ex Nuceria deinde Brundusium uenit, ut Ionio ſupato mari in Epirum ptranſiret. Eum itaq; in locum delatus belli apparatum aggreſſus eſt, gētibus omnibus, pretoribus, dynaſtis, regibus, ac ciuitatibus p literas imperat, ut q̄ maxima quiſq; celeritate poteſt ad bellum ſe conferat. Et hæc quidē magna gētium multitudine, diligētiaq; parabātur. Pōpeii exercitus in Iberia conſederat, omnibus in promptu partis quocūq; neceſſitas ire cogeret. Legiones autem, quas Pōpeius habuit cōſulibus attribuit, ut cum his Brundusio in Epirum trāſmearēt. Ipſe ad Dyrrhachiū tute profici

Lucii Domicii obſidio a Cęſare.

Clemētiā nota Cęſaris in Domiciū.

Exercitus Pompeii in Iberia.

Legiōes a Pōpeio cōſulibus attributæ.

ſcimr, quod nõnulli Epidamnũ arbitrãtur eſſe, huiuſmodi nominis opinione ducti, Rex quippe barbarorũ Epidãnus urbem ſupra mare cõdidit, quæ ab ipſo nomẽ aſſumpſiſſe creditur. Huius ex filia nepos Dytrachus ex Neptuno genitus, ut quidã ꝓhibẽt, portũ urbi adiecit, qui Dyrrhachiũ appellatur. Deinde cũ fratres aduerſus illũ bellũ gererent, Hercules ex Erythia rediens, pro telluris parte in eos depugnauit. Quãobrẽ Dyrrhachii Herculẽ ueluti telluris eorũ ex parte incolant fuiſſe autumãt Dyrrhachum non utiq; inficientes, uerũ ad Herculẽ tanq̃ ad deũ per prius inclinantes. Ferunt quoq; ea in pugna Ioniũ Dyrrhachi filium ab Hercule per errorẽ interfectũ fuiſſe, Herculẽ corpus tumulantẽ in mare proieciſſe, ut cognomen illi imponeret. Procedẽte deinde tẽpore Phryges quoſdã e Phrygia redeũtes regionẽ, & urbem occupaſſe. Deinde Taulantios. Poſt illos Illyrium genus poſt Taulantios aliã Illyriorũ gentẽ Liburnos acceſſiſſe, qui finitima quæq; citis nauibus inuaderent, & ob id a celeritate nõnullas a Romãis naues Liburnicas dici, cũ qbus primũ ad pugnã ueherẽtur, Qui a Liburnis, & a Dyrrhacho expulſi fuerãt, Corcyreos mari potẽtes in eos induxere, Liburnoſq; expulere. Eo modo Corcyrei ſe illis imiſcẽtes urbẽ coluere. Qua ex cauſa græcorũ huiuſmodi uidetur eſſe portus, Corcyrei appellatione, ut infauſtam permutantes urbẽ, quæ deſuper imminet, Epidamnũ uocauere. Sic Thucydides illam nominat, uicitq; ſubinde cõſuetum nomen, nã Dyrrhachium appellatur. Qui igitur cũ cõſulibus una acceſſerant, ad Dyrrhachiũ claſſe delati ſunt. Põpeius reſidua copiarũ ſuarũ Brũduſii in unũ cõgregãs, naues opperiebatur, cũ quibus ad cõſules eas ageret, & ut Cæſarẽ ſibi inſurgentẽ a mœnibus repelleret, urbẽ foſſa munierat. Exercitu itaq; nauibus q̃ ꝓpere

Lonius Dyrrhachi filius.

Pompeii aſtutia.

ad eũ allato, circa ueſperã claſſem ſoluit, fortioribus ad mœtelã urbis derelictis, qui denũ nocte increbreſcente, proſpero delati uento, ad illum peruenerunt. Sic Põpeius uniuerſo exercitu in unũ cõparato derelicta Italia in Epirũ tranſfretauit. Cęſar animo dubius quid prius ageret, quo ue in loco bellum ordiretur, omnẽ armorũ apparatũ quocũqꝫ ex loco ad Põpeium deferri intuens, ueritus inſuper Põpeii exercitũ in Iberia morantẽ copiis refertũ maximis, ac pro tẽpore inſtructum, ne ipſi Põpeium perſequenti a tergo inſurgeret, primũ in Iberiã tranſire ſtatuit, oẽſqꝫ copias ſuas in partes quinqꝫ diſtribuit. Nã quoſdã ex ſuis Brunduſii, alios Idronte, nõnullos Tarãti ad Italię cuſtodiã iuſſit permanere, partẽ Quinto Valerio miſit, ut Sardiniã frumẽto abũdantẽ occuparet. Aſinius etiã Pollio in Siciliã delatus ad q̃ Cato antea præmiſſus fuerat, cũ ab eo peteret, utrũ Senatus, an populi mãdato alienã prouinciã eſſet inuaſurus, Sed ab eo, q Italiã imptãte hẽret demiſſum eſſe ait. Ad quę Cato hoc ſolũ ingens ut ſubditis parceret cum eo nolle contẽdere in Corcyrã ad Pompeiũ enauigauit. Cæſar Romã delatus, populũ ueterũ calamitatũ recordatiõe turbatũ, quas ſub Sylla, & Mario olim ptuliſſet, trepidantẽqꝫ magna ſpe, pollicitationibuſq; liniuit, hoſtibus humanitatẽ præferens, ac clemẽtiã. Luciũ.n. Domicium, a ſe captũ cũ pecuniis, ac neceſſariis ſuis liberatũ rediniuum fuiſſe ait. Quibus dictis publici ærarii clauſtra pfregit, obſtantiqꝫ in aditu Metello ex tribunis plebis mortẽ eſt cõminatus. Theſauros a nemine contactos uſq; in illã diem militibus rapere cõceſſit. Hos olim execratione propoſita publice cõditos fuiſſe memorãt, ut niſi Celtico inſurgẽte bello a nullo promerẽtur. Verũ Cæſar Celtas a ſe deuictos aſſerens, urbẽ ab execratione liberã reddidiſſe ait. Lepidũ Emi

Cęſaris timor, & cõſilium.

Quę a Ceſar i Iberia contra Põpeii duces geſta ſunt.

lium urbi præficit. Tribunũ autem Marcũ Antoniũ Italiæ, exercitibuſq; circũ eam exiſtẽtibus præſidere uoluit, Curionem Catonis loco Siciliæ imperare. Quintũ Sardiniȩ, ad Illyrios Caiũ miſit Antoniũ. Licinio Craſſo Galliã, quæ intra alpes ſita eſt regendã tradidit. Claſſem quoq; duplicem ſumma celeritate fieri mandauit circa Ioniũ, ac Thyrrheniam. Claſſis præfectos iam præripere ad id conſtitutos delegauit Dolobellã, & Hortenſiũ. Eo modo Italiã inacceſſibilem Pompeio Cæſar arbitratus, in Iberiã deſcendit. Quo in loco Petreio, & Affranio Põpeii prætoribus occurrẽs inferior illis a principio uiſus eſt extitiſſe. Propius deinde ad inuicẽ pugnãtibus circa Ilerdã urbem, Cæſar inter præruptam quæq; caſtrametatus, milites pabulatũ per Sicoris fluminis pontes emittit. Diſiectis inopine a fluuio põtibus, magnã ſuorũ partẽ altera ex parte derelictã Petreii milites interficere. Cæſar cum reliquis copiis ſumma calamitate afflictus ob locorũ difficultatẽ, famẽq;, & hyemẽ, inſurgẽtibus etiam hoſtibus nihil ab obſeſſo differre uidebatur, donec ȩſtate ingruente, Affranius, ac Petreius ad interiora Iberiæ loca ſeceſſere, alium paraturi exercitũ. Quos Cæſar continuo inſecutus foſſa ꝓpeditos ulterius tranſire prohibuit, eorũ quoq; partẽ ad exercitus ſui detentionẽ prodeuntẽ circũdedit. Hi autẽ capita clypeis ſubiicientes, q deditionis ſignũ haberi ſolet, ſeipſos tradere ſignificabãt. Cæterũ Cæſar neq; ſuſcepit eos, nec ullo mortis genere affecit, uerum ad Affraniũ redire conceſſit omniſariam blanditiarum genere ad hoſtes uſus. Qua ex cauſa milites in unũ ſe immiſcẽtes loquebãtur, & iam ſermones inter eos de conuentione agitabãtur. Tandem Affranio, cæteriſq; ducibus Hiſpania excedere uiſum eſt, eamq; Cæſari derelinquere, & nullo accepto incõmodo

Cædes militũ Cæſaris.

Hoſtiũ iſſecutio a Cȩſare.

ad Pompeiũ redire. His Petreius aduerſabatur & per exercitum hinc inde diſcurrẽs, quoſcũq; Cæſaris militibus immixtos reperiſſet ferro ſequebatur. Inſurgẽtibus in eũ exercitus primoribus unũ ex ipſis enſe cõfecit. Ob id milites illius inſolentiã animaduertẽtes, Cæſaris clementiã, ac benignitatẽ mente uerſabant. Aquatione tandẽ a Cæſare intercepta, Petreius in arcto conſtitutus cum Affranio ad Colloquium cum Cæſare ꝑuenit exercitibus utrinq; ex parte ſpectãtibus. Cõuenere igitur cum illo, Hiſpania excedere, eaq; ſibi poſſidebãt tradere, ſi ultra Variũ fluuiũ tutos ꝑmiſiſſet, indeq; ad Pompeiũ liberos abire ſineret. Cum igitur ad fluuiũ acceſſiſſet, Cæſar omnes Romanos, & Italos qcũq; aderant in contionẽ cõuocauit, orationẽq; huiuſmodi ad eos habuit. Ego uos inimici, hoc.n. uerbo uſus clariorẽ animi mei ſententiã aperire poſſe reor, neq; ad exercitũ meũ cõprehẽdendũ miſſos qui ſeipſos mihi tradidere necaui, neq; alium e uobis, cum exercitũ capiẽs aquationẽ Petreio ſupra Sicorim amnẽ interciperẽ, & tamen ille ex meis derelictos occidiſſet. Si igitur ob hæc aliqua apud uos meritoꝝ ineſt caritas, precor, ut Põpeii militibus hæc ipſa referatis. Hæc effatus illæſos oẽs abire iuſſit. Quintũ Caſſiũ prætorẽ Iberiæ præfecit. Hæc igitur circa Cæſarem agitabant. Attilius interea Varus in Lybia pro Pompeio ductabat exercitum, & Iuba Mauruſioꝝ, & Numidaꝝ rex Varo obſequebatur Curio a Cæſare ex Sicilia miſſus, duabus cum legionibus in eos mouit nauibus longis duodecim, onerariis uero plurimis ſtipatus. Is cum Vticã applicuiſſet, breui quadã equeſtri pugna nõnullos ex Numidis equites in fugã uertit, & exercitu adhuc in armis cõſiſtente, imꝑatorẽ tamẽ ſe nominari uoluit. Eſt.n. hæc appellatio prætoribus nõ mediocris apud milites

Põpeianoꝝ conſiliũ.

Cæſaris oratio ad inimicos.

Curio imꝑatorẽ ſe nominari uoluit.

auctoritatis, quaſi ipſis teſtificantibus eundē imperatorio nomine haud indignū fore. Hunc quippe honorē prætores iā pridem in maximis belli operibus ſibi uendicauerāt, nūc aūt ſub quibus decē milia in bello concidiſſent, hac appellatione dignos haberi audio. Adnauigāte ex Sicilia Curione, qui in Libya cōſederant, eum ob gloriæ opinionē ad Scipionis caſtra uenturū, ac quippiā magnū facturū exiſtimātes, aquas ueneno infecerāt, neq; ſpe ſua fruſtrati ſunt. Nam cum Curio eo in loco cōſediſſet exercitus ſtatim ægrotare cœpit. Bibētibus quidē ueluti a nebula obducebatur uiſus, capita inuadente ſomno, poſt uomitus cibor̄ uarius, deinde ſpaſmus uniuerſum corpus purgebat. Hor̄ cauſa Curio cum ſuis ad Vticam caſtra poſuit, exercitū admodū debilē, & infirmū circa paludē magnā, & profundā agēs. Qnū autē Cæſarē in Iberia uictorē euaſiſſe nunciatū eſſet, animo ſublatus, loco admodum anguſto iuxta mare caſtra locat. Pugna igitur, acriter incepta unicus ex Curionis militibus cecidiſſe dicitur. Vari, ad ſexcentos interiere, pluribus uulneribus oppreſſis. Aduenićte deinde Iuba rumor falſus ſublatus eſt, circa Brusgadam fluuiū Iubam non longe diſtantē retrouerti, finitimis regnū eius inuadentibus, Saburam prætorē regis cū parua manu ab eo in ripa fluminis deſtitutū eſſe. Quo rumore, cōfiſus Curio æſtatis calore cuncta perurēte, circa tertiā diei horā, fortiſſimā exercitus ſui partem in Saburā mouit; per iter arenoſum, & aquis ſterile prouectus. Latex quippe hybernus calore ſolis aduſtus inaruerat; ſcalebāt omnia circū loca. Fluuius uero a Sabura, & rege aſſiſtente tenebatur. Lapſus itaq; ſpe Curio, ad colles ob ardorē ſolis retroceſſit, ſiti, & ſuffocatione confectus. Quē cum adeo affectū intuerentur hoſtes, fluuiū ſtatim tranſmiſere ad pugnā pparati. Curio

Pugna iter Curionem & Varū.

Curionis uictoria.

Sabura regis prętor.

uiciſſim e montibus deſcẽdit imperite admodũ, ac inſipien-ter acies infirmas agens. Demũ Numidarũ equitibus eũ cir-cũuenientibus per aliquantulũ tẽporis paulatim retroceſſit, & intra breue telluris ſpaciũ copias redegit. Repulſus de-nuo confugit ad mõtes Aſinius Pollio clade iam multorũ im-minẽte, ad Vticã cum paucis exercitũ reducit, ne qua in-terim a Varo calamitas, ob rumorẽ habitæ cladis inſurge-ret. Curio periculũ aggreſſus pugnãſq; cum omnibus, q una aderant interfectus eſt, Ita ut ad Pollionẽ nemo Vticã tan-tæ cladis nũcius redire poſſet. Hunc igitur finẽ pugna apud Bragadã fluuiũ geſta habuiſſe dicitur. Curioni caput abci-ſum ad Iubã delatũ eſt. Hac clade ad exercitũ Vticæ relata Flameas claſſis p̃fectus cũ omnibus nauibus fugã arripuit, prius q̃ aliquẽ e littore ſuſciperet. Aſinius ad diſcedẽtes ne gociatores cymba delatus, ut enauigãtes exercitũ tollerent deprecabatur, nõnulliq; per noctẽ ab ipſis intra naues rece-pti ſunt. Turmatim uero accurrẽtibus reliquis, naues ſubdu xere, multoſq; ex his, q nauibus inſederãt aurũ deferentes, auaritiæ libidine inducti, mari, obruere. Hæc igitur naui-gãtibus hunc in modũ geſta. Similia eis qui in litore cõſti-terant p noctẽ eueniſſe referũt, nã orta luce ſe oẽs Varo de-didere, quos Iuba ueluti uictoriæ ſuæ reliqas, mœnibus im-poſitos iaculis ad unũ interfecit, nihil dehortationes Vari faciens. Sic duas Romani legiones, quæ Curionẽ in Libya ſecutæ erant amiſere, eqteſq; uniuerſos, & uelites, & cæte-ros exercitus miniſtros, qui una aderãt. Iuba uero ad p̃pria reuerſus eſt, hoc p̃cipue opus ad Põpeii gloriã ratus ptinere Iiſdẽ ferme diebus Antonius circa Illyriũ ab Octauio Do-lobella Põpeii prætore ſuperatur. Et Cæſaris exercitus alius iuxta Placentiã, ſeditione ædita, quod diutius in bello tene-

Pugna Cario[n]is cum Numidis.

Curiõis pfligatio & mors.

Iubę crudelitas.

Superatur Antonius circa Illyrium.

retur. Imperatorē cœpit cōclamare. Minas porro quoq; ſingu lis olim pollicitas a Cęſare, quū Brūduſii adeſſet inſtātius pe tebat. Quibus rebus cōmotus, ex Maſſilia Placentiā magna celeritate, ſollicitudineq; ꝑuenit, & ad milites adhuc diſſi dentes profectus hunc in modū fari cœpit. Quod hoc mali eſſe dicā milites, ad quæcunq; ueſtra opa neceſſe eſt, ſtatim mihi inſurgitis. Bellū qppe non noſtri culpa, ſed hoſtiū a no bis fugientiū cauſa producitur. Vos dum in Gallia eſſetis plu rima ex imperio meo adepti, ad hoc bellū non ꝑ partes, ſed in unū coniurātes ꝑueniſtis, nunc in medio agendāꝶ rerū me reliqtis, & prætoribus ueſtris aduerſamini. Imperatorē ab illis depoſcētes, quoꝶ mandatis obſequi debetis. Teſtis igi tur in hanc diem meæ erga uos liberalitatis, ac clemētiæ. Petrei leges deinceps imitabor. Nonæ itaq; legionis, quæ ſe ditionis cauſam in primis præſtitit decimum quęq; morte mulctabo. Gemitu ab uniuerſa legione ædito prætores ge nibus affuſi ueniam ſuppliciter ab eo depoſcebāt. Cæſar poſt modicum uix tandem ab ira liberatus, hoc ſolum con ceſſiſſe uiſus, ut centū duntaxat, & uiginti ſeditionis prin cipes ab omnibus eligeret, duodecimq; ex his a cęteris ſele ctos, ſupplicio afficeret. Hos inter cum quidā ſeditione exor ta, nihil commiſiſſet, Cæſar ductorē, quod illum accuſaſſet, eius loco interfici mādauit. In hunc modū ſeditio apud Pla cētiā ſopita eſt. Cæſar Romā reuerſus, trepidāte adhuc po pulo, neq; Senatu, aut cōſule illum eligēte, ſeipſum dictatorē nominauit. Verū ſiue ut inuidiā dilueret, ſiue quod magi ſtratu minime indigeret, per undecim ſolum dies illi præ fuit. Sic.n. nōnulli aſſerunt. Cōſulē ſe in futurū deſignauit. Pō peium quoq; Iſauricū ſibi collegā aſſumpſit. Prætores uero ad prouincias prout libuit, aut miſit a ſe, aut immutauit. In

Cæſaris oratio ad milites.

Pompeius Iſauricus Cæſaris collega.

Iberiã Marcũ Lepidiũ. In Siciliã Aulum Albinum. In Sardina Sextũ Peduceum delegauit, Galliæ nuper adeptæ Decimum Brutum præſidere iuſſit. Populo etiã fame laboranti gratuitã annonã præbuit. Exules deprecantibus, Milone excepto, conceſſit. Petẽtibus autẽ debitorꝝ abſolutiones ob bellum, ſeditioneſq́ꝫ pactas, ignominiãq; exinde ſecutũ, eis qui talia egiſſent; debitorꝝ abſolutiones renuit. Cenſores rerum emptarũ inſtituit, qui debitores debitoribus pecuniarũ loco aſcriberent. Hæc circa hyberna ſolſtitia operatus copias oẽs Brũduſium emittit. Ipſe decẽbri menſe apud Romanos, urbe egreditur nõ expectato ob cõſulatum iã proximi anni mẽſis initio. Quẽ populus euntẽ proſecutus, ut cũ Põpeio cõciliari uellet deprecatus eſt. Nõ enim ambiguũ erat eum, qui uiciſſet monarchiã ſibi deſumpturũ eſſe. Interea Cæſar nullo apparatu omiſſo, ſumma celeritate iter arripit. Põpeius in paranda claſſe uniuerſum fere tẽpus conterebat, exercituſq́ꝫ, et pecunias dietim adaugebat naues porro quadragita, quæ a Cæſare ad Ionii maris nauigationẽ cuſtodiæ dimiſſæ fuerant intercipiens, eius obſeruabat ipſe currendo, & equitando copias cõtinue exercebat, ad omnẽ ultra ætatẽ laborem ſeſe efferens. Quãobrẽ beniuolẽtiã ſibi facile aſciuerat, oẽſq; ad exercitia huiuſmodi ueluti ad ſpectaculũ quoddã uẽtitabant. Cæſari peditũ legiones tũ decẽ aderant, Celtarũ equitum decẽ milia. Põpeium uero legiones quinq́ꝫ ſequebantur quas Italia egreſſus Ionio mari ſuperato ſecum uexerat, & quicũq; his eqtes pariter adiuncti fuerãt. Ex parthia quoq; legiones duæ, quæ Craſſo in bello ſuꝑfuerãt, & quædã alia eorꝝ pars, qui Aegyptũ cũ Gabinio inuaſerãt, ſumma Italorꝝ omniũ legiones undecim, Equitũ ad ſeptẽ milium numerum æquabat. His belli cõplices ex Ionia, Macedonia, Pelopõneſo

Copię Cæſaris, & Põpeii.

& Bœotia acceſſerant. Sagitarii ulterius Cretenſes fundi-tores ex Thratia, & quicũq; circa Põtum ſagittis exercẽtur, Equites nõnulli e Celtis, & ex oriẽtali Gallia q̃plurimi. Comageni ulterius ab Antiocho miſſi, Cilices, & Cappadoces, & ex minori Armenia quidã uenerãt. Pãphylii inſuper, & Piſidæ, quorũ opera nõ ad pugnam, ſed oppidorũ munitiones, foſſarũq; cuſtodiã, & alia exercitui Italo neceſſaria, Põpeius uti diſpoſuerat, ne Italorũ quẽq̃ ab exercitu cogeretur amouere. Hæc peditũ, equitumq; ſumma fuerat. Naues præterea longe legionibus pluribus ſtipatę uſq; ad ſexcẽtorũ numerũ, eum ſequebãtur. Ex his centũ Romanis refertæ, quæ cæteras anteirent. Multitudo deinde olcadũ, & ratiũ ad uaſa cõportanda. Vectores plurimi per partes in his diſtributi, quibus Marcus Bubius præerat. Cum omnia in unũ parata eſſent. Põpeius Senatores oẽs, et eq̃tes, uniuerſumq; exercitũ q̃ una aderãt cõuocari iubet, eoſq; his uerbis allocutus eſt.

Põpeii oratio.

Athenienſes quondã o uiri ciuitatem eorũ reliquiſſe dicũtur, ut in hoſtes illis inſurgẽtes pro libertate bellũ gererẽt nõ eorũ habitacula, domos ue, ſed uiros potius ciuitatẽ eſſe exiſtimãtes. Et id agentes ſtatim quidẽ ciuitatẽ receperũt, glorioſiorem q̃ quæ prius fuerat longe reddiderũt. Itidẽ & maiores noſtros ingruẽtibus Celtarũ populis urbẽ reliquiſſe, ac ſubinde ſaluã præſtitiſſe nouimus, Ex ardea quũ Camillus, & omnes egrederẽtur, qui cũ illo rite ſentiebãt, libertatẽ, quocunq; in loco ipſi forẽt, patriã arbitrati ſunt. Quæ nos uiciſſim animo uoluẽtes hũc in locũ claſſe deuecti ſumus, non ut patriã relinqueremus, ſed ut pro ea optime inſtructi inſidiantẽ illi Cæſarẽ, & Italiã per largitionẽ ſibi uendicantẽ pelleremus, quẽ uos o ciues hoſtẽ decreuiſtis, Is aũt prætores ſuos ad prouincias noſtras deſtinat, ac nõnullos urbi no-

Ardea. Camillus.

ſtræ præſides imponit,alios per Italiã quoq; emittit. Tantũ illi audaciæ ineſt,ut populi Ro. imperiũ conetur inuadere. Et hæc qdẽ pugnãs,trepiduſq; adhuc agit,utpote a diis immortalibus daturus pœnas. Quid eũ uictore a crudelitate, & uiolentia ceſſaturũ arbitramini,qui in patriã mollitur arma? Hũc nõnulli pecuniæ inhiãtes proſequuntur,quã e Gallia nobis ſubdita deprædatus eſt,ſub pari lege cum eo inſeruire cupientes. Ego uero minime deſtiti, aut deinceps pro uobis una pugnare deſiſtã,ſed me,& militẽ uobis, & ducẽ prout gratius fuerit exponã. Et ſi qua mihi belli ineſt pitia, ſi qua felicitas,qui in hanc uſq; diem inuictus perſtiti, eam mihi deos in præſenti cõceſſuros ut me ſic ultorẽ patriæ eſſe ſinant, quẽadmodũ iuſte a uobis huic imperio præfectus ſum. Fidere etenim diis immortalibus æquũ nobis eſt,ratiõe belli inſpecta,quod iuſtitiã,in ſe,honeſtatẽq; continet,pro ſalute reipu.noſtræ certãtibus. Ex quo tanta apparatus magnitudo, quẽ nobis maria,terræq; ſuppeditant nunc adeſt aderitq;, cum bellũ aggreſſi erimus. Quæcũq;.n.gens, ut ſic dixerim, ab oriente ad Euxinũ pontũ incolit,ſiue Græca,ſiue Barbara nobiſcũ militat. Reges porro qui miſſi nominiq; Roma,ſunt amiciſſimi,exercitus,tela,cõmeatũ, omnẽq; alium apparatũ ſubminiſtrãt. Item igitur ad opus alacres,& patria,& uobis ipſis,& me dignũ, Cæſaris iniuriæ memores,mandatis meis obſequẽtes. Sic ille locutus eſt. At uero exercitus omnis & quicũq; circa illum ex ſenatorio,equeſtriq; ordine ſimul aderãt,magna,& inſignis turba,Pompeiũ laudare,& quocunq; opus foret,eos ducere, una uoce clamare incipiunt. Ille hyemis tẽpore extremo, cum mare importuoſum agitaretur fluctibus, ratus interea Cæſarẽ neutiq̃ exercitũ moturum,ſed cõſulatũ potius in urbe confirmaturũ eſſe, claſſiũ

Pōpeii copię ad hiberna.

præfectis, ut mare interim tueantur edicit. Copias oēs circa
Macedoniā Theſſaliāq; futurę ſortis ignarus in hiberna di-
ſtribuit. Cæſar ut a nobis p̄miſſum eſt, brumę tēpore Brun-
duſiū acceſſit, ratus inſperato prælio facilius cōturbare ho-
ſtes. Itaq; nullo apparatu, aut cōmeatu fiſus, nondum habito
exercitu in unū coacto Brūduſii, qui p̄ſentes aderāt in cō-
cionē conuocat, eoſq; his uerbis adhortatus eſt. Neq; hyemis
intēperies o uiri, qui mecū ad inſignes res agēdas acceſſi-
ſtis, neq; alioꝝ tarditas, aut apparatus indigētia a ꝓſequēdo

Cæſaris oratio militaris.

bello deterruit. Ante omnia quidē celeritate nobis opus eſt.
ut primos e nobis, primi ipſi curſu contendētes inuicē p̄ue-
niamus. Hoc igitur cenſeo, ut ſeruos, currus, impedimēta oīa
hoc in loco relinquamus. Naues, quę hic adſunt, & nos ſo-
los ultra fretū deferre poſſunt inſcēdamus, ut hoſtes latea-
mus, obſeruātes pro hyeme, fortunā optimā, pro paucitate mi
litum audaciā nobis præponētes, pro penuria aūt inimicoꝝ
abundantiā, quę nobis in terrā deſcendētibus præſto adeſt,
& quā niſi interceperimus, nihil ulterius proprii nobis ſu-
pereſt. Eamus igitur alacres in ſeruos, apparatū, cōmeatuſq;
hoſtiū, dum hyemē ſubtectis inertes agunt. Eamus quoad in
hibernis nos degere, aut circa pōpas, conſulareſq; cerimo-
nias, uacare exiſtimant. Videāt ſubito nos. Nihil.n. in bellis
inſperato opere potētius. Promptitudo aūt prima eſt, opinio-
nem eoꝝ, quę euentura ſunt celeritate p̄ripere. Sic eos cito
ꝓſequentes, quæ apud nos hic ſunt in toto collocabimus. Ego
nihil potius hoc tēpore optare poſſem, aut dicere. In quo dū
Pōpeius me Romę ad cōſulatus curā reſidere putet q̄ & in

Cōclamatio exercitus.

conſpectu ſuo me uideat. Ipſe aſſenſum ueſtrū lętus intuens,
ſimul reſponſum audire cupio. Vniuerſo cōclamāte exercitu
ut ad mare delatos nauibus iponeret e tribunali deſcēdit,
peditum

peditũ legiões q̃nq;, equites ſexcẽtos electos agẽs in ancho-
ris cõſtitit fluctibus inundãte mari, ſolſticiũ circa hyberna,
uẽto q̃q; annitentẽ cohibente, quoad anni cõuerſionẽ in Brũ-
duſio peregit, & duabus legionibus ſubinde aduentantibus,
hyemãte adhuc pelago onerariis quibuſdã auexit. Nã longæ
naues haud multæ illi aderant, quibus Sardiniã, Siciliamq;
munierat. Demũ tẽpeſtate ꝓuectus, ad Ceraunios mõtes, na-
ues quæ reliquum exercitũ adducerent Brũduſium propere
emiſit. Ipſe Oricũ nocte peruenit ob anguſtiã, aſperitatẽmq;
uiarum copias in plures partes diuidere coactus, ut ſi quis
aduentum eius præſenſiſſet, paratior eſſet ad pugnã. Oriente
pœne ſole multitudo omnis ad eũ uenit, & qui Orici præſi-
dio aſtiterat, admonentibus illũ ciuibus conſulẽ Romanum
prohibere nõ auſus, claues Cæſari ultro detulit, apud eũ cũ
dignitate ut immorari poſſet efflagitans. Lucretius autẽ, &
Minucius alia Orici ex parte nauibus octo ſupra decẽ lõ-
gis comitantibus ut Põpeio cõmeatum tuerentur, claſſem ne
Cęſar eã inuaderet in unũ deuinxere. Ipſi Dyrrachiũ recta
perfugere. Cæſar ab Oricho Apolloniã deduxit. Quẽ cum
ciues læte ſuſcepiſſent, Tamerius urbi præpoſitus e præſidio
aufugit. Cõgregato deinde exercitu milites edocuit, quẽad-
modũ multa ob celeritatẽ ingruente etiam hyeme proſpere
egiſſent, mare tã ingens ſine nauibus ullis occupaſſent, Ori-
cũ, & Apolloniã nullo fere marte recepiſſent. Romanoꝝ res
eo modo quo dixiſſet ſe habere, Põpeio ignorante adhuc oĩa,
Itaq; ſi Dyrrachiũ inquit Põpeiani apparatus horreũ cœpe-
rimus oĩa poteſtate in noſtra erũt, quæ illi ꝑ integrã æſta-
tẽ ſummo labore cõpararũt. Hæc effatus ꝑ longũ iter Dyr-
rachium uerſus copias agit, nulla die, nocteue intermiſſa ad
itinerandũ. Quod ꝑſentiens Põpeius e Macedonia aduerſus

Oricus Cæſari deditur.

Põpeianoꝝ fuga.

Quãtũ cõfert celeritas.

eũ ſtatim monuit. Magna itaq; frequentia, ſollicitudineq; pro-
uectus, ſiluas per quas exercitũ continue ageret, ſecare cœ-
pit, ut Cæſari impermeabiles ad iter redderet. Pontes quoq;
fluminibus ammonuit, cõmeatũ omnẽ q in medio fuerat igne
corrumpẽs. Magnũ autẽ, ut erat, arbitratus uniuerſum ap-
paratum ſibi tutum reddere, cum puluere, aut ignem, aut fu-
mum a longe eoꝝ quiſq; intueretur, ab hoſtibus factũ exiſti-
mantes, adinuicẽ curſu cõtendebãt. Eo modo nec cibo curã,
nec ſomno impenderãt, ſolũ adhortationes, & impulſus, uo-
ceſq; ducentiũ, igne præuio, undiq; ſtrepebãt. Tumultus pre-
terea ex hoc ingens, ac timor quaſi ipſis in unũ cõcurren-
tibus cunctos obſederat. Nõnulli igitur ob caloris uim, quæ
attulerãt reiicientes, aut in cõuallibus occultantes relin-
quebant, timoris requiẽ apud hoſtes eo modo ſibi proponẽ-
tes. Sic utriuſq; patienter ſubſtinẽtibus Põpeius primus Dyr
rachiũ acceſſit, & oppido proximis caſtra ponit, naueſq; pre
mittens Oricum denuo recepit, & mare diligentiori cu-
ſtodia ſeruare pergit. Cæſar Pompeii copiis Alorẽ fluuiũ in
medio conſtituens caſtrametatus eſt, ita ut ad flumen deſcen-
dentes, equeſtre præliũ p partes inire cogerentur, totis aũt
uiribus neutiq̃ inter ſe concurrerent. Põpeio tyrones ad bel
Olcbades q̃ nũc Co che dicuntur. lum inſtruente. Suos itaq; a Brũduſio uenturos operiẽs Cæ
ſar, cum ineunte uere e pelago ſoluentes, & olcbadibus de
latos, Põpeii triremes haud facile euitare crederet, cõtinue
ad eoꝝ cuſtodiã intẽtas, & per mare diſcurrentes, hyeme
uero ad inſulas profectos hoſtiũ fortaſſis eaſdẽ latere poſſe,
aut magnitudine nauiũ, uentorũq; uiolentia longe ſuperare,
magna celeritate ad eos mittit, curſumq; accelerare impe-
rat. Non accedentibus illis, ipſe inſcio exercitu adnauigare
ſtatuit, utpote qui neminem facilius eos adducere ſperaret,

Diſſimulato itaq; conſilio tres e ſeruoꝝ numero ad fluuiũ
p̄mittit, qui per duo ſtadia a caſtris aberat, iubetq; ut ratem
celerẽ, gubernatorẽq; pitum ueluti quendã ex ſuis trãnuſ-
ſurus appararent. Ipſe e cœnaculo diſcedens, corporis fatiga- Temeritas Caii Cæſaris.
tione prætenſa amicos epulari ſuadet, dein priuato habitu
curru defertur, mox nauẽ ingreſſus Cæſaris nunciũ ſe eſſe
ſimulat, cætera per ſeruos facienda ediſſerit. Eo modo latẽs
nocte potiſſimũ inſtante, cum a uentis agitaretur mare, ſer- Imprudẽs hic Cæſar.
uos gubernatorẽ adhortari monet, ꝓpere curſum arripiat,
quaſi hoſtes finitimos latere cuperet. Gubernator elatis re-
mis peruim fluuiũ celer exuperat. Cũ aũt ad hoſtia, & ma-
ris aditũ peruentũ eſſet, mare ipſum ſummis concitatũ flu-
ctibus, magno impetu, ac turbine curſum intercipit. Guber-
nator ueluti inſtantibus hoſtibus per uim cogitabatur eua-
dere, uerũ cum nihil proficeret fatigatus, ac deſperãs tandẽ
clauum e manibus abiicit. Tum Cæſar ſublato uelamine ad
gubernatorẽ cõuerſus, & intonãs, alacri animo, & forti ad
uerſum fluctus eſto inquit Cæſarẽ q̄ppe, & fortunã eius te-
cum uehis. Hac uoce ſtupefacti remiges gubernatorq;, ma-
gna ui nauẽ educere contẽdũt, ita ut fluuii oſtia denuo eua-
deret. Vento deinde, & fluctibus eam extollentibus, ad lit-
tus tandẽ uicta cõpellitur. Inſtante die cum lux cuncta ap-
tiora reddere, trepidare cœpere, ueluti manifeſti futuri ho-
ſtibus. Tum Cæſar fortunã accuſans quod felicitati eius in-
uidiſſet, nautas retrouerti iubet. Nauis itaq; aſpirante uẽto
facile cõpulſa, ad fluuii oram cita regreditur. Cæſarẽ igitur
nõnulli ob audaciã admirabãtur q̄dã querelis proſecuti ſunt,
quod facinus militari potius, q̄ imperatoria laude dignum
eſſet aggreſſus. Is uero cum ulterius latere non poſſet, po-
ſtmũ eius loco adnauigare iubet. Gabinioq; ut exercitum

Poſtumiũ nota loco cæſaris ad exercitũ.

nauibus adducat imperare. Sin id abnuat, hæc ipſa Antonio præcipere, poſt Antoniũ uero Caleno. Sin id oẽs negent, epiſtola alia ad exercitũ ſcripta erat uelle ſe eos ſupra naues poſitos poſtumio obſequi, & in locũ in quẽ uẽtus duceret uela tradere nihil nauibus parcẽtes, non.n. nauibus ſed uiris Cæſari opus eſſe.

Pro ratiõe fortuna Cæſar utitur.

In hunc modũ Cæſar, pro ratione fortuna uti deliberauerat. Quæ omnia Põpeius intercipere feſtinãs, in pugnã paratã ducebat aciem. Sed cum duos ex ſuis in medio fluminis, ut alueũ eius ſcrutarentur emiſſos, unus ex Cęſaris pcurſoribus interfeciſſet, retrouerti cœpit. Id omnẽ infauſtũ ducens. Cauſam aũt palã retulit tẽporis cõmoditatem ſibi defuiſſe, Poſtumio Brunduſium adnauigante, Gabinius priuſq̃ Cęſaris mãdatũ attuliſſet, uolẽtes p Illyriũ nulla diei interpoſita quiete ſecum duxit, qui oẽs fere ab Illyriis interfecti ſunt, q̃ Cæſar per occupationes patienter tulit,

Antõii aduentus in Apolloniã

reliquos Antonius nauibus in Apolloniã deuexit tẽſis uelis incumbente uento. Quo deinde in meridiẽ ceſſante, ad uiginti Pompei naues inſpectis hoſtibus in eos deferũtur. Illi ut in aeris tranquillitate detenti, ne ab ipſis frangerẽtur, aut a maioribus exitu prohiberẽtur trepidare incipiunt.

Vẽtorũ mutabilitas.

Itaq; ad pugnam neceſſaria quæq; parabãt, fundas, ſagittaſq; exerebãt, cum uentus ſubito priore maior inſurgit. Quem elatis uelis denuo aſſumẽtes, nullo pauore inſperato curſu ſe proripiũt.

Exercitus ois ad Cæſarem.

Quæ aũt a curſu uentis ac profundo deſtitutæ ſunt, diutius afflictæ uix tandẽ ad importuoſa, petraſq; delabũtur, duas quaſdã in eas delatas retinẽtes. Reliquas Antonius in locum, q Nymphæus dicitur a curſu ſiſtit. Iam igitur Cæſari exercitus omnis in unũ aderat. Aderat uiciſſim & Põpeio, & adinuicẽ in colle quodã magnis pſidiis caſtra habebant. Multa hinc inde prælia ex ſingulis munitionibus, uel cum

uallũ foſſa munirent, uel muro circundarēt in anguſto ſimul agitabãt. Inter hæc cum circa uallũ repulſo Cæſare ductor turmæ, cui Sceua nomẽ fuit multa, & præclara facinora ędidiſſet, oculũ ſagitta ſaucius haſtã ꝑfregit. Deinde ueluti ꝗpꝑiã dicturus in mediũ proſiliit. Silentibus cũctis, Põpeii ductorẽ ſingulari uirtute cognitũ ad ſe uocat, deinde ſic affatur. Salua tibi ſimilẽ ſalua amicũ, ac curatores mihi adhibe quõ uulnere affligor. Accurrentibus ad illũ ueluti trãsfugę duobus ex exercitu Põpeii, unũ aggreſſus occidit, alterius humerũ enſe deiecit. Quæ cum egiſſet ſeipſum uallũq́ reliquit. Ob id cæteri rubore cõciti impetu ferũtur, uallũq; inſuper tutati ſunt. Minucio qui cuſtodiæ ꝑfuerant ꝗplurima tolerãte. Ferũt ꝗppe clypeo eius uiginti ſupra centũ inhæſiſſe ſagittas, corpus ſex uulneribus transfixũ patuiſſe, oculũ uiciſſim excuſſũ eſſe. Hos igitur Cæſar honoribus multis inſignẽuit. Ipſe ex Dyrrachio proditione quadã ſibi oblata, noctis tẽpore, ut ſolebat, paucis comitãtibus ad Dianæ templi portas proficiſcitur. Eadẽ hyeme Scipio Põpeii ſocer aliũ ex Syria duxit exercitũ, cui C. Caluiſius circa Macedoniã occurrẽs deuictus eſt, ac legio integra, octingẽtis dũtaxat exceptis uiciſſim Cæſar. Cæſar igitur nihil mari conari poterat, Põpeio claſſem paratã obtinẽte. Exercitus ꝗppe eius fame premebatur, ita, ut ex pabulo panes ederẽt. Transfugis igitur huiuſmodi panes ad Põpeiũ deferẽtibus ut lætitiã ex uiſu capet, nihil exhilaratus ille cum beluis ſe pugnare profeſſus eſt. Cæſar igitur neceſſitate ductus copias oẽs, ueluti Põpeiũ etiã inuitũ ad bellũ coacturus, in unũ cõtrahit, pluraq́ ex præſidiis interim uacua a ſuis contẽplatus ꝑ quietẽ tulit. Verũ ob id magis indignatus eſt, adeo ut opus longe difficillimũ, & inauditũ quodãmodo aggredi tẽtaret, Põpeii

Fames exercitus Cęſaris. Põpeii dictũ aduerte ob panes.

uidelicet exercitũ intra muri unius ſepta circũcludere, & a mari uſq; ad mare ꝑpetuis mœnibus ſepire, ratus & ſi minime id opus ualuiſſet, magnã tamen audaciæ eius allaturũ famã. Per *ſtadia quippe ducenta ſupra mille ſpaciũ eiuſmodi erat amplectendũ.* Põpeius *contra uallũ, foſſamq; anteponit, multaq; inutilia certandi ſtudio inter ſe dietim machinãtur. Inſigne interea præliũ ab utraq; parte editur, in quo ſuperior* Põpeius, *Cæſaris milites in fugã uertit, eoſq; in caſtra uſq; ꝑſequitur. Signa porro militaria plęraq; ſuſtulit, inter quæ, & aquilã ꝑcipuũ* Romanis *ſignũ pœne eripuit, niſi q̃ eam anteferẽs miles, ꝑoccupato eorũ curſu, aquilã intra uallum ad ſuos iecit. Illuſtri cõuerſione in hoſtes facta, Cæſar altera ex parte copias alias emittit, qbus tanta ob* Põpeianos *trepidatio iniecta eſt, ut* Põpeio *q̃q̃ ꝓcul apparẽte, non portis immorari, nõ ordinẽ ſeruare, ac neq; mãdatis ullis fidere auderent, ſed quocũq; uolũtas tulit indeſinẽti fuga raperentur, nulla uerecũdia, aut mãdato, aut ratione eos detinente.* Cum Cęſar *illis immineret, nec ſine infamia* Põpeiũ *a lõge reſidentẽ, & hęc ipſa intuentẽ demõſtraret, ipſi tamẽ abiectis ſignis ultro fugerent, nõnulli rubore compulſi in terrã nullo negocio procũberent, tm̃ illis pauoris iniicitur. Horũ e numero cum unus uexillo in cõtrariũ uerſo caudã ad Cæſarẽ extẽdiſſet, eius mãdato a ſcutiferis occiſus eſt. Illi uero egreſſi neutiq̃ ad caſtrorũ corã conſiſtere audebãt, adeo oĩa trepidatione, & metu referta erant ut caſtra derelinquerẽt. Quæ cũ aiaduertiſſet* Põpeius, *fortiter illatus, ut caſtris poti retur, bellũq; uno opere cõficeret a* Lauinio *prohibitus eſt, qui caſu illi obuius in fugiẽtes adhortatur. Ille igitur ſiue q̃d propoſuerat dubitaret aggredi, ſiue caſtrorũ ſolitudinẽ timeret, ne inſidiæ ſubeſſent, ſiue bellũ iam confectũ eſſe crede-*

Cæſarianorum fuga deinde cõuerſio.

& habetis & habebitis, quæ accepiſtis, neq; uobis quiſq̃ eripiet. Non Brutus, non Caſſius, non omnes, qui pro ueſtra libertate periculũ adiuimus. Quod unicũ in hac re querela dignũ eſt. Sanemus noſ ipſos. Id.n. conciliationẽ ad omnes uobis ſimiles nationes afferet, & iocundũ erit obſequentibus, quibus honorẽ ablatæ telluris ex publico reddere intendimus, & ex primis quidem conferre uectigalibus, ut non ſolum ex ſorte uobis præbita certa teneatis, uerũ ſine inuidia incolere poſſitis. Hæc diſſerente Bruto, audientes omnes, & inter ſe una cõferentes, ut iuſtiſſima cõprobarũt, & hos uiros intrepidos, & populi præſertim amiciſſimos admirati ſumma beneuolentia cõplexi ſunt, & in ſequentẽ diem eorũ operã nauare pollicentur. Cum illuxiſſet, cõſules multitudinem ad concionẽ cõuocant, & quæ illis uideãtur intelligũt. In his Cicero uir diſertiſſimus, de diſcordiarũ obliuione laudationẽ peringentẽ retulit. Ita omnes inſultãtes Brutũ, Caſſiũq; e templo auocãt. Illi obſides interim ſibi mitti poſcũt, quibus Antonii, & Lepidi filii pmiſſi ſunt. Quãprimũ Brutus, & Caſſius in conſpectũ uenere, adeo plauſus ingens, & uociferatio exorta eſt, ut cõſulibus nõnulla dicere cupientibus, nemo aſſiſteret, ſed eos q̃primũ inter ſe conciliari, amplectiq; iuberent. Quod ab illis factũ eſt, ſtatimq; cõſulibus animus hebetari uiſus, ſiue timore, ſiue inuidia, ut uiros illos in republica diuerſa ab ipſis ſentientes conſpexere. Interea Cæſaris teſtamentũ tabulis quibuſdã affertur, quod multitudo recitari iuſſit. In eo Octauius ſororis ſuæ nepos adoptiuus filius inuentus eſt. Populo hortanti Traſtyberini præbiti, ſingulis Romanorũ ciuibus qui in urbe aderãt, quinq;, & octoginta dragmæ Atticæ collatæ. Qua ex cauſa populus ad iram ſubito cõcitus eſt, cũ tyranni calumnia ſeductus,

Finis orationis Bruti

Teſtamẽtũ Cæſaris

uiri patriæ ſuæ amiciſſimi, teſtamentũ intueretur. Miſerando porro, uel in primis id uiſum eſt, cum Decimũ Brutum ex eius percuſſoribus, inter ſecũdos hæredes ſcriptũ cognouiſſet. Conſuetudo nempe Romanorum in teſtamentis fuit, primis hæredibus ſecũdos addere, ut ſi primi hæreditatem non adiiſſent, naniſcerētur ultimi. Ob id non mediocriter cunctorum animi turbati ſunt, dirum, ac nefandũ exiſtimãtes. Decimum in Cæſarē ultro cõſpiraſſe, qui ab illo filius eſſet nominatus. Piſone deinde Cæſaris corpus in forũ deferente, turba ingens ad cuſtodiã eius cũ armis aduolat, corpuſq; magna uociferatione, & inſigni põpa in roſtris collocãt. Subito itaq; eiulatus, & ſuſpiria audiri, arma ab his, qui deferebãt cõcuti cœpere, nec multo poſt obliuionis ſecuta pœnitentia. Antonius ſic ſe habentes contēplatus, neutiq̃ occaſionē negligendã ratus, laudes Cæſaris dicere exorſus, ut conſulē conſulis, amicũ amici, cognatũ ſibi cognati decet. Erat.n. Cæſaris iam ſanguine cõiunctus, ita retulit. Non dignũ arbitror o ciues tanti uiri cõmendationē in funere eius a me potius qui unicus ſum, quã ab uniuerſa patria eſſe referendam. Quęcũq;.n. uirtuti Cæſaris, quē nos pariter amauimus, Senatus, & poſt ipſum populus uiuenti adbuc, ex decreto cõtulit, ueſtrã, & non Antonii uocem eſſe exiſtimãs referam. Et hæc uultu mœſto, grauiq; recēſuit. Voce deinde ſingula indicãs, & in his diutius inſiſtēs, maxime in quibus ex decreto eum conſecrarãt, cum diuinũ.ſ. & intemeratũ, patrem patriæ, & benefactorē, uel p̃ſidentē, & qualē neminē unq̃ appellaſſent in omnibus. Antonius uultũ, manũq; ad Cæſaris corpus inferēs, ſermonis impetu facinus aperuit. Ad ſingulos etiã oratione breui innuens, miſericordia, indignationeq; repleta. Hoc inquit decretũ patris patriæ, hoc pietatis

Romanorũ mos in teſtamẽtis

Cæſaris corpus in roſtris.

teſtimoniũ, hic ſanctus, & intemeratus, & illæſibilis uir, et ad quẽ aliquis ꝓfugeret, non aũt ab eo diffugeret quiſq̃. Veſrum ille nobis ſacer, & immaculatus interẽptus eſt, non tyranni in morem ꝑ uim honores capiens, quos nec unq̃ poſtulauit. Illiberrimi qppe nos, qui hæc indignis & minime poſſcẽtibus impendimus. Verũ uos pro nobis reſpõdete quare nõ illiberi? O fideles cives, q̃ tali honore defunctũ eſtis ꝓſecuti, & his dictis, iuſiurandũ iterũ recenſuit. Nos Cæſarẽ, & Cęſaris corpus totis uiribus cuſtodire pollicemur, ſi quis inſidiabitur. Extorrẽ eſſe ſi quis opẽ non attulerit decernimus. In hoc maxīe uocẽ, manũq; capitoliũ uerſus erigẽs. Ego Iuppiter patriæ, cæteriq; dii inqt opẽ afferre paratus ſum, quẽadmodũ iureiurãdo ſum pollicitus cũ collegiis meis, quæ cognita ſunt inferre libeat, & inferri depcor. Tumultu igitur a Senatu ſup hoc maxime, quod in eũ publice dicebatur, elato, pauliſꝑ ſe refrigerãs Antonius, & ad ſe rediẽs iterũ fari cœpit. Videntur inqt o cives, quæ geſta ſunt nõ hominũ manu, ſed dæmonũ potius opera eſſe facta, & qd adeſt, magis q̃ quod factũ eſt, decet ꝑſcrutari, cum maius periculũ nobis allatura uideãtur, quæ futura q̃ quæ ſunt pręſentia, ne ad priſtinas ſeditiones reuertamur, & quicqd generoſi in urbe reſidet conteratur denuo. Præmittamus igitur eum tanq̃ ſacrũ in beatoꝝ numerũ, ſolitũ illi hymnũ, & fletum decantantes. Hæc referens ueſtẽ a pectore quaſi lymphaticus quidã abſcidit, ſeq; ea accingens manũ dexteritate lectũ ſub tẽtorio poſuit, nunc abſcõdens, nõnunq̃ detegens, ut deum cæleſtem primũ uerſibus cecinit, & ad fidẽ ex deo geniti manus protendit, cõcita uoce bella, pugnas, uictorias, gẽteſq; quas idẽ patrię ſubegerat ediſſerẽs, Spolia ꝑterea, quæ detulerat ſumma admiratiõe recẽſens, et cõtinue exclamãs. Hic ſolus inis

Viri ſeditioſi uerba, & libertatis inimici.

Deificatur Cæſar ab Antonio.

ctus contra omnes qui cum eo congreſſi ſunt. Tu ſolus patriæ, per trecentos annos turpiter afflictæ attuliſti opem, et feras gentes, quæ ſolæ in Romã uenerant, & incendiũ urbi ſolę intulerant ad genua tibi ſubieciſti. Multa alia demũ deprecatus, uocem ex ſplendida, uertit inflebilẽ, & ut amicũ indigniſſima perpeſſum deflere cœpit, ac lamentari palãq; exoptare pro Cæſare animam propriã cõmutare poſſe. Dein uehemẽtiſſime conuerſus in lacbrimas, Cæſaris corpus nudum protulit, ueſtem pilo impoſitã oſtentans, plagis laceratam undiq;, & imperatoris ſui ſanguine fœdatã. Ad quæ populus ueluti lugubri in turba lamentatus, ex luctu in iram cõmotus eſt. Cum uero ad hos fletu, & alii uiciſſim ritu patrio, cum cantu referrentur, uoluptate ductus, opera eius de nuo, cædẽq; recenſebat, potiſſimum in his, in quibus Cæſar erumnas proprias deflere uidebatur, aut quibus ex hoſtibus beneficiis fuiſſe nominatim pręcdicabat, uel cum de percuſſoribus eius, ueluti admirãs querebatur Men. ſeruaſſe, ut eſſẽt qui me pderent? Ad ea populus quaſi in re admiranda agebatur, maxime, omnes. ſ. in cædẽ eius coniuraſſe, qui ex Põpeiana ſeditione Decimo excepto in poteſtatẽ eius uenerant, & pro ſuppliciis ad magiſtratus, nationũq; præfecturas & exercitũ elati fuerant. Decimũ pterea ab eo dignũ habitum, ut filius inſtitueretur, ac hęres. Sic furente turba, cũ ad manus ſeſe accingeret, quidã ex Cæſaris lecto imaginẽ eius extulit, cæra fabricatã, nam corpus ſupinũ in lecto reſidens haud ab ullo cerni poterat. Imago autẽ ex machina undequaq; uertebatur, & tres ſupra uiginti plagas p uniuerſum corpus, ultuq; oſtẽdebat, ferino ritu impreſſas, atq; patentes. Hanc igitur imaginẽ, ut lugubrẽ intuens uulgus, dolorẽ ulterius ferre nõ potuit, uerũ i unũ ſtatim cõiurauit, ac locum

Cæſaris imago ex cæra.

ac locum in quo Cæſar ab æmulis interẽptus fuerat, circũ-
dedit, igneq́ cõbuſſit, & percuſſores longe fugientes inſecu-
tus eſt, adeoq́ intemperanter ex ira & dolore cõmotus eſt,
ut Tribunũ Cinnã ex nominis parilitate deceptus, cũ præ-
tor, qui in Cæſarẽ orauerat Cinna diceretur, eundẽ eſſe exi- Error in
ſtimans, nõ expectato iudicio, crudeliſſime necauerit, cõtru- nomine.
cidaueritq́, ut nulla pars ſepulchro potuerit inferri, ignẽ q̃q;
ad cremãdas percuſſorũ domos comportarit. Verũ reſiſten-
tibus ſtrenue illis, uiciniſq́ rogantibus, ab incendio tempera-
tus eſt, q̃q̃ populo arma inſequentem diẽ afferre cõminanti.
Qua ex cauſa percuſſores ſe occultantes ex urbe diffugere.
Populus ad Cæſaris corpus denuo reuerſus, in Capitolium
deferre, ueluti rẽ cõmendatione dignã, & cũ diis tumulare
pariter contendit. Aduerſantibus demũ ſacerdotibus in forũ
retulit, quo in loco uetera Romanorũ regũ uiſebantur monu- Monumẽ-
menta. Et ligna, ſedeſq́, & quæcũq́ in foro parata aderant, ta regũ in
aliaq; huiuſmodi intulere omnes, ac pompã uiciſſim abun- foro.
dantes inferentẽ, nõnulli coronas a ſeipſis, & donaria multa
iniecere flãmæ, & per noctẽ circa pyram conſtitere, quo in
loco primũ ara erecta eſt, nũc templum Cæſaris ipſius reſi- Ara Cæſa-
det, quod diuinis condignum celebrauere honoribus. Etenim ris.
hæres, & filius Octauius, Cæſaris nomine aſſumpto, & per
ueſtigia illius, rẽpublicã diſponens, principatũ, qui nunc etiã
permanet, ab illo radices aſſumẽtẽ, maiorem in modũ auxit,
& ut parentẽ ſummis proſequerentur honoribus, parem diis
immortalibus haberi uoluit. A quo primo nũc etiã Romani
cuicunq́ huic imperio aſſiſtenti, niſi tyrannus, aut indignus
ſit, huiuſmodi honores cũ e uita ceſſerit, ſolẽt impartiri, qui
prius illis p̃ſidentes, ne regis q̃dẽ appellatiõe dignos cẽſuere. Idus Mar-
Sic Caius Cæſar extinctus eſt in die, quã Idus Martias ap- tias.

pellant, & q̃ uates nõ euaſurũ eũ eſſe prædixerat, q̃q̃ ille irridens circa aurorã, aduenisse idus diceret, uateſq; interitus nondũ p̃teriſſe reſpõderet. Is igitur talibus, & a tanto uate præmonitus indiciis, ſigniſq; aliis, quæ a nobis p̃miſſ. ſunt irriſis, progreſſus interiit, annũ ſextum ſupra quinquageſimũ ætatis agens, uir ad oia felix, ac beatus, & qui præclara multa geſſerat, Alexãdro fere ad oia cõſimilis. Ambo q̃ppe ãbitioſiſſimi omniũ fuere, ac bellicoſiſſimi, & ad quæcunq; cõcupita ineunda citatiſſimi ad pericula impetuoſi, corporis etiã cõtẽptores p̃prii, neq; militari diſciplina magis freti, q̃ audacia, & fortuna. Quorũ alter p̃ inaquoſa plurima ad Hamonẽ æſtatis tẽporibus profectus eſt, & Pamphilium ſinũ, enauigato mari feliciter excurrit, & pelagus fortuna cõtinente trãſmiſit, & in itinere inſtãte hyeme importuoſum mare ad Indos uſq; penetrauit, & in oppugnatione oppidi per ſcalã primus aſcendit, & in hoſtes e muro proſiluit ſolus, tribus ſupra decẽ uulneribus corpore exceptis, & inuictus ſemp̃ exñs, ſingulo ferme, aut duplici ope unũquodq; bellũ ſup̃auit, multa Europe barbara ſibi uendicans. Græcos porro manu uicit, bellicoſiſſimã gentẽ, & libertatis cupidã, nec ulli priuſq̃ Philippo, p̃ ornatũ ad belli præſidentiã, modicũ quid parere aſſuetã. Aſiã ferme totã, ut ſic dixerim, excurrit, Sic ut Alexãdri fortunã, ac potentiã, ex regionibus, quas adeptus eſt, metiri poſſimus, qui cum reliquũ orbis animo cõciperet extinctus eſt. Cæſari autẽ Ioniũ mare hyeme media patuit, & nauigationi eius tranquillũ ſe p̃ſtitit. Heſperiũ etiã oceanũ ſupra Britãnos idẽ enauigauit, & cũ nõdũ eorũ p̃mõtoria eſſet exp̃tus, cedẽtes gubernatores naues appropinquare iuſſit. Ipſe uero p̃ alios fluctus, ſolus parua rate, nocte p̃ uim p̃fectus, gubernatori, ut uela

Cõparatio iter Alexãdrũ & Cæſarẽ.

Græci bellicoſiſſimi.

Mare Ionium.

uentis traderet imponit, & ut maiorē in Cæſaris fortunā, q̃ in mari ſpem apponeret edixit. Intra hoſtes ſæpenumero proſiluit ſolus trepidātibus cæteris, & trecēties ipſe in Celtas aciem inſtruxit, donec quadrigētas nationes poteſtatem ſibi ſubdidit, ſic Romanis formidabiles, ut ſacerdotū, ſeniorumq́ lege, de immunitate belli edita aſcriptū ſit, niſi Celticum inſtaret bellum incūbente eo, ſacerdotes, ſenioreſq́ in armis eſſe oportere. Cæſar circa Alexandriā depugnās, & in ponte ſolus derelictus, & oppreſſus, undiq; ueſtem purpureā abiecit, & in mare deſiluit, & ab hoſtibus ꝑquiſitus in profundū enatauit diu latens, ſolā ex interuallo reſpirationē hauriens donec amica appropinquāte naui, manus extulit, & ſeipſum oſtentās ſaluatus eſt. Ciuilibus autē in bellis, uel pp̄ timorē, ut dicere ſolebat, uel ꝑpter dominādi libidinē illapſus ducibus in bello optimis uſus eſt. Exercitibus p̄terea multis, & magnis, nō barbarorū modo, ſed Romanorū occurrēs, qui uirtute, & felicitate p̄ſtiterāt, oēs ſuperauit unico p̄lio, aut duobus ad ſūmmū expertus hoſtes. Neq; tamē in oībus exercitu inuicto queādmodū Alexāder eſt uſus. Nam & apud Celtas fœde deuicti Cotta, et Titurius p̄tores eius magnā ſuſtinuere cladē. Et Iberia Petreius & Affranius, obſeſſorū in modū, milites eius cōcluſerūt; & in Dyrrachio, et Lybia aperte fugā meditati ſunt, Et in Iberia iterū Pompeium iuuenē extimuerūt. Cæſar quidē ipſe interitus ſemꝑ fuit & in fine cuiuſq; prælii inuictus habitus. Romanorū potētiam terra, mariq; ab occidente ad Eufratē uſq; pertinentē per uim pariter, clementiaq́ ſubegit multo quippe Sylla cōſtantior multoq; continentior. Regem enim ſeipſum nolentibus oſtendit, & ſi appellatione eius abſtinuerit. Cum bella alia animo conciperet, uiciſſim, & ipſe extinctus eſt.

Lex immunitatis ſacerdotū, & ſeniorū.

Affuit ambobus exercituũ quoq; ſimilitudo, promptiſſimi qp pe utricp affuere, ac beneuoli, & in prælijs feritate ſimillimi. Inobedientes ſæpenumero ſuis imperatoribus, & ob aſſiduos labores ad ſeditionẽ proni, quos defunctos deplorauere deſideraueréq; q̃ maxime, & deorũ honoribus dignos cẽſuere. Vterq; etiam corporis robore, & pulchritudine præcelluit. Vtricp a Ioue genus. Ille quidẽ ab Aeaco, & Hercule, hic ab Anchiſe, & Venere duxit originẽ. Cõtentioſi aduerſus irritantes ambo, ad cõciliandũ uero perfaciles, & in captiuos pariter clementes habiti, ultra clementiam benefici quocp, necp alud q̃ uincere affectantes. Hæc igitur in hunc modũ congrua, & ſi diſpari uterq; potẽtia ad principatũ acceſſerit. Ille enim ex regno iã adaucto a Philippo, atcp exercito, hic ex priuato ordine, nobilitanẽ, & illuſtri, pecuniarũ deſtitutus copia, ad gloriã emerſit. Signorũ porro, quæ pereximia illis euenere, uterq; cõtemptor, & uatibus eorũ finem prædicentibus, neuter ſuccenſuit, Signa utriſcp ſæpenumero paria, & idẽ amborũ exitus. Vtriq; etenim bis infelicia affuere pronoſtica, in quibus ambo a principio dubiũ ſubiere periculũ. Nã Alexãder inter Oxidraces, ſuper hoſtilẽ ante macedones prouectus murũ, cõfractis ſcalis in ſummo deſtitutus, ob audaciã ad hoſtes interius proſiluit, quo in loco errabũdus, pectus primũ, deinde collũ ſuperiori ex parte grauiter ſaucius, cũ iã cõcideret, macedonibus portas ex timore proſternentibus ſaluatus eſt. Cæſar uero in Iberia, cũ exercitus pauore trepidaret, in iuniorem Põpeiũ ſumpturus arma, & pugnã inire uereretur, in mediũ proſiliit, & ducẽtis ſupra clypeũ exceptis telis tã diu perſtitit, quoad ab exercitu accurrẽte, & uerecũdia, timorecp correpto tutatus eſt. Sic ipſis prima quidẽ pronoſtica periculũ attulere mortis. Secũda uero mor

Oxidraces

Nota imperatorũ audaciã.

tem cõſumarũt. Pythagoras quondã uates Apollodoꝝ; Ale xandrũ, Ephestionẽq; metuentẽ, ſacrificio rite peracto, ne me tueret admonuit, ſtatim quippe ambos e medio abituros. De functo deinde Ephestione, uerítus Appllodorus, ne quis inſidias regi ſtrueret, uaticiniũ illi prodidit. Ad quod ſubridens rex, Pythagorã interrogauit, quid id ſignũ portẽderet. Cum ille ultima ſignificare diceret, denuo arridẽs, Apollodoꝝ ex beneuolentia, uatẽ uero ex cõfidentia laudauit. Cæſari uiciſſim cũ ad ultimũ in Senatũ acceſſiſſet, ut a nobis pauloante dictũ eſt, eadẽ obuenere ſigna, ad quæ ille irridens, ſimilia ſibi in Iberia eueniſſe dixit. Reſpondente uate, & tũc quidẽ ipſum in periculo fuiſſe. Et nũc quidem inquit, propitiũ nobis aderit, Aliqdꝙ ad fiduciã adiiciẽs, denuo ſacra fecit, donec retardãtibus eũ ſacrificiis, ſubiratus Senatũ igreſſus eſt, ibiq; interficitur. Simile & Alexãdro cõtigit, cũ ex Indis in Babylonẽ cũ exercitu rediret, & iã proximus urbi eſſet Chaldæi admonuere ut ab ingreſſu ſe in præſenti continere. Illo uero Iambũ proferẽte. Quoniã optimus uates is eſt, qui bene meditatur, ſecũdo monuere Chaldæi, ne in occidentẽ ſe conuertens, cũ exercitu ingredi uellet, cæterũ ad orientem con uerſo aſpectu circũ eũdo urbẽ caperet, qbus illũ annuiſſe ferunt, & urbem circũ ire ſtatuiſſe, ſed ab interiacẽte palude prohibitũ, cũ ira contempſiſſe eos, & in occidentẽ conuerſo aſpectu introiſſe urbẽ, Egreſſum deinde, & per Euphratẽ, & Pollacota flumẽ nauigantẽ, ꝙ Euphratẽ ſuſcipiens, in paludes, ſtagnaꝗ; diffunditur, & aſſyriã tellurem fere nauigabilẽ ubiꝗ reddit, cum fluuiũ muro ſepire deſtinaſſet, ob idꝗ nauigaret, Chaldęoꝝ uerba irriſiſſe aiũt, ꝙ Babiloniã ſaluus ingreſſus eſſet, & egreſſus nauigaret. Cæterũ euenit, ut cũ in urbẽ rediſſet moreretur. Simili contemptione, & Cæſar

Notabile de Chaldęis.

Euphrates & Pallacota fluuii.

uidetur uſus. Vate quippe diē mortis illi pdicente, quod Martias Idus nō euaderet, cum dies illuxiſſet, uatem irridens Idus adeſſe dixit. Et in his ſimiliter extinctus eſt. Pari modo pnoſtica quæq; ſua cōtempſiſſe dicitur, nec tamen uatibus hæc ipſa referētibus ſuccenſuiſſe, & ambos nihilominus ſub uatū pdictione deceſſiſſe memorāt. Fuere pterea ad uirtutis diſciplinā & patrii, & Græci, & exteri ſimul ſermonis ſtudioſi ambo. Alexāder quidē inter Indos potiſſimū Brachmanas, qui doctiſſimi habētur apud eos, quēadmodū apud Perſas magis, eorū ſapiētiā pſcrutatus eſt. Cęſar uero Aegyptiorum ingenia, cum Aegyptū peragrās Cleopatrā regno pręficeret, diligenter tentare ſtuduit. Quorū cauſa plæraq; inter Romanos prudētiſſime dixerit, & anni curſum nullo ordine fluētē ob intercalares mēſes, ad lunæ quippe curſum metiri eū ſoliti, ad ſolis cōuertit motū, ut Aegyptiis mos fuit. Cōtigit etiā ābobus neminē ex cōſpirātibus in eos euaſiſſe, ſed eorū ſtirpi cōdignas impendiſſe pœnas, quēadmodū, & Alexādro, qui Philippū occidere, Quod Cæſari uiciſſim, ut cōtigit, in ſequētibus referemus libris.

Appiani Alexādrini ſophiſtæ bellorū ciuiliū. Traductio .P. Cādidi Liber Secūdus explicit, Tertius incipit.

CAIVS igitur Cæſar plurimi apud Romanos in impio dignus habitus, in hūc modū ab hoſtibus interfectus eſt, & a populo ſepultus. Quas autem percuſſores eius, & in primis clariſſimi pœnas dederint, liber iſte, & inſequēs uiciſſim explicāt, qui ciuilia Romanorū bella deinceps ab illis geſta cōplectūtur. Senatus quidē Antoniū ob Cæſaris funus ſuſpectū habebat, quod eius cauſa

populus ad tumultū cōcitatus, diſcordiarū obliuionē ex decreto ſtatutā cōtempſiſſet, & ad ꝑcuſſorē domos cum igne decurriſſet, quā ſuſpitionē idem unico opere in Rep. edito, ad beneuolentiā cōuertit. Erat Amatius quidā prioris Marii falſo filius, qui parentis cauſa populo fuerat acceptus. Is igitur ob hāc ſimulationē cum Cæſaris affinis crederetur, eius interitū ꝓmoleſtæ ferens, aram ante pyrā cōſtituerat, collectaq; in unū audaciorū manu, iis q eſſugerāt tremendum ſe ꝑſtiterat. Horū nōnulli urbe ceſſerant. Qui uero ſub Cæſare prouinciarū curā ſibi aſſumpſerāt, ad eas ſe cōtulerant. Decimus quidē Brutus ad finitimā Italiæ Celtarū gentem. Trebonius in Aſiā, q̄ circa Ioniā ſita eſt. Tullius Cimber in Bithyniā. Caſſius uero, & Marcus Brutus, qbus Senatus plurimū fauebat, & ipſi ſub Cæſare ad prouinciarū regimen in ſequenti anno electi dicebātur, ut Syriæ Caſſius, Brutus Macedoniæ præeſſet. Sed cum urbani ꝓtores adhuc eſſent ex neceſſitate ſub mādato tenebātur, ſortilegiſq; adulabātur maxime & aliis quoſcūq; ſuſpicabātur, ſuffragia ad ſe uendicantur uenūdare, lege prohibente, ne cui intra uigeſimū annū prouinciæ adminiſtratio conferri poſſet. Cum his Amatius una cōferre, & inſidiari dicebatur. Hac igitur ratione motus Antonius, ueluti cōſul in eos inuectus. Amatiūq; cœpit, interfecitq;, nullo iudicio exhibito audacter admodū. Quod opus tanq̄ arduum, iniquūq; Senatus admiratus eſt, præcepta tamen utilitate diſſimulāter tulit ſatis cōſcius ſine huiuſmodi audacia, quæ ad Brutū ꝑtinebant, & Caſſiū neutiq; in tuto collocari poſſe. Cæterū Amatii milites, & reliquus a dbos populus, Amatii deſiderio, ac eorū, quę geſta fuerāt dolore correpti, quoniā q̄ maxime Antonius ob illū Populo acceptus ferebatur, eo modo ſe ſpni cōge

Antonius Senatui ſuſpectus.

Suſpitio ad beneuolētiā cōuerſa ab Antonio.

Amatius ab Antonio occiditur.

rentes magnis clamoribus forū occupāt. Antoniū calūniis inſequūtur, magiſtratibus quoq; pſuadent, ut Amatiū loco arā colluſtrātes ſuper ipſam Cæſari ꝗprimū ſacra ſaciant. Et pulſi deinde e foro a militibus, qui ab Antonio pmiſſi fuerāt, maiori adhuc indignatione uoces emittebant, nōnulli Cæſaris imagines interēpti proferebāt. Verū cum quidā illis pdixiſſet locū in quo Cæſaris imagines fierent demōſtrare uelle, ſtatim inſequūtur, hiſq; pſpectis ignē iniecerūt, quod ab aliis ab Antonio miſſis, quidā reſiſtentes interfecti ſunt, alii deprehenſi ex ſeruoꝵ numero cruci delegātur. Qui uero ex liberis in unū aderāt ex edito quodā loco pcipites trudūtur eoq; modo tumultus in populo ſedatur. Verū inſigne odium ex magna populi beneuolentia in Antoniū ſubito exarſit. Qua ex re Senatus exhilaratus eſt, quaſi nemo ex his qui circa Brutū fuerant, amplius trepidare poſſet. Cum aūt Sextum Pompeiū magni Pompeii filiū, qui ab omnibus fere diligebatur, Antonius ex Iberia acciri ſuaderet, quo in loco aduerſus Cæſaris ptores bellū gereret. Illiq; pro paternis bonis in publicū collatis uicies, et qnquagies decē millia dragmaticaꝵ impēdi, maris quoq; pſidē inſtitui debere, quēadmodū, & parens eius olim extitiſſet, rebuſq; ingruentibus Romanoꝵ claſſe, ubicūq; eā eſſet, uti poſſe, Senatus ſingula admiratus facile cōceſſit, Antoniūq; per uniuerſam diē laudibus immenſis extulit. Non. n. qſpiā Magno popularior, aut acceptior illis fuiſſe uidebatur, ꝗobrē deſiderabatur ab omnibus. Caſſius porro, & Brutus ꝗ ex Pōpeiana factione eſſe dicebātur, & tunc quidē in honore habiti, ſalutē indubiam adipiſci putabātur, & eoꝵ quæ peregiſſent intētū obtinere popularē inſup ſtatū adoptatū duxiſſe exitū, forte eoꝵ id in tuto collocata. Ob quæ Cicero cōtinua oratione Antoniū

Odium in Antoniū. Verſutia Antonii.

Cōparatio iter Alexādrū & Cæſarē.

palā cōmēdauit. Senatus ob uulgi inſidias illū miſeratus ut cuſtodiā corpori adhiberet,& ex militibus, ꝑegriniſq; idoneos ſibi deligeret indulſit. At is ſiue ad ſalutē hæc omnia referret,ſiue fortunā ueluti aridentē cōpleri cuperet, aſſidue cuſtodias ſibi deligebat. Et iam ad ſex millia nō ex armatoꝝ numero,quos facile in neceſſitatibus , & alibi bēre putabatur,ſed ex turmaꝝ ducibus electos ſibi aſciuerat,p̄cipuos in armis, & bellicaꝝ rerū experiētia doctiſſimos, Ad hæc porro notiſſimos ex militia,q̄ ſub Cæſare geſſiſſent. Ex his,ordinū principes ſummo ornatu dietim eligebat , eoſq; magno in honore penes ſe habebat. Illuſtriū quoq; conſilioꝝ participes una deducebat . Senatus cum multitudinē eoꝝ, & electionē ſuſpectā haberet,Antonio conſuluit, ut cuſtodiam huiuſmodi,inuidiæ plurimū obnoxiā diſſolueret , & ad ſufficientē numerū ac debitū referre ꝙ illi facere eſt pollicitus,quū primū populi tumultus qeuiſſet. Sed cum ſtabilia fore decreuiſſet, quæ Cæſar cōſtituerat,ea q̄ in cōmentariis a Cæſare relata penes ſe haberet , Cæſaris item ſcribā Faberium nomine,in omnibus fidū atq; obſequentē retineret, propterea quod ex urbe proficiſcēs Cæſar,hæc omnia apud Antoniū depoſuerat, in quibus multa ad multoꝝ gratiā cōſcripta erant,quæ urbibus,Dynaſtis,& eoꝝ p̄ſidiis dono impenderat , Ad ſingulos ea depoſcentes ſcribebat Antonius, hi uero ex huiuſmodi gratia deuicti Antonio fauebant . In hūc modū plures in Senatū introduxerat,reliquis ex ſenatorio ordine obſequētibus,ne cuſtodiæ eius uiderentur inuidere. Dum hæc ab Antonio Faberioq; agitantur. Brutus & Caſſius nihil a populo aut exercitibus tutū intuentes,nō ob Amatii inſidias,ſe ab ullius ſcelere immunes arbitrati , non Antonii diſſimulationē,ac uarietatē , qui exercitū paraſſet,

ulterius ferentes, nõ populi ſtatum ullo opere firmari poſſe
cogitantes uerũ ob id ipſum Antoniũ ſuſpectũ habentes, De
cimo cõfiſi, qui tres in lateribus legiones paratas retinebat,
ad Treboniũ in Aſiã, ad Tullium uero in Bityniam clan
culum miſere, ut pecunias ſecreto cumularent, exercitũ in
ſuper pararẽt. Properabant aũt ut earum prouinciarũ quas a
Cæſare accepiſſent, compotes fierent. Indecens.n. uidebatur
nõdũ tranſacto tempore, Præturã, q̃ in urbe gererent, omit
tere, quæ ſuſpitionẽ ineũdi dominatus gentiũ afferre poſſet.
Malebantq; ob neceſſitatẽ medio tempore priuatim degere,
q̃ in urbe eſſe Prætores, cũ nec timore carerent, neq; con
uenientia his, quæ pro patria egiſſent, exequi liceret. Sic ſe
Diligeban habentibus rebus, Senatus cognita eorũ uolũtate, ut de fru
tur a Sena mento urbi inuehendo ob omnibus terrarũ partibus curã ſu
tu Brutus merent, illis imperat, quoad prouinciarũ ab illi ſumendarum
& Caſſius adueniſſet tẽpus. Id enim meditabatur, ne Brutus aut Caſſi
us ex urbe uiderentur effugere Tanta illorũ Senatui cura,
& uerecũdia inerat, cum eorũ cauſa percuſſores reliquos in
tutelã ſuam ſuſcepiſſet Bruto deinde, & Caſſio urbe egreſ
Monarchi ſis, Antonius poteſtate adauctus, & iã mõarchicus exiſtẽs,
cus præfecturas nationũ, & exercitus ſibi uendicabat, Syriamq;
Antonius. in primis habere cupiebat. Sed cũ ſe ſuſpectũ eſſe animaduer
teret, maiori tamen ſuſpitione detineri putabat, ſi prouinciã
illã poſtulaſſet. Nã Senatus Dolobellã cõſulẽ alterũ, ſecreto
cõtra ipſum ſibi aſciuerat, quẽ continue Antonio aduerſus co
gnouiſſet. Dolobellã igitur iuuenẽ, & ambitioſum intuẽs An
tonius, Syriã Caſſii loco, ac exercitũ in Parthos præparatũ
petere ſuaſit, nõ a Senatu quidẽ, quod fieri minime putabat,
ſed a populo prolata lege. Qua de re letatus ipſe legẽ ꝑtulit.
Increpãte deinde illũ Senatu quod a Cæſare decreta diſſol

uere tentaret, bellū contra Parthos ſub Cæſare ſtatū minime immutatū eſſe ait, Caſſium Syriæ adminiſtratione dignū habitū, q Cæſaris acta in primis oppugnaret, Sortes præterea plurimis impenderet, qui uigeſimū ætatis annū nōdū attigiſſent, ſe maxime erubeſcere, cum Dolobella eſſet, ſi ad Syriæ adminiſtrationē Caſſio minus haberetur dignus. Ob hæc ſenatus Tribunū quēdā Aſprinā nomine, in creatione ꝑ duobus ſignificātē, iuſſit illudere, ſperās Antoniū ad id ꝗppiā illaturū eſſe, cōſulē exiſtentē ac ſignoꝝ ſacerdotē, & iā diſcordē cum Dolobella habitū, Antonius ſortitione facta, cū Aſprina duo ſignificare retuliſſet, idq́ꝫ nefaſtū eſſe diceret, ꝗppe mos fuit alios ſubinde eligere, iratus Aſprinæ mēdatio, tribus, de Dolobella ſentētiā iuſſit efferre. In hūc modū Dolobella Syriæ præficitur, & belli contra Parthos præter deſignatur, ac exercitus uniuerſi circa Macedoniā a Cæſare collecti. Et tūc qdē Dolobellæ Antonius ſuffragari iſtituit. His in populo ꝑactis, Antonius Macedoniā a Senatu ſibi poſtulauit, arbitratus poſt Syriā Dolobellæ traditā, minime Senatū ꝑ Macedonia ſibi aduerſaturū eſſe, potiſſimū cū p̄tore eſſet deſtituta. Eā igitur licet inuitus Antonio conceſſit, admiratione ductus, quēadmodū exercitū in ea exiſtēte Dolobellæ eſſet traditurus quē tamē Dolobellā ante Antoniū habere lætabatur. In tēpore uero, q pro Caſſio & Bruto aderāt, alias ꝓuincias ſibi dari earū loco depoſcebāt. Cyrenē igitur, ac Cretā illis tradidere. Vt aliis uiſum eſt utrāq́ꝫ Caſſio, Bithyniā uero Bruto conceſſere. Quæ igitur agitabantur hmōi fuiſſe conſtat. Octauius aūt Caii Cæſaris ſororis nepos, prīceps eqtū ꝑ annū apud eū fuerat, ex quo Cæſar hūc honorē ad amicos eius deferēs plærūq́ꝫ ad annū illis cōſeruauerat. Is cū adoleſcens adhuc eſſet, in Apolloniā ſupra Ioniū, ut literis erudiretur,

Perpulchra Antonii reſpōſio.

& militiæ ſimul inſtrueretur, a Cæſare pmiſſus fuit, & ut in hoſtes profecturus ibi moraretur. Eo in loco equitũ turmæ ex Macedonia aduentantes exercitabãtur. Copiarũ insuper prætores quidã, quaſi ad Cæſaris affinem, atq; cognatum ſępe commeabant. Ob id a plurimis cognitus, exercitus quoq; beneuolentiã ſibi cõparauerat, cum omnes ad ſe uenientes ſumma charitate, liberalitateq; cõplecteretur. Sextũ igitur iã menſem in Apollonia degenti, circa ueſperã annunciatur, Cęſarẽ in Senatu ab amiciſſimis ſuis, & apud ipſum maxime potentibus interfectum eſſe. At cũ de reliquis nihil referretur, timor, atq; ignorãtia eũ inuaſere, utrũ cõmune aut Senatus, uel eorũ, qui peregerãt, id eſſet opus, & an pluribus cãm tribuiſſent, uel cuius id eſſet, & an multitudo cũ illis cõſpiraſſet. Pro qbus amici eidẽ talia ab urbe pmiſere. Laudare eos, ut pro cuſtodia ſui corporis, in Macedoniã ad exercitũ trãſiret, quo in loco cõmune id opus nõ eſſe intelligẽs, hoſtibus timorẽ incuteret, & Cæſari necẽ ulciſci poſſet. Et affuere, ex ducibus qdã, qui uenientẽ ad ſe tueri pollicerẽtur. Mater uero & Philippus eius uitricus, e Roma ſcripſere, ne ſe quippiã extolleret, ne ue cõfideret, memor eorũ, quæ Cæſar poſt deuictos hoſtes ab amiciſſimis eius ptuliſſet, priuatas cõditiones, ueluti piculorũ magis exptes, in pręſenti eligẽdas eſſe. Romã ut ad eos ppemaret ſuadere, a qbus cuſtodiretur. His adductus Octauius, ob inſcitiã eorũ, quæ poſt Cæſaris necem geſta fuerãt cõplexis exercituũ primoribus Ioniũ enauigauit, neutiq̃ ad Brunduſiũ accedens. Nã cũ exercitui, qui illic aderãt, minime cõfideret, cuncta pcaueobat, & ad aliã nõ longe a Brũduſio extra iter ſitã urbem, appulit, cui Lupinum nomen eſt. In hãc itaq; delatus morã ptrahebat, Ibidẽq; de Cęſaris nece, tumultuq; populi, ac te

Octauii maximi impatoris exordia.

Timor Octaui.

Amicorũ cõſiliũ.

Philippus Octauii uitricus.

ſtamenti publicatione, eorũue quæ decreta fuerãt, diligẽter ad eũ ſcripta deferuntur, ex qbus adhuc magis admonebatur, Cæſaris ꝑcauere hoſtes, cũ filius eius atq; hæres eſſet nominatus dehortabaturq; ab his hæreditatẽ adire. At ille Cæſaris ultionẽ, non aſſumere erubeſcẽs. Brunduſiũ acceſſit, ꝑmiſſis tñ qui diligenter explorent, ne qs ex Cæſaris percuſſoribus in inſidiis lateret. Sed cũ eo in loco exercitus ueluti Cæſaris filio obuiã prodiſſet, libenſq; ſuſcepiſſet, lætatus ſacra peregit, ac ſubito Cæſar appellatus eſt Romanorũ more qui adoptiuis filiis, adoptantiũ nomina ſolent imponere, quod ille non ſolum libens aſſumpſit, uerũ eodem tẽpore paternum nomen penitus amiſit, & pro Octauio Octauii filio Cæſaris filiũ ſe, ac Cęſarẽ dici maluit, qua appellatione uſq; in finẽ uſus eſt, ac ſubito ad ipſum omni ex parte ueluti ad Cæſaris filium, multitudo hominũ affluxit, ex quibus alii Cęſaris amicitia ducebãtur, alii quod liberti, aut ſerui Cæſaris fuiſſent nõnulli quod milites cum illis extitiſſent. Ac eorum qdã arma, & apparatus, aut pecunias in Macedoniã ferentes quidã res alias, & aliarũ prouinciarũ redditus Brũduſiũ attulerant. Ille igitur & gentiũ multitudine ad eũ cõfluentium, & Cæſaris gloria, & omniũ in eum beneuolentia confiſus Romã uerſus iter arripit, conuenienti ſtipatus turba, & quæ torrentis in morem dietim augeretur, Apte igitur in Senatũ uindicaturus, ob gentiũ multitudinẽ, & ob id inſidias magis ueritus nuprime gentibus ſibi notis, fere omnibus ſtipatus accedebat. Verũ aliarũ urbiũ non æque fauor illi aderat. Cæſaris tantũ milites, & qui per ſortes diuiſi fuerant, ex coloniis adoleſcentis beneuolentia confluxerunt. Hi Cæſarẽ deplorare, Antoniũ calũniis inſectari cœperãt, q ſe e tanto uulgi odio, minime eximeret. Si quis pirat

Multitudo ad Cæſarem.

ſe Cæſarem ulciſci uelle prædicabant. Quos Cæſar laudibus ornatos, & in præſenti quieſcere iuſſos a ſe dimiſit. Ad Terracinā deinde delato, qui locus per trecenta ſtadia diſtat à Roma, nunciatū eſt, quēadmodū Brutus, & Caſſius, ſublatis ipſis a conſulibus Macedonia, & Syria, & ad eorū ſolamen modicis quibuſdā præbitis, Cyrenē Cretāq; ſuſcepiſſent, exules quidam reſtituti forent, Pōpeius reuocatus, & ex Cæſaris codicibus nōnulli in Senatū acciti, & alia plura ſubinde geſta. Cum in urbem itaq; ueniſſet, mater denuo, & philippus, & quicūq; neceſſarii eius aderant, Senatus alienationem a Cæſare uerendā arbitrabātur, Decretū præterea, ne de Cæſaris nece queſtio haberetur. Antonii ad hæc poteſtatem, & ſuſpitionē in eum formidabant, qui neq; ad aduentū Cæſaris filii obuiā pdiſſet, neq; aliquē ad eū præmiſiſſet, quę omnia ſedate idē perferens, æquū eſſe inquit, ſe ad Antoniū prius, tanq̄ iuuenem ab ætate prouectū priuatū ad conſulem accedere debere, Senatū, quæ cōuenientia forent procurare decretū locum, habuiſſe, nemine, Cæſaris hoſtes perſequente. Sin aliquis perſequi confideret, populū auxilio affuturū, Senatū uero ut in lege, ad eos, ut iniuſticia cauſæ eius, & Antonium uiciſſim allaturos opem. Si uero ſorte eius, adoptionēq; ſpreuiſſet, primum erga Cæſarē delinquere, populum etiam propriis defraudare cōmodis. In fine demum pfeſſus eſt, non ſolum ſubire piculū pro hac re honeſtum eſſe, uerū etiā obire mortē, q̄nquidem præ omnibus electus, ad tam magna, Cæſaris loco dignus habitus, indignus uideretur eo, qui ad pericula omnia ſemp fuiſſet prōptiſſimus. Achillis demū uerbis, quibus ille ad Thetidē uſus dicitur, in matrem cōuerſus inquit. Sed prius opto mori ſi non fas eſt mihi uiuo. Vlciſci ſortem cari morientis amici. Et hæc referēs, Achilli ex oībus

Aduentus Octauii Cæſaris Romam.

Sapiens Octauius

immortalem laudē id uerbū attuliße ait ſibi uero hoc opus
potiſſimū allaturū eße. Nō enim Cæſarē amicū, ſed patrē, non
cōmilitonē, ſed imperatorē, nō lege belli procūbentem, ſed in
Senatu impie necatum. Pro quibus mater ex timore in lætiti-
tiam cōuerſa cōplexa eū dicitur, & ſolū Cæſare dignū affir-
maſſe. Cōpreſſo deinde ſermone, ad ea, quæ meditaretur fau-
ſte, feliciter ꝙ accelerare iuſſit. Arte tamē potius, & toleran-
tia, ꝙ aperta audacia uti perſuaſit. Quod ille collaudans, ita
ſe facturū eſſe reſpōdit, ac ueſpere quidē ſubito ad amicos de-
ſtinat, & ut mane in foro cū multitudine adeſſe uelint, unū-
quēq; conuocat. Eo in loco cū Caiū Antoniū Marci Antonii
fratrē, qui præturā gerebat in urbe obuiū forte habuißet ſe
Cęſaris adoptionē ſuſcepiße ait. Mos quippe Romanis fuit ado-
ptiuos teſtimoniū exhibere prętoribus, quo publice deſcriptio,
ſubito ex foro ad Antoniū cōſulē alterū euadit, Ille Pōpeianis
in hortis, a Cæſare dono quōdā ſibi traditis, tūc quidē uerſaba-
tur. Mora igitur in lōgū acta circa fores, Cæſar Antonii alie-
nationē p hæc ipſa facile dep̄hēdit. Cū ingreſſus eßet, collo-
qua inter eos primū, & blāditiæ cōuenientes affuere. Cū uero
de his, quæ opportuna fuerāt differēdū eßet. Cæſar in hunc
modū locutus eſt. Ego pater Antoni, patrē quidem te mihi eße
beneficia Cæſaris in te collata teſtātur, & tua in illū gratia
eorꝫ omniū, quę p illo operatus es, eq̄dē partē laudo, & gratias
tibi uiciſſim p his debere fateor, partē accuſo, & ſumma cō-
fidētia, i quibus me dolor adigit expromā. Cū iterficeretur Cę-
ſar minime affuiſti, percußoribus eius te ad portas deſtinātio-
bus, quoniam uel illū ſaluū pſtitißes, uel cū illo una cōcidißes, quorum
alterutrū futurū eßet, honeſte tamē nō affuiſti. Statuētibus
nonnullis eidē honores, ut in tyrannū ſeuientibus, audaciſſi-
me reſtitiſti, cuius rei gratias tibi ſcio deberi ꝙ ampliſſimas.

Matris cōſilium.

Romanorū mos.

Initiū cōtētionū inter Cæſarē, & Antoniū pero aſtuta & audax.

Cæterũ ſi uiros illos, ut te perimerẽt, conſiliũ iniiſſe intelli-ligis, non ut nos putamus ultorem Cæſaris futurũ, ſed ut ipſi aiũt tyrannidis eius ſucceſſorem, non utiq; tyranni occiſores eſſe poterũt, quin & homicidæ ſimul ſint. Quãobrem itaq; in Capitoliũ cõfugere, an ueluti ad tẽplũ, ut peccatores ſup plices? aut ut in arcẽ hoſtes? Vnde igitur ipſis actorũ oblivio, & cædis innocentia? utrũ a Senatu, aut a populo, aut ab eo, qui ſub illis interfectus eſt? Nam te inter plures inſpicere id opportuit, cũ coſul ſis. Verũ alterutra conſulente te, principatus eos abſoluit uindicãte te tã inſigne facinus, & errãtes una perdocente, ueniæ tamen obſides ex propriis ad percuſſores, in Capitoliũ miſiſti. Eſto & hæc a corruptis, p uim a te extorta eſſe. At cũ perlecto teſtamento, & cõmendatione, ut æquũ fuit, in funere a te acta, populus iã Cæſaris memoria firmatus, ignem in percuſſores detuliſſet, & uicinorũ cũ illis pepciſſet, armaq; in ſequentẽ diẽ eſſet cõminatus, cur auxiliũ nõ attuliſti? uel ut dux cũ igne aut armis accurriſti, uel percuſſoribus mulctã inſcripſiſti, ſi mulcta opus eſt ei, q per ſe deferre poteſt? & Cæſaris amicus eſt, & cõſul, & Antonius. Sed Amatius ex mãdato interfectus eſt, ob principatus poteſtatem, percuſſores quomodo effugere ſiuiſti? & ad prouinciarũ adminiſtrationes, nõnullos ſe transferre? quas iniuſte poſſident, eo, qui cõceſſerat ab illis interfecto. Syriã quidem, & Macedoniã, cõſules rite decernẽtes, tu. ſ. ac Dolobella cõſtitutis rebus ab illis abſtuliſtis, pro quibus gratias uobis agerem, ni ſtatim Cyrenem, & Cretã ex decreto illis dediſſetis, & fugitiuas ſtatuiſſetis prouincias. Continue aduerſum me ſatellites habetis, & Decimũ Celtas proximos tenentem, uidere negligitis, & hunc cũ aliis dñm ſub parte meo effectum. Sed hæc Senatũ cognouiſſe dicet quiſpiam. Tu tamen

Accuſat Antonium Octauius.

Decimus Brutus.

ex decreto

ex decreto cōfirmaſti, & in Senatu p̄ſediſti quo in loco potiſſimū congregatus eſt, ut per te cōtradiceret. Actoꝶ obliuionem illis concedere, ſalutē dare eſt, quod gratificantiū uideatur ſolū. Cæteꝶ prouincias ex decreto iterum præbere, & pręmia conferre, Cæſari iniuriā inferentiū, & ſententiā eam abolentiū dicetur eſſe. Ex quo igitur me paſſio ad hoc impulit, ultra id, quod moderatio ætatis meæ, & uerecūdia erga te poſtulare uiſa eſt dicā liberius, ut ad amicū Cęſaris & plurimū apud illum honoris poteſtatiſq; aſſecutū, & fortaſſis futurū adoptiuū, ſi te ex Herculeo Aeneadem fieri male cognouiſſet. Hæc.n. res dubitationē illi attulit plurimā de ſucceſſore cogitāti. In futuꝶ itaq; Antonii, ſi qua deoꝶ immortaliū, ſi qua tibi Cæſaris reueritia ineſt, q̄ppiā ex his quæ facta ſunt uelis immutare, potes.n. ſi uelis. Sin aūt ad reliqua, ſaltē in p̄cuſſores cū populo, amiciſq; paternis opē afferas. At ſi uiroꝶ, aut Senatus reuerētia te detinet, in his, quæ neceſſaria mihi ſunt ne te aggraues. Scis.n. q̄tū oneris domi mihi incūbat ad impēſam, quā pater populo iuſſit exponi, quæ ſollicitudo amicoꝶ adſit, ne retardās ingratus uidear, neue qui in coloniis diſtributi ſunt me opperientes, diutius in urbe cogātur p̄manere. Quæcūq; igitur in morte Cæſaris, confeſtim apud te tanq̄ in tutū redacta ſunt ob domus p̄iculū, donaria eius, & apparatū omnē nos habere ſinito, & quęcūq; alia a nobis uelis aſſumi. Ad diſtributionem uero aurum illud perinſigne, quod ad belloꝶ uſum Cæſar cumulauerat, abunde fuerit, ſi uſq; ad trecenta milia nūmum mihi impēderis. Reſidua diſtributionis eius, & ſi hoc cōfidere odioſum ſit, a te fortaſſe, aut p̄ te ex publicis mutuo ſumpſerim pecuniis, quoad reliquā ſubſtantiā uenūdare cōceſſeris. Hæc loquēte Cęſare, Antonius ex cōfidētia eius,

Antonius ex genere Herculis.

Aurū Cęſaris.

& audacia, q̃ pter opinionẽ, & ætatẽ illi adeſſe uiderat obſtupuit. Cõturbatus igitur hmõi ſermonibus nõ q̃tũ honeſtati cõgruebat, potiſſimũ ex pecuniarum repetitiõe, inſolẽtius i hũc modũ illi rñſum reddidit. Sigdẽ o puer cũ hæreditate, & cognomie impiũ tibi Cæſar reliqſſet, æquũ fortaſſe foret, te publicarum rerum rõnẽ poſcere, & me polliceri, Verum Romani principatũ nulli ex hæreditate tradidere, neq; regibus, qbus eiectis iureiurãdo ſanxerũt, neminẽ ulterius uelle ſuſcipe, quod pcipue patri tuo obiiciẽtes pcuſſores eius, ob id eũ interemiſſe aſſerũt, regnãtẽ, nõ ãt imperãtẽ ãplius. Mihi qdẽ, neq; rñſo circa publica opus eſt, ſimiliq; rõne te releuo, ne gratias p his debere mihi aſſeris. Quicqd. n. id eſt nõ tui gratia, ſed populi Romani factũ ẽ, uno ope dũtaxat excepto, qd pcipuũ & maximũ oium i tuã, & Cæſaris bñuolẽtiã effectũ dixerim. Si. n. ego mihimet intrepidus, & nulla motus iuidia, honores pcuſſoribus, & tyrãnidis decretos cõtẽpſiſſẽ, tyrãnus habitus fuiſſet Cæſar, cui neq; gloriæ qcq̃, neq; honoris, aut actorũ ſtabilitas ulla affuiſſet, nõ decreta, nõ hæredẽ, nõ ſubſtãtiã ullã eẽt cõſecutus, nõ corpus ſepulchro dignũ habitũ, ne priuato qdẽ. Leges qppe tyrãnorum corpa inſepulta iubẽt abiici memoriã oẽm aboleri, & ſi qd peculii illis adeſt, in cõe redigi. Quæ ſingula ipſe ueritus p Cæſare pugnaui, ut imortali gloria & publico potiretur funere, nõ exps piculi, atq; iuidiæ, q̃ ab hoibus prõptiſſimis, & cæde craſſãtibus mihi incubuit, & ut intellixiſſe potes in me cõſpirãtibus ad Senatũ patris tui imperiũ iã grauiter ferẽtẽ, Verũ ob hæc ſpõte me piculis obieci, & quodcũq; pati prius pelegi, q̃ iſepultũ Cæſarẽ, & infamia fœdatũ intueri, optimum uirorum q ſub illo fuere, & i multis feliciſſimũ, & p oibus honore digniſſimũ a me habitũ. His igitur pprius piculis meis, q̃ Cæſaris pñtia

Antonii reſpõſio inſolẽtiſſima

Leges in tyrannos.

tibi ſint illuſtria oia accepiſti genus, nomẽ, dignitatẽ, ſubſtã tiã, ꝑ qbus iuſtius fuiſſet, te mihi gratias agere, q̃ q̃ ad Senatus ſedationẽ derelicta ſunt, uel in retributionẽ eoꝶ, q̃ a me geſta fuerũt, uel ad alias opportunitates, ac rõnes diſtributa repꝛhẽdere, maxie cũ iunior ſis, ego ętate ꝓuectior. Et hæc ꝑ iis, q̃ dixiſti abũde ſint. Inſinuaſti pterea me principatũ appetiſſe, quẽ nũq̃ cõcupiui, q̃q̃ nõ ĩdignũ arbitreris, & dolere exiſtimas, nõ conſecutũ fuiſſe Cæſaris adoptionẽ, profeſſus genus Herculis mihi ſufficere. Pro neceſſitatibus ãt tuis, in qbus ais ex publico mutuari uelle ſatis credere te irõia uti, niſi ꝑſuaſum hẽrẽ, te adhuc ignorare, publica oia a parẽte tuo inania eẽ derelicta, ex q̃ ad impiũ acceſſit, cũ ad eũ ærarii loco deferrẽtur & ſubide in ſuba eius repta ſint, q̃primũ illa iqrere decreuimus, hoc minime ipiũ in Cæſarẽ fuerit, defunctũ iã hũanis rebus, nec atteſtãtẽ, id eẽ ipiũ, & ſi rões uiuus exegerit. Cũ aũt priuatoꝶ plurimi de unaq̃q; eius facultate tecũ decertabãt, ſatis itelliges, nõ ſine cõtrouerſia, te eã poſſidere. Pecũiaꝶ uero, q̃s ad me trãſlatas eẽ aſſeris, neq; copia ea ẽ, q̃ exiſtimas, neq; nũc qdẽ penes me ẽ, cũ oẽs i magiſtratibus, ac potẽtiis, Dolobella, & fratribus meis dũtaxat exceptis, ueluti tyrãni diſtributę ſit, & ꝑ me trãſlatę ad eoꝶ gratiã, q̃ a Cęſare decreta fuerãt, & tu reliq̃ tecũ feres, ſi rite ſapis. Indignãtibus populi loco potius ipẽdẽs. Illi populũ ad colonias remittẽt, ſi rite ſentiẽt. Populus qppe, & tu grecis ibutus diſciplinis optĩe ſcis, iſtabilis ẽ, ut i mari unda fluctuãs hęc, aduẽit, illa reuertitur. Simili rõne populus e nobis ãbitioſiores ad ſummũ eleuãs, ad ima deinũ abiicit. Hoꝶ plurimis indignatus Cæſar cũ ad cõtumeliã referri crederet, abſceſſit, patrẽ nomine ſæpe inuocans, ac confeſtim omnẽ ſubſtantiã uenũi ſubiecit, quãtã ex hæreditate fuerat adeptus, populũ

Cæſaris ſubſtātia uenui.

in auxiliū eius ex hac liberalitate cōuertere feſtinās, Antonii odio in eū iam palā perſpecto, & cognito, Senatu prȩterea publicarū pecuniarū inquiſitionem, ex decreto ſtatuente, nam plærique nouū Cæſarē uereri cœperant, ob paternā militū, & populi in eū beneuolentiā, facultatibus inſuper plurimis illis adſiſtentibus, quas in largitionibus, & populi ambitione cōferret, neutiquā eundem in priuatorum numero manſurū cogitabant, neque cū Antonio ſocietatē initurū Cæſarem nouū uirum, diuitiis, & gloria abundantē, uerum inter ſe pariter certaturos fore, quis ad Cæſaris imperiū celerius eſſet euaſurus. Quidā ex his uoluptatē capiebant, quaſi huiuſmodi uiris ſibiipſis impedimento futuris, & opibus Cæſaris, & pecuniarū inquiſitione diſſolutis, ærariū ſumma opulentia repletū iri uideretur. Nā multa ex publicis penes Cæſarē poſſe reperiri. Inſtante uero ſpectaculo, quod pro Bruto prætore Caius Antonius Antonii frater eſſet præbiturus, inter alia, quæ ad preturā abſentis Bruti, curioſe diſpoſita ſunt ab eo, apparatus abūde affuit, ac donariorum copia, Spes quoque affulſit, populū ſpectaculo placatū, Brutū reuocaturū eſſe. Verum Cæſar alia ex parte populo ſublandiens omne, quod ex uenditione cumulauerat, argentū, cōtinuo ambitioſis per partes diuidebat, ut præuenientibus impenderent. Porro per oppida deuectus publice proclamari iuſſerat, qui minimo uænūdarent, cū ob cauſas, quod dubia, & incerta adhuc eſſent, tum propter Cȩſaris ſtudiū, quo omnē populū ad beneuolētiā eius conuerterat, ac pietatem, quod indigne hæc pati uideretur. Cū aūt ad ipſius hæreditatē, ac facultates proprias quæcūque apud Octauiū patrē, aut alicubi ſibi adeſſent, & matris uniuerſa, & Philippi, ueniſſet & a Pedio, & Pinario hæreditatis partē requiſiſſet, ſingilatim omnia uēdere propoſuit, tāquam

Sollicitudo Cæſaris.

Cauſæ inter Senatū, & Cȩſarē de publico, & priuato.

Cęſaris ſubſtantiã, bisq; nõ abũde ſufficiẽtibus ob effuſiones, populus nõ iã a Caio Cæſare, ſed ab ipſo largitionẽ fieri exiſtimans, ex indulgentia cœpit miſereri, & admirari ſimilia agentẽ, & in hũc modũ cõtendentẽ. Iam enim clarũ erat, nõ multo poſt eundẽ Antonii cõtumeliã deſpecturũ eſſe, quod in Bruti ſpectaculis ſplendide æditis intueri licuit. Nã mercenariis quibuſdã acclamãtibus, Brutũ, & Caſſiũ reuocandos eſſe, cũ reſiduũ theatri ob pietatẽ aſſentiri uideretur, accurrere plurimi, qui ſpectacula cõpeſcerẽt, donec poſtulationẽ eorũ penitus extinguerẽt, Brutus uero, & Caſſius cum eorũ ſpes a Cæſare in ſpectaculis effuſas intelligerent in Syriã, & Macedoniã, ueluti ipſis ante Antoniũ, Dolobellãq; decretas, per uim proficiſci ſtatuunt. Quibus intellectis Dolobella cõfeſtim in Syriã, & ex ea in Aſiam, quaſi pecunias bis in locis coacturus accelerat. Antonius uero in futurum potẽtiã ſibi neceſſe eſſe exiſtimãs exercitũ, qui in Macedonia fuerat, uirtute præcipuũ, magnitudine copiarũ ampliſſimũ, Sex quippe legiones inerant, & alia multitudo ſagittariorũ, ac leuis armaturæ, exercitatorũq; cũ illo adiũcta, equitatus plurimus, apparatus pręterea iuxta exercitũ inſignis, & qui Dolobellã ſecuturus uidebatur, in Syriã, & ad Parthos ſeſe cõferentẽ, cũ Cæſar in Parthos eo uſurus diceretur, ad ſe q̃ primũ trãſferre ſtatuit, & ubi q̃ maxime ad Ionii tranſitũ eſſet propinquis, in Italiã traducere. Interea ſubito fama aduolat Getas cognito Cæſaris interitu Macedoniã ingreſſos depopulari. Quãobrẽ Antonius exercitũ a Senatu petiit, ueluti in Getas expeditionẽ paraturus. Nã in ipſos ante Parthos a Cæſare inſtitutus fuerat, ut in Parthos ſenſim profecturus. Senatus rumore percepto, qui ſcrutarentur emiſit. Antonius timorem, ſuſpitionemq; ob hæc emanata, diſſoluere feſtinans

Cohæredes Octauii.

Pricipium motus Bruti.

Illuſtris in Macedonia exercitus.

decreto ſanxit, ſe nulla ex cauſa profecturũ ſi dictator crearetur, neq; decreturũ ſe, aut aſſumpturũ ullo modo dictaturã, ſi illi præberetur, Si quid horũ quis ſpernentem uideret, ab obuio quoq; uelle trucidari. Ac per hũc modũ audientes maxime deliniẽs, & his qui Dolobellæ fauebant, per largitionẽ ſibi aſcitis, exercitus in Macedonia exiſtentis prætor, & imperator cõſtituitur. Qui cũ ea quæ cõcupiſſet foret adeptus, Caiũ fratrem magna celeritate ut decretũ ferret, ad exercitũ emittit. Exploratores interim rumoris præmiſſi reuertũtur, Getaſq; in Macedonia nequaq̃ ſe uidiſſe referũt. Addidere tamẽ, ſiue uere, ſiue ab Antonio perdocti, trepidare omnes ne Getarũ copiæ aduentantes Macedoniã excurrerent. Hæc dũ Romæ gerũtur, Caſſius, Brutuſq; exercitus, & pecunias quotidie parabant. Trebonius Aſiæ præfectus, ciuitates muro ſepiebat, & uenientem ad ſe Dolobellã, Pergamo, & Smyrna nõ admiſerat, ſolũ cõmeatũ ueluti cõſuli extra mœnia parauerat. Aggrediẽte eodẽ cũ ira urbes, nihilq; perficiẽte, Trebonius in Epheſo ſuſcipi mãdauit, & ad Epheſum eũtem, quoſdã ex interuallo ſubſequi iuſſit. Hi nocte ingruente Dolobellã recedentẽ inuentes, nec ulterius quicq̃ ſuſpicati, paucos ex ſuis, q illũ ſequerẽtur reliquere. Ipſi uero ad Smyrna rediere Dolobella eos q derelicti fuerãt p inſidias adeptus interfecit omnes, & nocte adhuc inſtante, Smyrnã uerſus greſſum mouet, q̃ incuſtoditã offendẽs p ſcalas occupat. Trebonius in lecto a militibus deprehẽſus, ſe ad Dolobellam deduci ſupplicat, ſpõte ſe illos eſſe ſecuturũ. Huic turmæ ductor eũ intuens, Eia tu ſequere inquit caput interim nobis derelinquẽs, non enim te, ſed caput tuũ afferre nobis iniunctũ eſt. Quo dicto caput illi ſubito abſcidit. Orta luce, Dolobella, Trebonii caput prætorio in ſolio, quo iudicare ſolitus erat,

Fictio Antonii.

iuſſit affigi. Exercitus ira commotus, & ſupplex turba omnis ob necē Cęſaris, cuius Trebonius particeps fuiſſe dicebatur, eo quod defuncto eo, Antoniū Senatus ad fores urbis tenuiſſet, in reliquum corpus eius crudeliter excanduit. Caput ſpheræ in morē inſtrato lapidi, cū riſu adinuicem diu prouolutū, donec cõtritū, effuſumq; eſt. Et hic primus ex percuſſorū numero huiuſmodi pœnas dediſſe dicitur. Antonius interea exercitum ex Macedonia in Italiā traſferre meditatus omni alia occaſione deſtitutus a Senatu petiit, ut Celtarum prouinciā intra alpes reſidentē, q̃ Decimus Brutus detinebat Macedoniæ loco, ſibi aſcriberet, & mēte repetens, Cęſarem ex Celtis prodeuntē, Põpeium ſuperaſſe, quaſi exercitū non in Italiā, ſed in Celtas poſtularet, Senatus Celtarū gentem ueluti arcē in ſe præparari metuens, conturbari cœpit, & inſidias eius tū primū intelligere, & iam Macedoniā illi tribuiſſe pœnitebat. Priuatim itaq; potentiores ad Decimum premittit, & ut prouinciā firmiter teneat hortatur, exercitū aliū ac pecunias parare ſuadet, ut uenienti Antonio poſſit obſiſtere, Adeo enim eū uerebantur, & odio habebāt Antonius cõtra Senatus loco Celtas a populo ex lege petere inſtituit, quēadmodū Cęſarem prouinciā eā in primis obtinuiſſe meminerat, & Syriā Dolobellā occupaſſe. Ad Senatus uero trepidationē, exercitū, qui in Macedonia erat, Brūduſiū Caium fratrē ꝑ Ioniū trāſferre admonet, Et his qdē quæ Antonius expeteret, facturus uidebatur. Forte ſpectacula inſtabant, quæ Critonius ædilis exhibiturus erat. Inter q̃ Cæſar aureū ſoliū, & coronā aureā patri præparauerat, quēadmodum illi in theatris omnibus apponere decreuerāt. Cõquerente itaq; Critonio neutiq̃ admiſſurū eſſe ſe, ut Cæſar ad impēſas eius caleretur, Cæſar eū ad Antonium, tanq̃ ad conſulē confeſtim

Trebonii mors de q̃ cõqueritur Pollio in epiſtolis.

attrabit Antonio uero dicēte ad Senatū eſſe deferendū, ſub-
iratus Cæſar, ego ſoliū hoc inquit, quoad decretū tuū extite
rit apponā. Ad quæ cōturbatus Antonius, ut apponeret inhi
buit, uetuitq́ ſubinde in ſpectaculis, q̃ indecētius uiſum eſt,
quæ Cæſar ipſe fecerat apponi, repetitis a patre in Venerē
genitricē, cui & templū pater in foro, & foꝝ ulterius addi
derat. Tūc igitur uehemens odiū, & aperte quidē ab omni-
bus in Antoniū exarſit, quaſi nō ſolū cū Cæſare præſente cō
tenderet, uerū in priorē ingrate contumelis inſurgeret. Ipſe
aūt Cęſar multitudine ueluti cuſtodia ſtipatus, populū, & qui
ſub patre beneficia acceperāt, uel ſub illo militauerant, cir-
cūibat, inuidioſeq́ deprecabatur, ne ſe talia ac tanta ſuſtinē-
tem ultro deſpicerent uerū Cæſari eoꝝ imperatori atq; be-
nefactori cōtra Antoniū auxiliū afferrent, tuerentur ſeipſos,
quibus nihil tutū eoꝝ quæ a Cæſare habuiſſent futurū eſſet,
niſi quæ ab illo decreta fuerant, ſtabilia firmaq; manerent,
Ad omnia præterea urbis loca editiora cōſcendens, in Anto
niū clamabat his uerbis. Cęſari propter me ne iraſcaris, neue
iniuriā inferas Antonii benefactori tuo, & in maximis tibi
affecto. Mihi q̃tumuis iniuriā infer, & facultatū eius cōpeſce
rapinā quoad ciues diſtributionē debitā ſint conſecuti, Reli-
quæ omnia tibi habeto abūde etenim mihi fuerit, q̃q̃ indigen
ti, ſi paternā aſſequar gloriā, & diſtributionē populo ſinas
impendi. Quibus ex uerbis iā in Antoniū emiſſæ uoces palā
innotu erant. Cōminante uero illo accerbiſſime, & minis in
publicū elatis, adhuc magis omnes accurrebāt. Quāobrem
militiæ primores, qui ad Antonii cuſtodiam delecti fuerant,
ac ſub Cæſare primo militauerant, ab Antonio ſummo in ho
nore habiti, ut ab iniuria abſtineret hortabātur, eoꝝ intuitu
ac ſuiipſius qui ſub Cæſare una meruiſſet totq́ ingētia cō-

Odiū aptū iter Antoniū, & Cęſarem.

Grauis q̃rela Cæſaris iunioris.

modo ab eo ſuſcepiſſet. Quę mēte repētes Antonius, cū uera fateretur, & deferentes ad eum erubeſceret, & Cæſare ad fauorē populi ob Celticas res promerēdū indigeret, tandem acquieſcere cœpit, & ea cōfiteri, quaſi præter mentem eius geſta eſſēt, uerū ob adoleſcētis animū, tā ſuperbe elati acta recenſeret, qui nihil pudoris aut reuerentiæ erga duces, & quidē antiquiores habuiſſet, cuius cauſa ſolito magis, reprehenſione in eū eſſet uſus, Cæterū eorū gratia, qui hæc depoſcerent, ab ira tēperare uelle, & ad priſtinā eius naturā, cōſuetudinemq; redire, ſi & ille ab huiuſmodi inſolentia deſiſteret. Hæc duces læto animo audientes, in unū ambos cōiūxere, & inter ſe cōqueſtos in amicitiā reduxere denuo, ac ſtatim lex de Celtis perſcripta eſt, Senatu abhorrente, & iā præmeditante ſi eū cōſuleret Antonius, prohibere uelle. Sin abſq; Senatus cōſulto ad populū deflecteret, Tribunos cōtra, ut illi prohiberent opponere. Fuere inſuper qui gētem illā omnino liberā a prætore iudicarēt adeo Celtas ſibi propinquos formidabant. Antonius cōtra palā proclamabat, ſi eā prouinciā Decimo permitterent, qui Cęſarē inter emiſſet, ſibi uero minime cōfiderent, qui prouinciā eā acquirētē, & ad genua eius proſternentē neutiq; occidiſſet, aperte iā omnia in omnes effundens, quaſi Cæſaris necē exoptaſſent. Cū comitiorū adeſſe dies, Senatus tribuū multitudinē ad cōcionem acciri cogitabat. Illi uero nocte adhuc inſtāte, circa forū tabernaculis appoſitis ſpeculatoriā cōuocant cohortē a ſigno prodeuntem. Qua ex re cōturbata popularis cōcio, Antonio ob Cęſarē fauere inſtituit, circa tabernacula aſſidentē atq; depcātem. Verebatur etenim permaxime ne Decimus prouinciæ opportuniſſimæ, & exercitui in ea exiſtenti imperaret, qui patris pcuſſor extitiſſet, & ob id ad Antonii gratiā cum eo

Vincitur rumore Antonius.

cõciliati una uenerat, nã & ipſe aliquid ab Antonio uiciſſim
ſuſcipere ſperabat. Corruptis autem ab Antonio ob pecunias
Tribunis, & ſubinde cõticētibus, lex promulgatur, & exerci
tus ad Antoniũ præſtita cõdecēti cauſa per Ioniũ accedit. De
functo deinde quodã ex Tribunis, in creatione alterius Cæ
ſar Flaminio plurimũ fauit, qua ex cauſa ratus populus eũdē
tribuniciã affectare dignitatē, ſed ob adoleſcentiam minime
petere, in comitiis Tribunũ declarare inſtituit. Verũ Senatus
incremēto eius inuidens, timore correptus eſt, ne ſi Tribu-
nus crearetur, percuſſores patris ad populũ in iudiciũ uoca-
ret. Antonius amicitiã cũ Cæſare in primis cõturbatã haud
Alia noui- multifaciens ſiue ad ſenatus gratiã, ſiue a leniendos animos
tas Anto- ob legem recens in Celtas æditã, ſiue profectionis cauſa id
nii. eſſet meditatus, ueluti conſul decretũ edidit. Nemini Cæſa-
rem præter legẽ inſurgere debere, nec ex ſeipſo potētiæ ma
gnitudine uti poſſe. Quæ cum Cæſari ingrata eſſent, & in
poplũ huiuſmodi ſcriptio indigna uideretur, multitudo ſubi-
raſci cœpit, & in ſuffragiis contentione uti ſtatuit, ita ut tre
pidaret Antonius, ad decretũ abolendum cæteris Tribunis
tanq̃ ſufficiētibus omitteret. Cæſar ex aduerſo ut aperte cir
cũuentus, plures ad colonias a patre deductas ire iubet, et
quæ patiatur nota facere, ac cuiuſq; mentē ſcrutari imperat
. Miſit & ad Antonii exercitũ nõnullos cõmeatũ deferentes,
qui cæteris ſeſe immiſcerent, & hortantibus in primis ſe cõ
Oratio pri- crederent in turba quoq; libellos clanculũ eiicerent. Hic igi
morũ exer- tur in his uerſabatur. Ordinũ interim primores ab Antonio
citus ad temporis cõmoditate perceptã, in hunc modũ fari incipiũt.
Antoniũ. Nos quidē Antoni, & quicũq; alii tecũ cum Cæſare merui
mus, & imperiũ illi ſimul cõſtituimus, & in hãc uſq; diem
ad illius obſequia uitã duximus, pari odio, & inſidiis pere-

cuſſores eius, in nos uti, & Senatũ illis obſequentẽ eſſe nõ ambigimus. Populo uero eos expellente, fiduciã aſſumpſimus cum Cæſarẽ non omnino amicis deſtitutũ aut obliuioni traditũ aut gratia carentẽ cerneremus. Securitatẽ tamẽ omnẽ in futurũ in te uno collocauimus, utpote Cæſaris amico, & poſt illum præ cũctis ad militiã edocto, & nunc nobis imperante, idoneoq; ad omnia quã maxime. Inſurgẽtibus autẽ nobis inimicis, & audacter in Syriã Macedoniãq; craſſantibus, pecunias porro, & exercitũ in nos colligẽtibus, ac Senatu Decimum contra te præparante, & te curas omnes in Cæſaris noui diſſenſione conſumente, non inepte formidamus, ne in futurũ, quale nullũ in præſenti affuit, hæc inter nos diſſenſio bellũ afferat, & facultatem inimicis contra nos quæ uoluerint agendi, facile cõcedat. Quæ omnia cum ipſe animaduertas, te præcamur, ut pro tua in Cæſarẽ gratia, & noſtri caritate, q nihil querela dignũ in te egimus, & ultra hæc utilitatis tuæ cauſa, quoad licet, & Cæſari dũtaxat abũde ſit in peuſſores depugnãti opem præſtes. Quæ res te ab omni cura uacuũ in imperio conſtituet, & nos pro te, & nobis ipſis trepidãtes, in tutũ collocabit. His a primoribus ordinũ relatis, Antonius in hũc modũ reddidit. Quãta beneuolẽtia & ſtudio erga Cæſarẽ ſemp fuerim, cũ ad oẽs eius neceſſitates i piculis p cęteris me obiecerim, clare cognouiſtis, q una militãtes his q geſta ſunt pſentes affuiſtis. Quãtũ uero, & ipſe caritatis ac pmptitudis erga me uſq; i finẽ cõſeruarit, nõ neceſſe mihi arbitror teſtari. Hęc.n. utrũq; ituẽtes eius peuſſores, me cũ illo iterficere meditati ſunt, qſi me ſupſtite, neutiq̃ q̃ aio cõcepant i tuto collocari crederẽt. Q ſi qs eos ab hac ſnia deterrere cõatus ẽ, nõ bñuolẽtia aut curã ſalutis meę id egit, ſed hõeſtate potius, ne multis inimicos

Oratio Antonii ſalla tiis referẽta oibus.

Cõtra Brutum.

ſuos inſectari uoluiſſe, non autem tyrannū occidiſſe uiderētur. Quis igitur me Cæſarē amplius negligere exiſtimat, beneſactorē meū? & hoſtes præ illo in honore habituꝝ eſſe? & necē illis ſponte indulgere, qui mihi inſidiantur, quēadmodum hic nouus Cæſar opinatur? Vnde igitur ipſis necis obliuio, & prouinciaꝝ curæ? Hæc.n.mihi pro Senatu obiicere conatur. Quēadmodū id euenerit audite. Cæſare inopine interfecto in Senatu, timor omnes inuaſerat, potiſſimū tamen me, ob Cæſaris amicitiā, & facti huius ignorantiā, non.n.coniurationē intellexerā, nec quot ad eam cōſpirarēt audieram. Populus quippe tumultū cōcitarat percuſſores cū gladiatoribus capitoliū ingreſſi ianuas occluſerant. Senatus cum illis aderat, ut nunc etiā uerſatur clarius, & honores pcuſſoribus ueluti tyrannicidis inſtituerat. Quod ſi tyrannus habitus fuiſſet Cæſar, nobis quoq; indilate fuiſſet pereūdum, ueluti tyranni amicis, Sic mihi a tumultu curæ, & timore ꝑpedito, ratio nulla aderat. Impoſſibile quippe non timere. Id animo ſcrutātes facile cernetis. Vna quidē ex parte audacia incredibili opus erat, ex altera diſſimulatione mirabili. Hoc igitur ex omnibus primū erat, reliqua deinde cōgruebant, honores.ſ.his uiris decretos abolere. Quod ex meipſo facere inſtituēs, Senatui & percuſſoribus me appoſui & fortiſſime operatus ſum, audacia frætus eximia, periculo meſolū obiiciēs, & nos Cæſaris amicos in tuto eſſe exiſtimans, ſi idem minime tyrannus haberetur. Simili itaq; pauore, & hoſtes & Senatū detinente, ne ſi tyrannus non haberetur Cæſar, homicidii cauſa & ipſi tenerentur, & ob id contendētibus cedere uiſum eſt, & obliuionē necis honoꝝ loco illis cōtribuere, ut q̃ntum neceſſe mihi eſſet, ab illis fuſ merentur. Et hæc ſunt, quāta & qualia, neq; cognomē Cæſaris

Accuſat Senatū.

Notabilis uſus.

Cæſares uſq; i ætatē noſtrā.

aboleri ſinere, quo uno maxime delectatus ſum, neq; ſubſtã tiam eius in publicũ deferri, neq; adoptionẽ qua nũc potiſſime iſte exultat diſſoluit ꝑmittere neq3 decreta eius in irritum euadere. Corpus ſepelire regie ,. & honores iampridẽ illi deditos immortalitati cõſecrari, & omnia deniq; ab illo facta, illæſa conſeruare, filiũq; eius, & nos una, amicos, prætores, militeſq; in ſalute tuta conſiſtere, & in glorioſa uita pro turpi cõmẽdari. Hæc ne uobis minima, aut parua ꝑ neceis obliuione a Senatu exegiſſe uideor? aut Senatũ ſine obliuione daturũ fuiſſe arbitramini? Quã ſincere illis tradere ꝓ bis rebus condignũ arbitror, & cum ueritate ꝑcuſſorꝶ animis ignoſcere ob Cæſaris immortalẽ gloriã, & noſtri ſalutẽ ac tutellã. Quæ tamen non ea uoluptate ſum executus, ſed ut cauſam in contrariũ euerterẽ, ex quo Senatũ in iis, quæ utilia primũ fuerãt induxi, & ut ꝑcuſſores in quiete conſiſterent adhortatus ſum, & obliuionẽ non decreto, aut ſtatuto, non. n. licuit, ſed inſigni populi ambitione diſſolui, Cæſaris corpus ſepulchri occaſione in forũ efferens, & uulnerũ eius multitudinẽ detegens. Veſtẽ præterea ſanguine madẽtem, & lacerã oſtentãs, ac uirtutẽ eius, beneuolentiãq; ad populũ, miſerãda oratione in mediũ recenſens, deflenſq3, ut occiſum deũ inſuper appellãs. Hæc oĩa mea opa, & uerba ſunt, qbus irritatus populus, aſſumpto igne, cũ obliuione ad ꝑcuſſorꝶ domos ſe conuertit, eoſq; ex urbe tandẽ expulit. Et hæc quẽadmodũ aduerſante Senatu, & grauiter ferẽte acta ſint, confeſtim ipſe oſtendit, nam me ambitus primũ accuſauit ꝑcuſſoribus prouincias habere cõceſſit, Bruto, & Caſſio Syriã. ſ. & Macedoniã, quæ magnis exercitibus repletę fuerant, & ne ante ſtatutum tẽpus accelerare uiderẽtur, occaſione frumenti in urbem conuehendi, eis detulit. Quãobrem

Incipit de tegere ſcelera ſua Antonius.

maior adhuc me pauor tenuit, cũ nullũ priuatũ exercitũ habere, & cõtra tot armatos ipſi inermes ꝑderemur. Collega ad hęc ſuſpectus mihi aderat, & diſcors, cõtinue, nã Cęſari inſidias ſtruxiſſe ferebatur, & i die necis, ut in urbe adeſſet ſtatuiſſe. Quibus ex rebus uehemẽter addubitãs, & [hoſtes exarmare feſtianãs, & ab illis arma ad nos transferre, Amatiũ occidi, Pompeiũ reuocandũ eſſe cenſui, ut his adductus Senatus, denuo ſe ad me cõuerteret. Nec ꝓpterea illi cõfiſus. Dolobellæ Syriã petere ſuaſi, non a Senatu, ſed a populo prolata lege, petẽtiq; operã, & opem p̄ſtiti, ut ꝑcuſſoribus ex amico hoſtis fieret, & Senatoribus turpe uideretur poſt Dolobellæ cõceſſionẽ pro Macedõia mihi obſiſtere, non.n. aliter ꝓuinciã eam mihi tradidiſſent, neq; ulterius exercitũ in ea exiſtentẽ cõceſſiſſent, ni prius Dolobellæ eum ꝓmiſiſſent, ueluti in Syriã, & Parthos ꝓfecturo, neq; uiciſſim Caſſio, & Bruto Macedoniã, & Syriã eripuiſſẽt, ſi nullas alias ꝓuincias ad ſecuritatẽ eoꝝ p̄buiſſent, neceſſe quidem erat pro illis alias tradere. Sed quales, pro quibus dederint cogitate exercitu uacuas, Cyrenẽ.ſ. & Cretã, quas hoſtes ueluti inutiles eis futuras cõtẽpſerũt, & in eas quas abſtulimus ꝑ uim ingredi conantur. In hunc modũ exercitus ab hoſtibus ad Dolobellã tranſlatus eſt, artibus & machinationibus, aliaꝝ ꝓuinciaꝝ traditionibus. Sic.n. nullis apparentibus armis, legibus oꝑari neceſſe fuit. His igitur geſtis, & hoſtibus exercitũ aliũ cõgregãtibus, opus mihi erat exercitu, & copiis in Macedonia exiſtẽtibus nec in hoc occaſionẽ ullã p̄uidebã. Interim fama ꝑcrebuit, Getas Macedoniã ingreſſos depopulari. Diffidẽte Senatu. & exploratores ad hæc p̄mittente, de dictatoris magiſtratu ſentẽtiã ateudi, nõ licere mihi poſcere, aut decreto cõſtituere, aut obla-

tum magiſtratũ mihi aſſumere. Qua ex re maxime allecti, exercitũ mihi cõceſſere, ac tunc qdẽ, me primũ hoſtibus parem eſſe credidi, non his manifeſtis & cognitis, ut hic Cæſar arbitratur, uerũ aliis pluribus, lõge potẽtioribus, & adhuc minime apparentibus. Quibus a me pfectis alius ex pcuſſoribus in lateribus adhuc hærebat, Decimus Brutus, prouinciã nactus opportunã, & copiis ingentibus refertã, quem ego audaciorẽ cõtemplatus, Celtas ab eo eripui, Senatus honeſtate adhibita, cum Macedoniã tradere uelle polliceret exercitu nudã, atq; deſtitutã. Cæterũ cõquerente Senatu, & inſidias iam palã metuente. Scitis.n. quot, & quãta a multis Decimo pſcripta ſint, qui cõſules etiã in me cõcitare pperabãt, ego audacius adhuc prouinciã eam, Senatus loco a populo p legẽ petere diſpoſui, exercitũ a Macedonia Brũduſiũ adducens, quaſi eo ad opportunitates uſurus, quo diis iuuãtibus utemur, ut neceſſitates aduocabũt. Sic ex magno timore nos pridem detinente, ad ſecuritatẽ ptranſiuimus, & audaciã in hoſtes maximã, quibus deficiẽtibus, deſiit etiã multorũ ad eos ſtudiũ. Cõſiderate igitur quanta illis adſit pœnitẽtia eorũ, quę decreuere, quantus labor mihi affuerit Celtas alii traditos adimere. Scitis quæ Deimo ſcribentes, & quanta, ut conſules in me cõcitarent ſuadentes, pro Celtis contra me decernere,. Verum cũ diis patriis, & pia mẽte, & a nobis recte factis, quorũ gratia uictoriam Cæſar eſt adeptus illi ſuccurremus, corporibus una aſſiſtentes, & animis afferẽtes opem. Hæc a me geſta cõmilitões adhuc ſecreta eſſe uoluerã, quẽadmodũ anteacta ſint uobis retuli, quos ego & opere & uerbo in oibus participes eſſe uolui. Aliis igitur e uobis ſi quis ignorarit dicitote, Cęſare excepto, qui ad oia erga nos eſt ingratiſſimus. Hęc referẽte Antonio.

Aſtutus uerborũ artifex.

Finis orationis Antonii.

primoribus exercitus clare innotuit, eundē omnia ex uehementi in percuſſores odio, in Senatu peregiſſe, decreuereq́ cum Cęſare iterum eum cōciliare. Perſuaſis itaq; ambobus, denuo in Capitolio una cōuenere. Nō multo poſt Antonius nōnullos ex cuſtodibus corporis ſui ad amicos attrahit ueluti miniſtros a Cæſare in eum ꝑ inſidias inſtructos ſiue calumniæ cauſa id ageret, ſiue re ipſa adductus, ſiue a Cæſare ad exercitū eius ꝑmiſſos cognouiſſet, & id facinus ad aggreſſionē corporis ſui meditatū referēs, ſubito in populo tumultum cōcitauit, ita ut indignatio ſimul ſequeretur. Pauci quippe, qbus ratio maior inerat, id opus Cæſari conferre latabantur. Antoniū quidē lędentē facile ſupare poſſe, qui per cuſtoribus tremendus eſſet. Defuncto uero eo, audacius in omnes illos inſurrecturos eſſe, qui a Senatu iuuarentur. Sic eni prudētiores exiſtimabāt. Plęriq; aūt inſpicientes, qualia ꝑ ſingulos dies Cæſar, contumeliis, & diſpēdiis affectus pateretur, non ab re calumnias huiuſmodi fieri arbitrabātur, neq; æquū porro aut tolerabile exiſtimabāt, Antoniū cōſulatu ꝑfruentē, inſidiis ab illo peti. Cæſar igitur ad ſic ſe habentes cum ira, & furore aduolās clamabat, inſidias ab Antonio ſibi inferri, ob amicitiā, quā in populo habere eum ſolum exiſtimabat. Amplius Antonii fores percurrens, eadem magnis clamoribus intonabat, deos teſtes inuocās, execrationes omnes efferens, ut ad iudiciū accederet prouocabat. Nemine uero prodeunte, ab amicis ingt tuis iudicari poſtulo. Et his dictis intra domū progreſſus eſt. Prohibitus ſubinde, iureiurādo conqueri cœpit, & q circa fores erant inſectari quod Antoniū redargui ab eo prohiberent. Diſcedēs demum in populo teſtatus eſt, ſi quid mali pateretur ab Antonio ſibi dolo infligi. Quibus cum inuidia in publicū elatis, multitudo ingemuit,

Tumultus ab Antonio erigitur.

Audax Octauius.

*tudo ingemuit, & quedã illi prioris opinionis pœnitentia
acceſſit. Erant & qui tunc ambigentes, neutrĩ fide utriq; im
penderet. Simulationẽ alii in his quæ fierent, adeſſe exiſti-
marent, & ob ea quæ in tẽplo una ſtatuiſſent, hæc inter ſe
aduerſus hoſtes machinatos eſſe crederent. Nõnulli Anto-
nium hæc ipſa meditatũ fuiſſe cogitabãt, ad occaſionẽ cu-
ſtodiæ maioris ineũdæ, quo Cæſari ſuffragia adimeret. Cũ
deinde Cæſari a quibuſdã occulte pmiſſis nunciatũ eſſet,
exercitũ, qui in Brũduſio erat, necnõ eos, qui in colonias de
ducti fuerãt, ira in Antoniũ efferri, quod Cæſaris interitũ
negligeret, ipſos in uindictã paratos eſſe, ſiqd licuiſſet, An-
tonium aũt ob hæc Brũduſiũ ueniſſe ueritus Cæſar ne cum
exercitu rediens Antonius, eum omni cuſtodia deſtitutũ ca
peret, pecuniis aſſumptis in Campaniã proceſſit ciuitatibus,
quæ ſub patre cõditæ olim fuerãt, ut militiã ſecum inirent
perſuadens, ut Celatiã primũ deinde Silium, quæ utraq; ex
parte Capuæ finitimæ aderãt, ſibi adiungeret. Sic unicuiq; Duplex ti
dragmas pollicitus quingẽtas, ad decẽ milia hominũ in unũ mor.
coegit, neq; ſufficienter armis inſtructa, neq; in legiones,
aut cohortes diſtributa, ſed ut ad corpis cuſtodiã, ſub uno
uexillo allecta. Qui uero in urbe aderant, Antoniũ cũ exer
citu redeuntẽ metuentes, cum Cæſar alio aduentare dice-
retur, in duplo formidabãt. Quidã igitur ut in Antoniũ in-
ſurrecturi, Cæſari ſe coniunxerãt, Nõnulli cõciliatores in-
ter eos iampridẽ in Capitolio factas mente repetẽtes, hæc
omnia ad ſimulationẽ quãdã referebant, & retributionem
Antonio poteſtatis eſſe, Cæſari in pcuſſores ultionis exiſtima
bant. Sic ipſis trepidãtibus Carnutius quidã Tribunus, qui
Antonio aduerſabatur, & ob id Cæſari amicus fuerat, Cæ-
ſari occurrit, Cuius pſpecta mẽte, populo clarius annũciat.*

Carnutius Tribunus Antonio aduerſus.

Cæſarem, ut Antonii hoſtē aduentare, neceſſe eſſe ipſis ambigentibus, pro Antonii tyrannide. Cæſari ſe cōiungere, cum exercitū alium in præſenti nullū habeat. Hæc effatus Cæſarem ante urbem in templo Martis commorantem, quod per quinq; & decē ſtadia haud longe aberat, ingredi iubet. Cū ingreſſus eſſet, in templo Pollucis, Caſtoriſq; conſedit. Tēplū uero circūdedere milites palā gladiis accincti, Primus Carnutius in Antoniū fari cœpit. Ille patris ſui memoriā cunctis ſubiicit, & quę ab Antonio idē patiatur ediſſerit, qua ex cauſa coactus fuerit exercitū pro eius cuſtodia in unū cōparare, cū ad omnia patriæ obſequi, & inſeruire prōptus ſit, & nūc in Antoniū paratus. Hæc loquente eo, & iam cōcionē diſſoluente, exercitus in oppoſitum pro recōciliatione Antonii, & Cæſaris præmiſſus aduentat, uel ad ſolam dūtaxat Cæſaris cuſtodiam, & in percuſſores apparatus. Quāobrem indigne ferre uiſi milites, hęc in Antonium dici, qui eorum imperator eſſet, & conſul ſimul exiſteret, At illi ad eorum domos, quaſi arma ſumpturi demitti poſtulant, Non.n. aliis q̄ propriis armis indigere, quod uere dixiſſe uidebantur. Cęſar interim magna dubitatione afficiebatur, ac in cōtrariū putabat rem euaſiſſe intuens. Sperās itaq; eos ſuaſione, potius q̄ ui ſuperare poſſe, occaſioni ſtatim ceſſit, & hos quidem ad ſumenda arma, quoſdā ſimpliciter ad propria redire iuſſit, ac mœrorem contegens reditū laudauit omnibus, nouis quoq; donis inſigniuit, & adhuc liberalius uelle facere eſt pollicitus, & ad occurrentiā, eo℞ opera in primis uti, ueluti paternis amicis, potius q̄ militibus, ſibi obnoxiis. Hęc dicens mille duntaxat, aut ter mille ex decem milibus, ut manerent a cæteris diuiſit. Diſſidentibus aūt illis ob numerū, reliqui tūc quidem abiere. Labo℞ deinde agricolationis memores, utilitatumq;

militiæ, pollicitationū ad hæc Cæſaris, & ſuaſionis, eius ad quæcūq; libuiſſet, munerū quoq; quæ accepiſſent, in futurūq; ſuſcepturos ſe ſperarent, ut populorū inexpertorū mos eſt, eos pœnitere cœpit, & ex occaſione ad honeſtatem conuerſi, ſe armis inſtruxere, & ad eū redire denuo, Ille nouis pecuniis aſſumptis Rauenā, & finitima quęq; peragrabat. Aliis inſuper alios ad militiā adiiciens, Arritiū ire iuſſit. Antonio interim ex quinq; legionibus, quæ in Macedonia fuerant, quatuor Brunduſium omnino peruenere, & hæc quidem conquerentes, quod Cęſaris necē minime ulciſci pergeret, nulla laudatione habita, ad tribunal ire ſuadēt, ueluti de ea re q̃ primum ad eos orationē habiturus eſſet. Eā taciturnitatē per moleſte ferens Antonius, nequaq̃ ira cohibere potui, uerū ingratitudinē eorū improbauit, quod a Parthis, ad quos delecti fuerant, in Italiā acciti eſſent, nec ullum teſtimonium caritatis huius reddidiſſent. Queſtus eſt inſuper, quod uiros a iuuene proteruo, quē Cæſarem appllant, ad diſſentionem eorum miſſos, ad ſe non adduxiſſent, ſed ipſe eos ſolus inueniſſet. Exercitū uero ad prouinciā ex decreto ſibi traditum, Celtarum gentem uberem, & beatā ducere, & ſingulis ibi aſſiſtētibus, dragmas cētum elargari ſtatuiſſe. Eā uocē milites, ut puſillanimē, irridere cœperunt. Cum turbaretur ille, adhuc magis tumultuari, & diſcurrere pſeuerabāt. Quāobrē exurgēs hoc ſolū iratus protulit. Sub imperio regi cōdiſcite. Dein de ſeditioſiores a Tribuno quodā depoſcens. Mos.n. Romanis in eorum exercitibus olim fuit, Sigillatim per numerum quoſq; deſcribere, lege militari ſortitus eſt, neq; decimum quenq;, ſed partem eorum interfecit, ratus hunc in modum ob paucitatem eos deterrere. At illi minime conterriti maiori adhuc odio, atq; ira ferebantur. Quæ intuentes, qui a

Viles populi.

Rauēna.

Arritiū.

Queſtus Antonii.

Irriſio in Antoniū.

Cæſare ad ſeditionem præmiſſi fuerant, libellos plurimos in Antonii exercitũ emittunt, & pro eius auaritia, crudelitate, ac Cæſaris primi memoria ad Cæſaris noui opem, dona, ac liberalitatem milites inuitãt. Eos Antonius ſumma diligentia perſcrutari nixus, ſi quis occuluiſſet pœnã cõminatus eſt. Verũ cũ neminẽ deprehenderet, maiori adhuc exæſtuabat ira, quaſi ab exercitu omni tegerẽtur. Intellectis deinde his quæ in coloniis, ac Romæ a Cæſare dietim fierent, animo cõmotus exercitũ denuo his uerbis allocutus eſt. Cõturbarer eqdẽ ob ea, quæ militari neceſſitate geſta ſunt, o uiri paucis quibuſdã pluriũ loco per legem iterfectis, ipſis clare intelligentibus, neq; crudelẽ, neq; puſillanimẽ eſſe Antoniũ, niſi quod peccatis & ſuppliciis iã abũde ſaciata, a me diſceſſit inuidia. Cẽtũ quippe dragmas, non dono uobis tradere, nec enim id Antonii fortunæ cõgruũ, ſed ueluti primę inter nos cõgreſſionis profeſſionẽ q̃dã, nõ donum exhibere uolui, ac ſic lege patria, & militari, in his, & in cæteris mihi benefidere ſupereſſe uobis. Sic Antonius elocutus eſt, nihil muneri tamen addidit, ne imperator ab exercitu uinci uideretur, illi ſiue pœnitentia, ſiue timore ducti idipſum ſuſceperũt. Ex his ordinũ primores, uel ſeditionis ira, uel alia ſuſpitione motus, permutauit. Reliquos uero, & quæcũq; alia ad opportunitates ſuas trãſtulit, & exercitũ per partes iuxta mare, Ariminũ properare iuſſit. Ipſe ex omnibus deſumpta coborte militari eorũ, qui corporibus, & obſequio præcellerent, Romam pfectus eſt, ut exinde Ariminũ uiciſſim graderetur. Ingreſſus eſt aũt ſuperbe admodũ cohortẽ ante urbem ſtatuens, & qui circa ſe fuerãt ſuccinctos ducens, & noctu circa domum ad cuſtodiã armatos cõtinens. Inſignia etiã illis tribuit, aderantq; ueluti in caſtris cuſtodiæ per uices poſitæ. Coacto in

Antonii breuis oratio.

Ariminũ.

unũ Senatu, ut de his, quę Cæſar egerat, ad eum quereretur, ab ingreſsu ſtatim intelligit, ex quatuor legionibus, eã, quę Martia appellabatur ex itinere ad Cæſarẽ iuiſſe. Ipſi porro ingreſsum cohibẽti, & addubitãti plurimũ, denuo annũciatur, legionẽ, eã, quæ quarta dicebatur, Martię in morem, ad Cęſarẽ uiciſſim tranſiuiſſe. Quibus uehementer territus, Senatũ qdẽ ingreſsus eſt, quaſi ob alia eũ conuocaſſet, ac pauca præfatus ſubito ad portas trãſiit, ut ab illis Albã profectus, deficientes quoſq; reuocaret. Reiectus deinde a muris iterũ retroceſſit, & ad reliquas legiones miſit quingẽtas dragmas unicuiq; dare pollicitus. Ipſe cũ his, qui aderant Tibur uſq; progreditur, apparatũ habẽs his qui in hoſtes tendũt cõſuetũ Iã enim bellũ clare imminebat, Decimo Celtas nequaq̃ deponente. Eo igitur in loco aſſiſtenti, Senatus fere omnis, ac plurimi equitũ cum honore acceſſere ex populo quoq; pars nõ contẽnenda, eũq; iuſiurandũ a militibus qui aderant ſuo mẽtẽ offendẽtes, & ex his, qui pridẽ cũ illo militauerãt, multos accurrentes, magnũ quippe id aderat, ſponte, & ipſi iuſiurandũ præſtitere, neutiq̃ fidẽ, & beniuolẽtiã, q̃ erga Antoniũ habuerãt omiſſuros eſſe, ita ut nõnulli trepidarent, qui pauloante in cõcione noui Cæſaris, Antoniũ calumniis inſecuti fuerant. Sic ille ſplendide admodũ Ariminũ pręmiſsus eſt, quo in loco Celticæ prouinciæ initiũ adeſſe noſcitur, Fuitq; illi exercitus, exceptis nouiter delectis legionũ triũ, nuper e Macedonia ad eũ profectarũ. Iã enim illi reſiduũ aduenerat. Cõmilitabant præterea nõnulli ex ueteranis, qui tyronibus in duplo potiores habebãtur. Sic Antonio bellicoſiſſimorũ uirorũ legiones quatuor adhæſiſſe referũtur, & q̃tũ auxiliatorũ ſubſequi cõſuetũ eſt, cuſtodum præterea corporis, & nouiter electorũ illi affuiſſe conſtat. Lepidus uero quatuor in Iberia

Martia legio.

Alba.

Tybur.

Celticæ p̃uinciæ initium.

Lepidus: legiones habẽs. Aſinius Pollio duas, & Plācus in altera Cel
Aſinius tarũ prouincia, tres, Antonii partes electuri uidebãtur. Cæſa
Polio rem aũt quæ ſimiliter legiones delectorꝫ ſequebãtur, quę ab
Plancus. Antonio ad ipſum trãſierant. Tyronũ item una, duæ ex pri-
mis cũ eo militantibus, nec hæ numero perfectæ, aut armis
instructæ osẽ, ſed ex nouiter delectis ſuppletæ fuerant. Oẽs
igitur Albæ in unũ cõgregãs ad Senatũ miſit. Ille uero ut in
re ambigua, iterũ ad Antoniũ deflexit oculos. Ac tũ qdã afs
fuere, qui Antoniũ præponerẽt ꝑmoleſte ferẽtes, quod nõ ad
Senatũ, ſed ad Cæſarem legiones diuertiſſent. Simul deinde
Cæſarẽ, eaſq; laudantes, pollicẽtur nõ multo poſt quid facto
opus eſſet, ex decreto uelle ſtatuere, cũ primũ noui magiſtra-
tus ad agẽda proceſſiſſent. Id enim clarũ erat eorꝫ ope ad-
uerſus Antoniũ uti uelle, cũq; exercitu proprio carerẽt, neq;
ſine auctoritate cõſulũ deligere liceret, omnia ad nouos ma
Perplexus giſtratus referre cupe. Cæſari exercitus, ſecures, uirgaſq; ex
ſermo. ordine paratus, ut impatori aduerſum militãti, & belli du-
ci ꝑferri ſuadebat, ipſis ſub impatore cõtinue degere aſſuetis
Ille honore collaudato, rẽ ad Senatũ deferri admonet. Cũq;
ad eũ turmatim aduolarẽt, ultro inhibuit, oratores ẽt cõpe-
ſcuit, quaſi Senatus ea ꝑ ſe eſſet cõſulturus, potiſſimũ inqt cũ
ueſtrã prõptitudinẽ, hæſitationẽ meã intellexerit. Qubus uix
tũ facile repſſis, ducibus ꝑterea, ſuſpitionis ſe inſimulari cõ-
querẽtibus, ita retulit. Senatũ nõ beneuolẽtia eius, ſed Anto-
nii timore in eũ inclinaturũ eſſe exercitus etiã inopia addu
ctũ quoad nos inqt Antoniũ cõfecerimus, & ꝑcuſſores amici
Deluditur & cognati eorꝫ, q in Senatu ſunt, uires cõparauerint. Quæ
ab utraq; ego animaduertẽs, Senatui obſeq optimũ exiſtimo, neq; ſimu
parte Se- lationẽ prius apire eorꝫ, ꝑ qbus imperiũ nobis, ſub cõtumelię
natus. aut uiolẽtię infamia qat adimere. Obſequẽtibus certe nobis,

fortaſſe id ipſum facile cōcedet, timore ductus, ne id ꝑ uim nobis uēdicemus. Talia effatus, legiões duas, q̄ ab Antonio ad Pulchrum ipſum ꝑtrāſierāt, inuicē certātes cōtēplatus eſt, ſpacio īter ſe ſpectacu- diſtātes, & oia belli opa, nullo reſpectu habito, ſola excœpta lum. nece pagētes. Quo ſpectaculo lętatus, & huic occaſiōi pli- benter ſeſe inſerēs, alias quingētas drachmas unicuiq; elar- gitus eſt, & ſi qua belli neceſſitas interim ingrueret, uicto- ribus quinq; millia eſt pollicitus. Sic Cæſar munerū liberali tate mercenarios ſibi uēdicabat. Et hæc qdē in Italia agita- bātur. In Celtis uero Decimū Antonius in Macedoniā trāſi re ſuadebat, ut populo obſequeretur, & ſibi ipſi uiciſſim par ceret. Ille ecōuerſo, literas a Senatu perornate ſibi ſcriptas ad eū emittebat, quaſi ꝑ populū ſibi cedere, nō magis honeſtum foret, q̄ Antonio ꝑ Senatū. Antonio diē ꝓfinitā ſtatuēte, qua Stratage- ut in honeſtate uti poſſet, lōgiorē ſibi Decimus diffiniri pe- ma. tit, ne celerius Senatui hoſtis fieret. Antonius facile eo ſupa to, cū in cāpo adhuc eſſet, ad ciuitates ire properat, a quibus admiſſus eſt. Veritus igitur Decimus ne ab omniū ꝓhibere- tur introitu, literas a Senatu redditas ſibi fingit, quæ illū cū exercitu Romā propere euocēt. Eo modo in Italiā conuerſus ire ꝑgit, Recipiētibus illū cūctis ueluti redeūtē, uſq; Mutinē progreſſus eſt urbē feliciſſimā, ac ſtatim portas occludi im- perat. Mutinēſiū oia ad uictū neceſſaria in mediū afferri, iu Mutinæ, mēta ad currus debita, imolari, & ſale cōdiri iubet, ne forte ac Decimi obſidio in longū traheretur, eoq; modo Antoniū opperiri per obſidio ab git. Copiæ illi aderāt haud cōtēnendæ, gladiatoꝝ manus in Antonio. gens, armatoꝝ legiones tres ex quibus una nuper militātiū, & inexercitatoꝝ fuerat, duæ fideliſſimę, quæ prius cum eo ſtipendia meruerant. Antonius cū ira in eū delatus, Mutinæ urbem muro, foſſaque præcinxit, ſic ut Decimus obſidione

Quemadmodũ Antonius hoſtis iudicatur

præmeretur. Interim Romę cõſules anniuerſarii, mẽſis initio creati Ircius, & Panſa, Senatũ ſubito ad ſacra, & in ipſo templo cõtra Antoniũ cõuocant. Cicero nempe, & amici eius eũdẽ a Senatu hoſtem iudicari, his potiſſimũ ex cauſis uehemẽtius urgebãt, quod Celtarũ prouinciã Senatu inuito ad patriæ oppugnationẽ per uim armis inuaſiſſet, & exercitũ in

Lucius Piſo.

Getas illi aſcriptũ in Italiã deduceret. Adiiciebãtur ad hæc, quod aliã cũ Cæſare diſſenſionẽ iniiſſet palã in urbe, tot primoribus exercitus ſtipatus, & domũ ueluti arcem quãdam armis ſigniſq; præmuniens, ad cætera ipſis ſuperbior, q̃ annua poteſtas ferret, uideretur, Lucius autẽ Piſo, qui Antonii peregre exiſtẽtis partes tuebatur, uir inter Romanos apprime inſignis, & quicũq; alii ob ipſum, uel propter Antonium, aut propriã ſententiã illi adhæſerãt, Antoniũ in iudiciũ uocari depoſcebãt, Nõ enim ex patriæ moribus cõgruere aiebat, hominẽ inauditũ iudicari, neq; cõdecens, eũ, qui heri cõſul extitiſſet, cũ laudẽ mereretur, in ſequentem diem cõuicio perſequi. Alii uero, & Cicero in primis aduerſus hæc uerbis nitebãtur. Senatores aũt, q̃bus hæc ſententia haud quaq̃ grata fuerat, rem uſq; in noctẽ produci depoſcebãt. Illuceſcente die ob eã cauſam in Senatũ cõuenerũt, quo in loco inſtante

Saluius tribunus.

Tribunus ad ꝓhibẽdum potẽtiſſimus.

Cicerone, eiuſq; ſequacibus Antonius hoſtis eſſet indicatus, niſi quod Saluius Tribunus rem in ſequentẽ diẽ differendã cenſuit. inter cæteros nẽpe magiſtratus, præ omnibus potentiſſimus ad prohibendũ eſt Tribunus, Quãobrẽ Ciceroniam omnes cõtumeliis uehementius in illũ inuecti ſunt, & populũ ſubinde diſcurrentes in eũ cõcitabãt, Saluiũ quoq; ad illũ prouocabãt. At his interitus quocũq; in loco præſto aderat, donec a Senatu eſt prohibitus, uerito, ne populũ in memoriã Antonii, exercitũ in diuerſum cõturbaret, cũ minime ignora

ret, uirũ illũ ante accuſationẽ plurimũ illuſtrẽ extitiſſe, nec
q́ populus Celtarũ prouinciã illi tradidiſſet, ſed pro percuſ-
ſorꝝ uenia, & ſalute ſuccenſebat, maxime quod propoſita in-
iuriarꝝ obliuione, populũ in eum cõcitaſſet. Eã ob cauſam, &
ipſe Cæſaris opera in illũ utebatur. Quę Cęſar haud ignorãs
ſe Antoniũ q̃primũ oppugnare prædicabat. Hac ratione Se-
natus Antonio ſubiratus eſt. Sortibus itaq́ꝫ propoſitis, ut pri
mum a Tribuno cõceſſum eſt, Decimũ laudibus proſequendũ
ſtatuũt, qui e Celtarꝝ prouincia Antonio minime ceſſiſſet, Cõ
ſulibus porro, Ircio, & Panſæ, Cæſarẽ una militare cũ his,
quas haberet copiis edicunt, ſtatuã illi ex auro apponendam
fore, ſententiam inter cõſulares afferre poſſet, cõſulatũ pete
re p decẽ ante annos, q̃ ex lege liceat indulgent. Legionibus
quæ ab Antonio ad eũ trãſiuiſſent, tãtundẽ a populo impen-
di debere, q̃tũ uictoribus Cæſar promiſiſſet. Et hæc ex de- Antonius
creto ſtatuentes receſſere. Cũ uero Antoniũ, re ipſa, ut appa- hoſtis indi
ruit, hoſtẽ indicatũ, ac Tribunũ in ſequentẽ diẽ nihil aduer- catus.
ſantẽ intueri datũ eſt, Antonii mater, & uxor, filiuſq́ꝫ adole
ſcẽtior adhuc, aliiq́ꝫ neceſſarii, & amici per uniuerſam no-
ctẽ potentiorꝝ domos pcurrere, illiſq́ꝫ ſupplicare, per diẽ uero
in Senatũ uenire, cũctos moleſtia afficere, & ad eorꝝ pedes
cũ fletu, & eiulatibus ſe proſternere nõ ceſſabãt, nigra ueſte
ante fores acclamantes. Quibus illi exciti ob clamorẽ, aſpe-
ctũq́ꝫ, ac rei nouitatẽ tã inopine factã flecti, mitigariq; cœpe
Huius rei cauſa pauefactus Cicero, Senatũ in hunc modum
allocutus eſt. Quæ circa Antoniũ cognoſcenda fuerat Patres Ceeronis
cõſcripti heri abũde percæpta ſunt a nobis, Quibus enim ho oratio.
ſtes eius honorauimus, hiſipſis eũdẽ hoſtẽ indicauimus. Saluiũ
uero ſolũ impedimentũ quoddã obiectũ nobis, uel inter om-
nes omnino prudentiorem iudicare neceſſe eſt, uel amicitia

cõmotũ, uel præſentiũ potius rerũ ignorantia hæc efficere. Ex quo turpiſſimũ nobis indico, ſi omnes unico homine, & hoc quidem Saluio indoctiores habeamur, aut reipublicæ beneuolentia ſupior nobis ſit, q̃ præſentiũ ignorãtia maxime laboret. Mihi quidem, cõſulibus ante ipſum, ac prætoribus. Tribuniſq; collegis eius, fides uidetur adhibẽda, cæteriſq; Senatoribus qui tot in hoc ordine, & dignitate, & numero, per ætatẽ quoq;, & experientia, longe Saluio, Antonium magis norũt. Eſt. n. in iudiciis publicis, & cauſis, id plurimũ quod iuſtũ eſt. Verũ ſi denuo cauſas intelligere neceſſe eſt, breuiter expediã, & quæ principaliora ſunt memoriæ ſubiiciã. Defuncto Cęſare pecunias publicas ſibi uẽdicauit Antonius. Macedoniæ deinde adminiſtrationẽ a nobis ſumens, in Celtas ſine cõſenſu noſtro profectus eſt, exercitũ cõtra Getas ſibi traditũ, eorũ loco in Italiã cõtra nos inuexit. Hæc utraq; in nos ad inſidias expoſtulãs, cum adipiſci non poſſet, per ſeipſum nactus eſt. Cohortẽ regiã in Brunduſio ad cuſtodiã ſuã delegauit, ita ut ipſum palam ferro accincti intra urbem circũſtarent homines, & noctu ſublatis ſignis cuſtodirent. Eduxit deinde a Brũduſio exercitũ alium ad omnia promptiorẽ in urbẽ, cum ad ea aſpiraret, quæ Cæſar cõcupiſſet, uerũ a nouo Cęſare cum exercitu alio præuentus, ac timore correptus, ad Celtarũ prouinciã ſe cõuertit, ueluti cõmodiorẽ in nos habiturus aditũ, quoniã Cęſar eo ex loco, & ipſe cõtra nos inuectus, nobis imperauit. Exercitum p̃terea ad hęc terrefaciẽs, ut ad omnẽ iniuſtitiã, & crudelitatẽ eius adhæreret, ſorte delectos morte mulctauit, cum nec ſeditionẽ excitaſſẽt, non cuſtodiã, aut ordinẽ in bello reliqſſẽt. Quibus etiã militaris lex ſic ſe habẽtibus, punitionẽ quandã ſolet diffinire. Ex his pauci maximis ſolũ in p̃iculis,

Crimunũ obiectio.

& caſibus, neceſſitateq; uiſi ſunt. Hic autem ad uocē, & riſum ciues ad mortē deduci imperat, mortē in quā non deprehenſorū, ſed electorū potius. Itaq; q potuere ab eo diſceſſerunt, quos ueluti benemeritos heſterna die donis exornauimus. Quibus aūt diſcedere non licuit, hi ſunt, qui timore ducti cum illo latrocinātur, & hoſtiū in modū prouinciā noſtram inuadūt, & exercitū noſtrū, ac ducem obſidēt, Et cui nos, ut prouincia Celtarū moraretur pſcripſiſtis, eum Antonius exire iubet. Verū igitur nos Antoniū hoſtem iudicauimus, an Antonius ipſe hoſtiliter nos aggreditur? & Tribunus noſter hæc adhuc uidetur ignorare, quoad Decimo deuicto prouincia tam ingens, & nobis finitima & ultra prouinciam Decimi exercitus, contra ſpes noſtras, Antonio acceſſerit. Tunc quidē, ut uidetur Tribunus eum hoſtē iudicabit, cum nobis potētior longe extiterit. Hæc cum peroraſſet Cicero, amici eius tumultu excito, neminē in cōtrariū dicere ſinebāt, donec Piſone aſſurgēte, reliquus Senatus, eius reuerētia cōmotus ſilentiū tenuit, unaq; Ciceronis amici ſiluere. Tūc Piſo ita fari orſus eſt. Lex qdē (patres cōſcripti) reū audire admonet. Audite itaq;, & pro eo reſpōdentē iudicate. Potētiſſimū qppe ad perorandū Ciceronē adeſſe poſtulat, qui pſente Antonio, accuſare non audet, abſente uero eo crimina nō ceſſat afferre. Ego maxima ex oibus, & quę ambigua ſunt facile tranſiliēs, breuibus ea falſa eſſe oſtēdā. Pecunias Antoniū publicas, poſt Cęſaris necē, ſibi uēdicaſſe dicit, lege furem eum, non hoſtē decernēte, & pœnā illi dāni ſtatuēte. Cum Brutus Cæſarē interemiſſet, & in populo de his palā cōqueſtus eſſet, quoniā Cæſar pecunias abſtuliſſet publicas, & ęrariū nobis inane reliqſſet, Antonius paulopoſt eas igri debere ſtatuit, nobis ſnia eius approbātibus, & pu

Elegās cōfutatio.

Piſo.

Subdola Piſonis oratio.

Lex furti.

blice idipſum proclamari facientibus, præmiũ quoq; his, qui indicaſſet, decimã omniũ pollicentibus. Itaq; ſi quis Antoninum de his accuſare pergit, in duplo eaſdẽ nobis perſoluemus. Et hæc de pecuniis abunde dicta ſint. Celtarũ autem prouinciã minime nos Antonio decreuimus, uerũ populus ex lege ſibi contulit, Cicerone aſſidente, quo more, & alia plærũq; aliis tradidit, & hanc ipſam prouinciã olim Cæſari conceſſit. Pars itaq; legis habebitur, Antoniũ prouinciã ſibi aſcriptã depoſcere, ac Decimo non parenti inferre bellũ, & exercitũ nondũ aduerſus Getas motũ, in Celtis contra eum, qui ſibi obſiſtat inferre. Verũ Cicero Decimũ nequaq̃ hoſtẽ eſſe exiſtimat, qui contra legẽ armis obluctatur. Antoniũ uero hoſtẽ eſſe putat, qui pro lege bellũ gerat. Sin legem eam damnat, eos uiciſſim, qui legem tulere condẽnet neceſſe eſt, qui tamen dehortandi fuerant non autem contumeliis inſectandi, neq; prouinciã Decimo cõmittendã eſſe, conſulere debuit, quem populus ob Cæſaris necem expuliſſet, Antonio uero non cõmittendã eſſe, cui populus eam tradidiſſet. Non.n.bene coſulentis eſt, aduerſus populũ uelle cõtendere, his maxime tẽporibus dubiis atq; periculoſis, neq; obliuioni tradere, quod ad populũ in primis ptinet, amicos, hoſteſq; diſcernere. Solus q̃ppe ex priſcis legibus populus ipſe imperator eſt, belli, paciſq; tractãdæ, quorũ nihil populus nobis edixit, aut impoſuit, præfecto aſſiſtente. Cæterũ nõnullos ex militibus occidit Antonius, cum imperator eſſet, & a nobis ex decreto conſtitutus. Nullus certe imperator huiuſmodi iudicium ſubiiſſe noſcitur. Non.n.utile nobis leges putauere, imperatorẽ militibus in iudicio eſſe obnoxium, nec inſuper æquũ fore, ſi quod in bello conſtitutũ eſt, id ab ullo negligatur, ob quæ etiam qui uicere nõnunq̃ interẽpti ſunt, nec in

eos, qui ſuppliciũ ſumpſere quiſq; inuectus eſt, nec in pſenti cognatus quiſpiã aut neceſſarius, ſed Cicero ſolũ queritur, & necem eorũ improbãs honorũ loco, qui interfectoribus impendi ſolent, Antoniũ cõmunẽ hoſtem decerni iubet. Antonii uero, quẽadmodũ exercitus nullo ordine turbatus ſit, & imperatorẽ ſuũ contempſerit, ſatis indicãt duę legiones, quæ ab eo perfugere, quas uos cum eodẽ militare decreuiſtis, nunc præter militarẽ legẽ ab eo transfugæ, non ad uos ſed ad Cęſarẽ uenere, quod Cicero ſimul cõmendauit, & ex publico mercedẽ heri dari pſuaſit, ne uos id exemplũ aliquãdo cõturbaret. Iam Ciceronẽ ad inſaniã propria perduxit inimicitia, Antoniũ etiã tyrãnidis accuſat, quod milites ſupplicio affecerit, qui cõtinue inſidias meditati ſunt, qui uero exercitũ curant, puniri non conſueuerũt, nec alium Antonio poſt Cæſarẽ pricipatũ ueluti tyrannicũ potuit obiicere. Itaq; de ſingulis hunc in modũ interrogare eum libet. Quẽ ueluti tyrannus inauditũ occidit. Antonius, qui nũc inauditis in periculo cõſtitutus eſt? quem ciuitate expulit? quẽ ex nobis condemnauit? uel adeo in ſingulos potens, non omnibus ſtruxit inſidias? Quãdo hæc o Cicero fecit Antonius? an cũ actorũ obliuionẽ cõfirmauit? uel cũ neminẽ nece proſecutus eſt? uel cum publicas pecunias inquirendas eſſe cenſuit? uel cum Pompeiũ, Põpeii illius ueſtri filiũ reuocari in patriã, & ex pualico ſubſtantiã illi ſolui pſuaſit? uel cum fictũ illũ Marium inuadens, cæteris inſidias ſtruentem interemit? & ab omnibus uobis eſt collaudatus? Hæc ſolũ propter uos nimiſme reprehendit Cicero? uel cũ de dictatoris magiſtratu aliquem referre, aut decernere prohibuit? uel aduerſum obniſtentes morte mulctãdos cenſuit? Hæc ſunt, quæ p duos mẽſes in Republica egit Antonius, cum ſolus poſt Cæſarẽ urbi

Confutatio in Ciceronem.

p̃fuiſſet, cum modo pcuſſores populus inquireret, modo nos futuroꝝ cura pureret, Quo tẽpore ſi iniquus extitiſſet Antonius, nullum cõmodius ad agendũ fuiſſet habiturus. Verũ nunq̃ in contrariũ impio uſus eſt, an nõ ſolus tunc imperio p̃fuit, cũ Dolobella in Syriã profectus eſſet? Num exercitum in urbe paratũ habuit a nobis traditũ? Num urbis cuſtodiã per noctẽ tenuit? Nũ eam cuſtodiã ob hoſtiũ egit inſidias? Nũ occaſionẽ necis Cæſaris amici eius, & benefactoris habuit, ac populo pgrati? Nũ aliam domũ inuenire potuit cũ hoſtiũ uereretur inſidias? quoꝝ neminẽ occidit, neminẽ urbe expulit, qñimo illis q̃tũ ex honeſtate licuit indulſit, & puincias eiſdẽ datas nulla motus inuidia cõceſſit. Hæc maxima patres cõſcripti, & dubiã in Antoniũ a Cicerone collata crimina perſpicite ex quo ad accuſationẽ diuinationes quoq; adiũgit, ꝙ Antonius exercitũ in urbẽ fuerit adducturus, ſed metu Cęſaris exercitus urbẽ pĩoccupãtis abſceſſerit. Quõ igitur, ſi hoc ſolũ cogitare uiri nobis inimici propriũ exiſtimandũ eſt, eũ q uenerit, & nullo ſigno dato cõtra nos caſtrametatus ſit, non putat hoſtẽ? Quõ igitur ptrãſiuit Antonius? non ad nos acceſſit? Nũqd triginta milia in armis parata ducens, ter mille extimuit, quos inermes nullo ordine circa ſe Cæſar habuit? ad Cæſaris cõciliationẽ dũtaxat aſſiſtentes. Qui cũ primũ bello decernendũ eſſe cognouere, educentẽ eum reliquerũt. Sin aũt cum triginta milibus acceſdere ueritus eſt, quẽadmodũ mille comitatus ad nos uenit? cum qbus Tybur quot ex noſtris miſimus? quot nullo adacti ſacramẽto, iuſiurãdũ illi obtulimus. Quãta Cicero præconia in laudẽ cõſulatus ab eo geſti cõſumauit? Quẽadmodum ergo Antonius ſi hæc intellexit, pignora, quæ Senatus in cõſpectu cõſtituta ſunt, nobis dereliquit? matrem.ſ.

Diuinationes.

Cõfutatio ſubdola.

& uxorē, & adoleſcētē filiū, qui nūc deflent illacbrymātq; & non ea quæ ab Antonio in republica geſta ſunt, ſed potē- tiam inimicoꝶ eius reformidant. Hæc apud uos proferēda duxi patres cōſcripti, ueluti exemplū quoddā Antonii de- fenſionis, Ciceroniſq; mutationis. Bene intelligentibus aūt, hanc ſuaſionē in primis afferā, ut neq̧ in populū, neq̧ in An- toniū qcq̄ inique moliri audeāt, neq; cōmunibus in rebus inimicitias, pīculaq̧ cōferre, ægrotāte republica, & celeri- ter iis, qui opē afferant indigente, & qui prius poteſtatē cō ſtituant in urbe, q̄ qui ab extra ſunt tumultū inferant, quo- uſq; in eam inſurgentibus abūde liceat obſiſtere, & quos li buerit iudicare, et quod a uobis iudicatū fuerit pficere poſ- ſitis. Quō igitur hæc erunt dicet qſpiā? Si Antoniū ad oc- caſionem, aut gratiā populi Celticā ſinemus habere prouin ciam, Decimū cum tribus quas habet legionibus huc euo- cabimus, & uenientē in Macedoniā mittemus, legiones re- tinentes, & duas, quæ ab Antonio receſſere, pariter nobis uendicabimus, quēadmodū dicit Cicero, & has a Cæſare in urbem accerſemus. Sic quinq̧ legionibus nobis aſſiſtentibus cui uiſum fuerit ex decreto cōfirmabimus, ad nullius homi nis ſpes inhiantes. Et hæc a me ſine inuidia, aut ambitione audientibus dicta ſunt. Pro his uero, q incōſiderate, ac teme re ob domeſticas inimicitias, aut cōtētiones in nos tumultū excitāt, iudices dēpcor, ut neq; celeres nimis ſint, neq̧ præ cipites in uiros magnos, & exercituū duces præpotētes qcq̄ agere, ne ue inuitos in bellū attrahāt, ſed Marcii Coriolani, eorūq;, quæ a Cæſare nuꝑ geſta ſunt uelint reminiſci, quē exercitū uiciſſim adducētē, et fœdera uobiſcū facta ꝑtēdētē ꝑcipitāter admodū hoſtē iudicātes re ipſa hoſtē fore coegi- ſtis. Parcite populo, q pauloāte i ꝑcuſſores Cæſaris inuectus ē

Verba ſanctiſſima.

Piſonis ſen tētia.

Cōtra Ci- ceronē.

Marcius Coriolanus.

neq; ad cõtumeliã eius ꝓuincias gẽtiũ his impẽdere uelitis, nec Decimũ laudibus extollere, q̃d populi legẽ deſpexerit, Antoniũ hoſtẽ iudicare, q̃m Celtas a populo ſuſcepit. In q̃bus bene cõſulentes neceſſe eſt pro his quæ feſellerũt adhibere animũ, cõſules uero ac Tribunos plures periclitantibus rebus publicis apponere. Sic Piſo pro Antonio elocutus eſt, cõuiciis ſimul, & pauore eos incitãs, quẽ aperte cauſam fuiſſe aſſerũt, quod Antonius hoſtis minime iudicatus ſit, non tamen ut Celticæ p̃eſſet obtinere potuit, nam id ipſum percuſſorũ cognati atq; amici timore ducti prohibuere, ne depoſito bello in pcuſſores aliquãdo inſurgeret Cæſari cõciliatus. Quãobrẽ Cæſarẽ Antoniũq; inuicem cõtendere placuit. Antoniũ quoq; Macedoniã aſſumere Celtarũ loco decreuere. Cætera alia mandata ſeu temere, ſeu cõſulto. Ciceroni reſcribenda, ac legatis tradenda cõmiſere. Ille ſententia prolata in hũc modũ ſcripſiſſe dicitur. Antoniũ cõfeſtim Mutina diſcedere, Decimo Celticã cõcedere prouĩciã, quæ intra Rubiconẽ amnẽ, qui Italiã a Celtis diffinit, ſita eſt. Data eſt dies ad hęc præfinita, in qua Senatus omnia ad ſe referret. Sic ambitioſe admodũ ac minus uere mandata Cicero uidetur cõſcripſiſſe, nõ ulla quidẽ inimicitia, quæ tanta illi cum Antonio ſuberat. Uerũ fortuna quadã ut apparet publica ad mutationẽ impellente, Ciceroniq; inſidias iam abinde præſtruente, cum iam Trebonii reliquiis allatis, cõtumeliæ in eum illatæ, certior Senatus, haud difficulter Dolobellã hoſtem indicaſſet, legati ad Antoniũ miſſi, cum ob mandatorũ alienationẽ uehementer erubeſcerẽt, nihil locuti ſunt, uerum Antonio mandata tradiderũt. Antonius ira cõcitus, multa in Senatũ, multa etiam in Ciceronẽ protulit, potiſſimũ ſe admirari dicens quod Cæſarem, qui principatũ maxime adauxerat,

Rubicõ fluuius.

In Ciceronem Fortuna.

Antonius iratus.

adduxerat, tyrannũ, ac regem putauiſſet, Ciceronẽ uero non putarent, quem Cæſar bello cœpiſſet, nec tamen occidiſset. Is aũt percuſſores amicis eius ꝓtuliſſet, & Decimũ olim Cæſari amicũ odio inſectatus eſſet, nũc aũt necis eius participem diligeret, & illi qui poſt Cæſarẽ a nullo Celtas ſuſcepiſset, ope aſſiſteret, Sibi uero qui a populo eam prouinciã cœpiſſet, inferret bellũ. Legionibus etiã quæ ab eo trãſfugiſſent, honores tribuendos eſse decreuiſſet. His aũt, qui cũ eo reſtitiſſent, minime decerneret, & militiã nõ ſolũ apud eum, ſed in urbe corrupiſſet, Percuſſoribus porro obliuionẽ cõceſſiſſet actoꝝ, quã ego inqt cõfirmaui, & ob id duos inſignes uiros Antoniũ. ſ. ac Dolobellã hoſtes iudicandos eſse cenſet, quoniã quæ nobis data & cõceſſa ſunt habemus. Hęc .n. uere cauſa eſt. Nam ſi a Celtis inquit abeã, neq; hoſtis, neq; monarchicus dicar amplius. Hæc aũt teſtor me obliuionẽ haud quaq̃ gratam ſoluturũ eſſe. Huiuſmodi plurima effatus Antonius, reſponſum decreto in hũc modũ præbuit. Senatui ueluti patriæ in omnibus ſe obſecutuꝝ eſſe, Ciceroni uero q mãdata ꝑſcripſiſſet ita retulit. Populus mihi Celtas ex lege tradidit, ego Decimũ legi nõ parẽtẽ a Celtis amouebo, & necis cauſas repetã ab omnibus, ut & Senatus hoc odiũ aliquãdo euomat, quo Ciceronis cauſa repletus eſt, qui Decimo auxiliatur. Hæc Antonius cum dixiſſet, ſubito reſcripſit, ac Senatus ſtatim eum hoſtẽ iudicauit, omnẽq; cum eo exercitũ, niſi ab illo diſceſſiſſet. Macedoniæ, & illirici nationibus, & utriuſq; exercitibus, Marcũ Brutũ ꝓſidere uoluit, donec rempublicã meliorẽ im ſtatũ cõuertiſset. Ille igitur proprio iam fultus exercitu, ab Apuleio partẽ acceꝑat, Naues ad hęc longas onerariaſq; in unũ cõduxerat, pecuniasq; uſq; ad ſex & decem milia talentoꝝ ſummã coegerat

Sagax Antonii reſpõſio in Senatum, & Ciceronẽ.

Antonius hoſtis iudicatur.

armoꝝ quoqꝫ ingentem numerũ, qui in Demetriade a Caio Cęſare iãpridem cumulata inuenerat quibus omnibus ut ad patriæ utilitatem uteretur, Senatus ex decreto cõfirmarat. Caſſio etiã Syria Senatu tradita, mandatumqꝫ ut Dolobellæ

Bellũ i Dolobellam.

inferret bellũ. Alijs quicunqꝫ prouincias, aut Ramanoꝝ exercitus ab Ionio mari uſq; in orientem continerent, edictũ, ut Bruto Caſſioq; parerent. Itaqꝫ qui circa Caſſium fuerant, ceteri impetu in bellum prodiere. Quæ ſingula Cęſar animaduertens magna trepidatione fluctuabat animo. Geſtoꝝ nempe obliuionẽ cõdecẽtiã quandã humanitatis in eos arbitrabatur, ac cognatoꝝ miſericordiã erga uiros, qui ſimili honore tenerentur, & has breues ad tempus dignitates eis traditas, ad eoꝝ ſecuritatẽ pertinere. Sic Decimo Celtas eos cõ-

Dolobella hoſtis iudicatus.

firmaſſe, ut Antonio notã tyrãnidis inurerent, Qua ſimulatione & ipſum in Antoniũ educerent, Dolobellã hoſtem iudicatũ, quod ex percuſſoribus unũ occidiſſet, Bruto, & Caſſio prouincias ad populoſiores nationes datas eſſe, Exercitus plurimos ſumma celeritate illis additos, Pecunias inſup collatas eſſe, & ducũ qui ultra Ioniũ mare incolunt, duces eos & principes effectos. Et ea omnia ad Põpeianarũ partiũ in-

Sagax Cæſar.

crementũ clare pertinere, Cæſaris partes ad nihilũ deduci. Huiuſmodi itaq; artẽ, quæ in eũ ueluti adoleſcentem fabricaretur animaduertẽs, imaginem quendã, & inſidias ipſis apponentibus, & ueluti ducẽ in Antonium declarãtibus ut re ipſa exercitũ ab illo eriperẽt, ſuſpectũ habuit. Cõſulibus nẽpe una malitantibus, nihil duce aduerſum cõtendẽte opus eſſe, Solis honores ab Antonio ereptos ex decreto uẽdicãtibus, Se aũt nulla gloria militaturũ apud eos. Poſtremo bellũ omne in infamiã eius deciſurũ eſſe, Senatũ ſua opera aduerſum Antoniũ uti uelle, qd uires eius cõtriuiſſet. Hæc intra ſe medita-

tus nulli pateſecit, uerum ſacris pro imperio ſibi tradito rite peractis, his uerbis exercitũ allocutus eſt. Hæc.n.mihi a uo-bis nõmodo nũc cõmilitones, ſed ex quo imperiũ mihi tra-didiſtis, collata ſunt. Nam & Senatus ueſtri gratia hæc ipſa cõtulit, ut intelligatis me hoꝝ cauſa ad gratias uobis reddẽ das eſſe obnoxiũ, quas ſi diis bene iuuantibus feliciter age-mus, abũde referã. Sic ille exercitũ propriũ cõfirmans eduxit agmen. Cõſulũ alter Panſa per Italiam exercitũ cogebat. Ir-cius aũt copias cũ Cęſare partitus eſt, & ut a Senatu ſecre-to illi iniunctũ fuerat, impatiendo legiones duas ab illo pe-tiit, quæ ab Antonio ad eũ tranſfugerãt, ſatis cõſcius ex om-ni exercitu has potiores eſſe in bello. Quæ uniuerſa Cæſar facillime cõceſſit. Diſtributis inuicẽ copiis in hiberna ſimul cõceſſere. Finiẽte hyeme Decimus iã fame laborabat. Ircius & Cæſar Mutinam propius caſtra mouent, ne deficientem Decimi exercitũ Antonius ſibi uendicaret. Vrbe diligenter cuſtodita ab Antonio. Panſæ milites nequaq̃ cum illo iniere bellum, imperatorem expectantes, Equitum pugnæ frequen-ter inter eos fiebant, & quanq̃ multitudine equitum ante-celleret Antonius, campi tamen difficultas, qui interlabente fluuio foſſis præpediebatur, auaritiam multitudinis eorum defraudabat. Hæc igitur circa Mutinam agitabantur. Ro-mæ uero cum conſules abeſſent Cicero ad ambitionem ge-rebat omnia. Nam conciones aſſidue aduocabat. Arma etiã opificibus ſine precio coactis præparabat, Pecunias in unũ cumulabat, & grauiora onera Antonii neceſſariis, atq; ami-cis imponebat, quæ illi calumniã euitantes prompte confe-rebant, donec Publius Ventidius qui cum Cæſare una mi-litabat Antonii amiciſſimus, Ciceronis acerbitatẽ haud ferẽ dã ratus, ad Cęſaris colonias pfectus eſt, ueluti notior apud

Mutiæ obſidio.

Cõſulibus abſentibus Romę gd.

omnes, ac duas ad Antoniũ legiões eduxit, Ciceronẽ quoq; in urbe cõprehendere tentauit. Ac tunc ſtatim tumultus ingens exortus eſt, ita ut multi uxores & filios trepidatione moti ex urbe educerent, & Cicero ex urbe una aufugeret. Quæ Ventidius intelligẽs ad Antoniũ cõuertit iter. Intercluſus deinde a Cæſare, & Ircio in Picenũ ſe cõtulit, & legionẽ aliã in unũ cõgregãs euentũ rei intentus expectabat. At uero qui circa Cæſarũ fuerant, Panſam cũ exercitu appropinquare ſentientes, Carſuleiũ ad illũ mittũt qui prætoriam Cęſaris cohortẽ, ac legionem Martiã deduceret, quo illi per anguſta trãſeũti afferret opẽ. Antonius ãguſtias locoꝝ haud multifaciens quaſi nihil amplius q̃ ab acceſſu eos eſſet prohibiturus, & pugnæ ductus deſiderio, cũ equitatu anteiret, per campũ paluſtrẽ, & foſſis præpeditũ duas ex pręſtantioribus legiones in occulto collocat uerſus iter, quod anguſtũ & manu factũ utrinq; ex parte arũdinibus circũſeptum aderat. Carſuleius cũ legione Martia, anguſtiis locoꝝ per noctẽ ſuperatis, orta luce Martialibus ſolis ac cohortibus quinq; comitatus iter manu factũ, quod hoſtibus uacuũ inſpiciebatur ingreſſus eſt, Dũq; paludem utraq; ex parte perſcrutatur, arũdinũ quippe ſtrepitus ſuſpitionẽ illi iniecerat, ſtatim clypeos, galeaſq; per arundines emicare uidet, & prætoria Antonii cohors ipſis ſubito a fronte aſtitit. Martiales omni ex parte circũuenti, nec ullo ex loco decurrere potentes, eos, qui aderant nouiter electos nullã laboris partem ſubire admonent, utpote q illos ob inexperientiã minime perturbare uellent, ac prætoriæ Antonii, prætoriã Cæſaris cohortẽ oppoſuere. Ipſi in duas diuiſi acies, utrãq; legionẽ aggreſſi ſunt. Et uni quidẽ parti Panſa præſidebat, alteri uero Carſuleius, cumq; binæ paludes imminerẽt, bina inteꝝ eos reſultabãt prælia,

& in arctis cõſtituti neutiq̃ ſe diſcernere poterant. Et circa tranſitũ prætorię cohortes bellũ aliud inter ſe gerebãt. Mẽs quippe Antonii militibus fuit ex Martialibus ueluti trãſfugis, & ipſoꝝ proditoribus uĩdictã ſumere. Martialibus aũt ob ſuſpitionem, qua iãpridem in Brũduſio corrupti fuerant, ſe de ipſis ulciſci uelle, & cũ uiciſſim, quod fortiſſimũ foret, utraq; in acie adeße noſcerent, facile eo opere bellũ diffiniri poſſe putabant, Illis porro uerecundia aderat, ſi duæ legiões ab una uincerentur. His uero cõtentio quædã honoris, ſi una dũtaxat ambas oppreſſiſſet. In hũc modũ acriter inter ſe pugnabãt, ira magis ac cõtentione mutua graßantes, quem odio imperatoꝝ, cũ id opus ꝓprium eße exiſtimarent, ob experiẽtiam uero rei militaris, neq; clamoré ædidere, quaſi nõ mutuo ſe ꝑcuterent, neq; in certamine quiſq̃ emiſit uocem, ſiue uincens, ſiue uictus. Cũq; trãſitus nullos haberent, aut excurſus, inter paludes, foßaſq; cuneatim cõſiſtebãt, neq; alter alterũ propellere potẽtes, enſibus ueluti in agone cõplexi depugnabant, nulli ictus fruſtra emiſſi, uerum uulnera, mortes ſuſpiriaq; pro uoce reſonabãt, cum ꝗ cecidißet cõfeſtim leuaretur, & alter eius loco opponeretur, nulliſq; ſuaſionibus. aut adhortationibus opus eßet, ſed quiſq; ab experiẽtia ſibi eſſet imperator. Cũ uero diu multũq; laboraßent, ut in luctationibus mos eſt, ad reſpirandũ permodicũ, ſibi mutuo auxilia prębebãt, nec ulla interiecta mora ad pugnã denuo, bellumq; redibant, Pauor ingens obiiciebatur nuper electis ad bellum aduentantibus, huiuſmodi facinora, qua tanto ordine ac ſilentio fierent intuentibus. Cũctis itaq; in hunc modum ſupra naturã humanã laborantibus, cohors, Cæſaris prętoria ad unũ cõciſa eſt. Martiales quicũq; ſub Carſuleio depugnabant, potiſſimũ ſibi aduerſos propulerũt, non turpiter, uerum

Verecundiã ac honorẽ auẽs de.

Magnanimi uiri.

Cædes p̄toriæ cohortis Cæſaris.

Vulnera- ſenſim pugna decedentes. Atqui ſub Panſa fuerant eundē pœ-
tur Pāſa. ne modum conſeruabant, ſuſtinebantq; fere ab utraq; parte
Fuga exer æqualiter, donec ſagitta per ilia confoſſus conſul. Bononiam
citus Pāſæ. delatus eſt. Tum uero, qui cū illo ſteterant, primū pedem re-
tulere, demū terga uertentes arripuere fugā. Quod intuen-
Torq̃tus tes ii, qui nuꝑ uenerant, nullo ordine in fugam abeunt, ma-
quæſtor. gnoq; clamore ad uallū ſe proripiūt, tunc quidē a Torquato
queſtore præparatū, cū perſeuerante adhuc pugna neceſſa-
riū fore exiſtimauiſſet. Ad eū igitur nuper electi magno im-
petu uertere greſſum. Itali Martialibus in unū mixti. Cæte-
Strages ab rum eadē natio ad tantā uirtutē plurimū ob exercitationē
Antonio. inter ſe differt. Martiales ob ruborē minime uallum ingreſſi
Ircii uir- ſunt, uerū in cōſpectu eius conſtiterunt, deſeſſiq; impetū ſi q̄s
tus. inſurgeret, ad extremū belli finē perferre uidebātur. Anto-
nius a Martialibus ueluti bellicoſiſſimis ſe cōtinuit. His uero
qui nuper uenerāt inſurgēs magna ſtrage eos ꝑculit. Ircius
Mutinæ ꝑcepta clade, per ſexaginta ſtadia lōge diſtās, cū re
liqua q̄ ab Antonio fugerat legione, curſu in eū ferebatur. Iā
ſol ad occaſum uergebat, & Antonii milites uictoria potiti,
cū cantu in caſtra ferebātur, ꝗbus inordinate ꝓdeuntibus. Ir-
cius inopinus affuit, integra legione & inuicta conſtipatus.
Illi igitur ex neceſſitate cōfeſtim in ordines ſeſe referunt, ac
multa & ſplendida rei militaris opera ediderūt. Cæterū q̄q̄
potentes, labore oppreſſi ꝓſternūtur, quoꝝ tamē maior pars,
Ircii manu confecta eſt, licet eos minime inſequeretur. Verū
Profliga- paluſtrium locourm metu, inſurgente nocte ſeipſos diſſolue-
tur Anto- runt. Ex his paludes magna ex parte referte ſunt, armis. ſ.
nius ab Ir cadaueribus, & ſemiſpirantibus adhuc uiris, uulneribuſq;
cio. oppreſſis. Qui uero integri ſuꝑfuere, cōtempto labore, equis
diſcurrentes, quoſcūq; ex Antonii exercitu inuenerant, nocte

tota in unũ colligentes, quoſdã eorum loco, alios cũ ipſis in equis ſtatuere, & qui a tergo inſequebantur circũcurrere, & ſibi auxiliari, ſalutiq́ꝫ propriæ adeſſe monuere. Sic Antonio feliciter pugnanti, uirtus omnis ſupueniente Ircio confracta eſt. Manſit itaq́ꝫ iuxta cãpũ in uilla quadã nullo circũſeptus uallo, quæ Celtarum forũ, ſeu uilla nũcupatur. Cecidere prima in pugna, ad dimidiã fere partem ex utraq; exercitu. Prætoria Cæſaris cohors integra cõciſa eſt. Ex Ircii militibus pauci interiere. Sequenti die Mutinã cũ copiis rediere oẽs. Erat animus Antonio poſt acceptã tam inſignem ſtragẽ, nil ulterius integris moliri uiribus, neq́ꝫ ad ſe inſurgentibus obuiã prodire, ſed ſolis equitibus cõtinue eos per diẽ aggredi, donec Decimus extrema fame fatigatus, ſe ultro traderet. Ircius uero, & Cæſar ob id maxime in pugnam prodire duebant. Inſurgentibus ipſis, cũ Antonius ſe in caſtris contineret, ad aduerſam Mutinæ partem, quæ ob aſperitatem loci minus cuſtodiebatur, ſe ambo tranſtulere, ut totis conatibus per uim ingrederẽtur urbẽ. Tum uero Antonius ſolis equitibus ad pugnã proceſſit. Repellentibus illum hoſtibus, equitũ pariter auxilio, ac reliquo accedente exercitu ad ea, quæ cõcupierant loca, ueritus Antonius ne urbe potirentur, duas legiones in prælium educit. Illi gauiſi confeſtim reuertuntur, pugnamq́ꝫ ineunt. Cæterum Antonio legionem aliã ab exercitibus aliis ciente, cum ueluti in re ſubita, & longe diſtracta moraretur. Cæſar uictoriam adeptus eſt. Ircius in Antonii exercitum ulterius progreſſus, dum ad prætoria caſtra depugnarent, tandem confoſſus in bello cecidit. Eius corpus mira celeritate præueniens Cæſar ab hoſtibus eripuit, exercitumque continuit, quoad pauco poſt Antonium repelleret. Noctem itaque in caſtris

Initur denuo pugna

Cæſaris uictoria.

Mors Ircii cõſulis.

peruigilem duxere ambo Antonius hac ſecūda pſtratus clade,cōſeſtim amicos in cōſilium conuocat.His prima ſententia utendū uidebatur,ut Mutinā obſidione premeret,nec pugnā ulterius iniret,cladē ambobus eſſe parē,Irciū interiſſe,Pāſam ex uulnere periclitari adhuc ipſos equtibus longe praecellere,Mutinā ad extremā decidiſſe famē,ac ſtatim in deditionē puēturā eſſe. Hæc ab amicis Antonio cōſulebbātur, & erāt q̄ pponebātur optia,uerū deo aliquo mēte eius cōturbante timore correptus eſt, ne Cæſar quēadmodū anteacta die urbē aggreſſus introiret,aut ipſum uallo,foſſaq; præclu deret,operarioꝝ copia abūdans,Qua in re equitatū parum utilē ſibi arbitrabatur eſſe.Deſpicient me inquit Lepidus,ac Plācus bello ſuperatū.Sin ex Mutina diſcēdā,Vētidius confeſtim ad nos ueniet,tres ex Piceno legiones ducens.Lepidus inſuper,& Plācus fortiſſime nobiſcū depugnabunt.His dictis nō utiq; in periculis timidus,ac cōtemnēdus uir ſubito ſurrexit,& ad alpes celeri curſu ſe pripuit.Decimo ab obſidione liberato,timor Cęſarem inuaſit,Cōſulibus nempe e medio ſublatis,eū uelut hoſtē formidabat, Pōtes igitur fluminis ante diē diſiecit oēs. Ille caduceatoribus ad Cæſarem præmiſſis,ſalutis ſuæ auctorē teſtatus eſt,petiitq; quoniā fluuiū in medio haberet ad colloquiū accedere una uellet.Ex quo teſtimonio ciuiū profiteretur ſe fortunæ iniquitate ad cōſpirādū in Cæſarē prolapſum eſſe,aliis ipſum inducentibus.Cęſare poſtulationibus eius cū ira reſpōdente,& gratiam,q̄ illi ſe debere Decimus aiebat,reſpuente. Nō enim inquit Decimū ſaluaturus huc acceſſi,ſed oppugnaturus Antoniū, cū quo cōciliari nō impiū mihi fuerit.Decimi uero in cōſpectū aut ad colloquiū uenire,minime ab ingenio pati poſſem.Saluet ille ſe,quoad iis q in ciuitate ſunt uidetur æquū. Cū ad Decimū

Lepidus. Plancus. Vētidius.

Caduceatores ātē de Decimi ad Cęſarē. Irata Cæſaris reſpōſio caduceatoribus Decimi.

relata eſſent, ſtabat.n.non longe a fluuio, Cęſarē uocare cœpit, & ut Senatus literas inſpicere uellet deprecari, q Celticæ adminiſtrationē ſibi cōceſſiſſet, uetuitq; abſentibus cōſulibus pertranſire amnē, & in alienā prouinciā excurrere aut in Antoniū cōferre ſigna, ſe.n.ad eum perſequendū abūde eſſe. Illū itaq; ad tantā audaciā a Senatu concitū, cum ſine mādato intercipere adhuc poſſet omiſit, & ad Panſam Bononiā uerſus iter capiens. Senatui de omnibus quæ geſta erant ex ordine pſcripſit. Idem & a Panſa factū eſt. Eas literas Cicero Romæ in populo ueluti a cōſule ſcriptas recitauit. Cæſaris uero in Senatu dūtaxat publicari iuſſit. Supplicationes ob res in Antoniū geſtas quinquaginta dierū anniuerſarias Senatus habēdas cēſuit, quot nec unq̄ bello Celtico aut aliis in prælijs decreuere Romani. Conſulū exercitus Decimo cōceſſus, q̄q̄ ſuperſtite adhuc Panſa, cæterum deſperata ſalute eius, imperatoreq; Antoniū ſolū decreuere. Vota etiā publice ſuſcepta ſunt, ſi Antoniū Decimus opprimeret, tanto in Antoniū odio, & inſolētia ferebātur omnes. Cōfirmata porro duabus legionibus præmia, quæ ab Antonio perfugerant, ſingulis uidelicet militibus, quæ pollicita olim fuerant ex publico dragmæ quinquies mille, quaſi uictoribus, conceſſumq; ſolennibus diebus corona florida uti poſſe. In decretis uero nihil de Cæſare relatū eſt, neq; nomen omnino additū. Sic ſtatim cōtemptui habitus eſt, ueluti debellato penitus Antonio. Scriptū p̄terea Lepido, & Plāco. Aſinioq; Pollioni, ut cum Antonio proximi forent, cum illo depugnarent. Hæc igitur Romæ agitabātur. Panſa interim ex uulnere morti proximus, Cæſarem ſibi aſſidentē his uerbis allocutus eſt. Ego parenti tuo non ſecus ac mihi amicus fui. Cui cum interficeretur opem minime afferre potui,

Cōfirmatio p̄miorū legionibus, quę ab Antonio pfugerant.

neq; pluribus aduerſari licuit, quibus, & tu prudentiſſime obſecutus es, & ſi exercitum haberes. Veriti itaq; illi te, ac Antoniũ ad Cæſaris ſententiã procliuẽ, contentioſumq;, amborũ diſſentione lætati ſunt, quaſi in unũ periclitantiũ uires proprias. Cum aũt te exercitus dominũ intuerentur, modicis quibuſdã honoribus, honeſtiſq; ſimulatiõe uſi, ueluti adoleſcentẽ decipere tentarunt. Demũ honore adauctũ, clarioremq; cernẽtes, cum magiſtratũ ſub exercitu tibi traditũ minime admitteres turbati ſunt, & te nobiſcũ ad prœliũ pratorem ſtatuerũt, ut duas legiones, quæ cæteris exercitatiores apud te fuerant, ipſi eriperemus, ſatis ſiſi ſi ex nobis unus uinceretur, reliquũ infirmiorẽ, ac unicũ tandẽ futurũ eſſe, Eoq; modo Cæſaris potentiã bello profligãtes, Pompeii in maius adaucturos fore. Hoc illis totius ſentẽtiæ fere caput. Ego & Ircius, quod mandatũ nobis erat adimpleuimus, quo ad reprimeremus Antoniũ ſuſpitione laborantẽ. Hunc igitur bello ſuperatũ, ut tibi reconcilies, optimũ putamus eſſe, ueluti ex Cæſaris beneuolẽtia hanc gratiã tibi reddituri, quod unicũ felicitati tuæ maxime conducere in futurũ arbitramur. Hæc quidem pauloante cõſulere haud æquũ fuit. Nunc aũt ſuperato Antonio, defuncto Ircio, & me ab humanis diſcedẽte, in tempore prolatũ eſt, non ut gratiã morienti exhibeas, ſed ut felici ſorte procreatus, ut hæc opera oſtendũt, quæ ad utilitatẽ tuam pertinent, intelligas, & meã, Irciiq; p̃electionẽ pariter, ac neceſſitatẽ non ignores. Exercitũ igitur, quẽ nobis præbuiſti, & quẽ optima occaſione licet reddere, tibi tradimus. Nuper uero electos ſi quidẽ aſſumens continere poſſes, & hos tibi traderemus ſed cum magna moleſtia Senatũ ob id uideantur affecturi, & eorũ principes cuſtodes nobis dati ſint, quæ res inuidiã in te gigneret, & ultra id q̃ ne

Oratio Pãſæ ad Octauiũ Cæſarem.

ceſſe eſſet in maius te extolleret, Torquato quæſtori prius aſſignabimus. His dictis cum eos Torquato tradidiſſet, ceſſit e uita, quos ille, ut a Senatu mandatũ fuerat, Decimo cõceſſit. Ircii, ac Panſæ funeris adornata donis Cæſar Romã ut humarentur corpora deferri iuſſit. Eadẽ tempeſtate circa Syriam, ac Macedoniã res hunc in modũ fere ſe habebant. C. Cæſar cum per Syriã proficiſceretur legionẽ in ea dereliquit iam tum in Parthos meditatus bellũ. Huius cura Cecilio Baſſo mandata fuerat. Iulius aũt Sextus adoleſcens adhuc Cæſaris affinis, atq; cognatus, legionis dignitatẽ, & nomen obtinebat, quã ut in deliciis uacantẽ hinc inde fœdiſſime ducebat. Qua de re cum Baſſus quereretur, contumeliis eum adorſus eſt, & poſtremũ omniũ illum appellans, cũ tardus pareret quoſdã eum cõpellentes duci iuſſit. Tumultu ædito, cum ad plagas uentũ eſſet, exercitus contumeliam ægre ferens. Iulium gladiis confecit. Quod facinus pœnitentia confeſtim inſecuta eſt, & timor Cæſaris. Iure igitur iurando ſanciẽtes, niſi ſi qua fides, aut uenia illis præberetur, ad mortem uſq; depugnare uelle, & ad id Baſſum inducẽtes, aliam collegere legionem, cuius auxilio bellũ gererent. Sic a quibuſdã de Baſſo relatũ eſt. Alii ferunt Libonem Põpeianæ militiæ participẽ, qui poſt cladem in Tyro priuatus degebat, quoſdã ex legione corrupiſſe, qui Sextũ interimerent, ſeq; Baſſo traderent. Vtcunq; fuerit Sextũ certe Mulcum, qui tribus cum legionibus a Cæſare ad eos mittebatur, fortiſſime oppugnarunt, quoad Mulcus Minucium Criſpum, qui Bithyniæ præerat in auxilium uocauit. Is tribus aliis comitatus legionibus, opem allaturus acceſſerat. Cũq; iam Baſſum obſideret, Caſſius celeritate uſus duas Baſſi legiones prius ſibi aſciuit, & quæ Baſſum obſidebant,

Mors Panſæ

Quæ ĩ Syria & Macedõia geſta ſunt.

Cõtumeliæ Sexti Iulii in Baſſum.

Mors Sexti Iulii.

quorũdã amicitiã traditas, ſimul intercepit, qui illi ut pro conſuli ultro paruere. Iam.n.ut p̄diximus a Senatu decretũ erat ut omnes Bruto, Caſſioq; parerẽt. Albinus ad hæc nu per a Dolobella miſſus in Aegyptũ quatuor legiones e pro uincia ducebat, quas e Põpeii clade, Craſſiq; diſperſas, Cleo patra ſub Cæſare collectas retinebat. Hũc igitur nihil ſuſpi cantem, Caſſius in Paleſtina adortus, legiones ſibi tradere coegit, quatuor legionibus aduerſus octo depugnare ueritũ. Sic Caſſius mirũ in modũ duodecim legionũ imperator cõ feſtim effectus eſt, ac Dolobellã cum duabus ex Aſſia pro greſſum, & in Laodiciã ob amicitiã receptũ, ipſe aſſiſtens obſidebat. Qua re p̄cepta Senatus ſumma lætitia elatus eſt. At uero in Macedonia Caius Antonius Marci Antonii fra ter cum Bruto diſſidẽs, bellum agitabat, legionẽ unam ex ciuibus ſecum agens, & Brutũ acie inferior obſeruabat. Bru tus cõtra, ſimulata fuga inſidias illi ſtruebat. nihilq; cõgreſ ſum hoſtiũ euitans moliebatur. Quinimo propriis militibus, ut hoſtes alloquerentur, & amplecterentur edixerat. Recu ſantibus ipſis, neq; huiuſmodi experimentũ admittẽtibus, ex inſidiis tutos permiſit abire. Ad alia deinde itinera proue ctus, ſubito in crepidine quadã emicuit, neq; tamen eos ag greſſus eſt, uerum ſumma hilaritate ſuſcepit. Illi ut ciuibus manſuetiſſimũ, & ea ſapientiæ, & charitatis opinione, quæ ferebatur p̄ditũ intuentes, uiciſſim cõplexi ſunt, & ad eum ſe cõuertere omnes. Caius etiã ſe illi tradidit, fuitq; magno in honore apud eum, donec exercitũ eius plærũq; corrum pens, cum reprehenſus non deſiſteret, tandẽ interfectus eſt. Sic Bruto ultra priorẽ exercitũ ſex legiones acceſſere, Qui in Macedoniã trãſgreſſus, duas alias legiones in unũ colle git. Italoꝝ more depugnantes. Hæc in Syria, Macedoniaq;

Caſſius duodecim legionũ imp̄ator.

Bruti mãſuetudo.

Mors. C. Antonii.

gerebantur. In Italia uero Cæſar Decimū eius loco in Antonium imperatorē electū eſſe ꝑmoleſte ferens, ac iram cōtegens, triūphū pro iis quæ geſſiſſet poſtulabat. Spretus itaq; a Senatu, quod digniora ætate ſua cōcupiſceret, timore correptus eſt, ne profligato Antonio magis adhuc ab eo cōtemneretur & colloquiū cum Antonio efflagitare cœpit, monitis Panſæ, cum uita excederet mēte repetitis. Quoſcūq; igitur ex Antonii exercitu captos apud ſe, ſiue duces, ſiue milites humane ꝑtractabat. Suis quoq; cōceſſerat, ſiqs ad Antonium mittere optaret, quaſi erga illū minime irato eſſet animo. Venditio ꝑterea Antonii beneuolo, atq; amico, quis tres legiones deducebat, cum propius caſtrametatus timorē iniecißet, nihil hoſtile molitus eſt, ſed ut ſecū cōuenire poſſet, uel ad Antoniū cum exercitu tuto redire facile ꝑmiſit, & ſimul cum eo conqueri mandauit, quod inſcitia ductus utilitatē cōmunē poſt habere. Quibus perceptis Ventidius ad Antoniū peruenit. Interea Cæſar Deciū quendā ex Antonii primoribus, circa Mutinā olim captū, in honore penes ſe habebat, Huic cū ad Antoniū, ſi uellet redire cōceſſißet. Ille uero mentē eius erga Antoniū exploraret, multa ſigna bene intelligentibus ad eum miſiße ait, ita ut ignorantibus ne pluribus quidē eßet opus. Hæc Antonio Cæſar innuit. Lepido autem, & Aſinio quid in eoꝝ cōtumeliā, percuſſorumq; elationē actū eßet, ad eoꝝ timorē adhuc clarius expoſuit, monuitq; ne ad Pōpeianæ partis gratiā, ipſi Cæſaris beneuoli, paria Antonio ſingulatim perferre uellent, quę ille ob ignorantiā, ac ſuſpitionē timore ductus ꝑtuliſſet. Laudauit itaq;, ut honeſtatis cauſa Senatui parerent. Cæterū ad propriā ſecuritatē, quoad illis fas eßet, una conſpirarēt. Exprobrarēt hęc Antonio, & ut ſub ſe militātes imitari uellet

Orizo inſequētium malorum.

Spretus a Senatu Cęſar.

Quærit Cæſar reconciliari ſe Antonio

Vētidius Antonio amicus.

admonerent, qui neq; ſe diſſoluerent, aut a militiæ labore
requieſcerent, ne hoſtibus eoꝝ fierent obnoxii, ſed in unum
cõiuncti in alienis habitare cum potẽtiã prius cuperent q̃
Diſſcteria priuatim in patriis eoꝝ degere. Hæc a Cæſare, Aſinio, Le-
Laborabãt pidoq; annũciata ſunt. Interim Decimi uetus exercitus fa-
milites De me cõfectus morbo laborabat, nam militibus uentres pro-
cimi. fluebãt, ita ut nouus impator nullo bello initi poſſet. Huic
Plancus domeſtico ſtipatus exercitu propius acceſſit. Deci-
mus aũt ad Senatũ miſit annunciãs Antoniũ errabundũ, ni
hil q̃ uenationi operã impẽdere. Præparata demũ claſſe, Põ
peiani hæc ipſa intelligentes admiratione elati ſunt. Liber-
tatem patriã nunc ab illis uendicari cõclamabãt ac ſacrifi-
Decẽ uiro cia priuatim ab oĩbus fiebãt. Creationes p̃terea decẽ uiro-
rũ creatio rum ad punitionẽ Antonii magiſtratus inſtitutæ. Ea aũt fi-
nes legũ gura quędã erat abolitionis eoꝝ, quæ Cæſar decreuiſſet. An
tur. tonius qppe nulla a ſe, aut parua quædã, uerũ uniuerſa ex
cõmentariis Cæſaris ædiderat, Quod clare intelligens Se-
natus, nõnulla eoꝝ ex occaſione diſſoluerat. Nam oĩa cõfe-
ſtim demoliri, haud facile ſperabat. Hæc igitur decem uiri
p̃ſcripſere. Siquis qppiã in cõſulatu ſuſcepiſſet Antonii, cõfe-
Põpeiano- ſtim profiteri, & annũciari debere. Cõminationes etiã pa-
rũ ſuaſiões rentibus adhibitæ Decimũ porro Põpeiani in reliquũ anni
ad Deci- tẽpus Panſæ loco, & Ircii, conſulatũ poſtulare ſuaſerũt. Iti-
mum. dem & Cæſar pro ſe petiit, non ad Senatũ, ſed ad Ciceronẽ
priuatim mittẽs, ipſumq; adhortatus eſt, ut una cum eo cõ-
ſulatũ gereret, ut is. ſ. qui ad principatũ ordinandũ, cæteris
antiquior eſſet, & exptior, ſe conſulis nomine dũtaxat cõ-
tentum eſſe; quo honeſtius arma deponeret, quoꝝ cauſa a
principio triumphũ poſtulaſſet. Quibus ex rebus, ob ambi-
tionẽ elatus Cicero, faſſus eſt, p̃ſentire ſe inducias inter duo

ces, qui foris erant machinari, cõſuluitq́ æquũ fore, ut huic uiro obſequerẽtur, qui iniuriis, affectus plurimis etiã magni exercitus eſſet imperator, eũq; pter ætatẽ in urbe cõſulẽ potius admittendũ eſſe, q̃ in armis iratũ experiri ne quid pter Senatus utilitatẽ moliri poßet, Optimũq́ ſibi uideri aliquẽ ex antiquioribus, utpote prudentẽ, quaſi illius adoleſcẽtię magiſtrũ adhiberi. Quibus ex uerbis Senatus, illius ambitione pſpecta, ridere cœpit. Percuſſorũ uero cognati, & amici ueriti ne Cæſar conſul effectus, ſuppliciũ ab illis ſumeret, dilationibus in creatione factis, uariis de cauſis ex lege rem protrahebãt. Antonius interim alpes ſupgreſſus eſt Culeõe ex Lepidi ducibus, qui cuſtodiæ pẽrat, ut ſibi cederet pſua ſor, Cum deinde ad fluuiũ acceſſißet, quo in loco Lepidus exercitum tenebat, non uallo, aut foſſa ſuos circũſepſit, quaſi amico proprius caſtrametaretur. Oratores itaq́ iter eos crebro cõmeabant, cum Antonius amicitiã erga illũ, gratiaſq́ multiformes memorię ſubiiceret, Cęſaris quoq; reliquos amicos ſingulatim poſt eũ ac concordiã uenturos edoceret. Lepido uero Senatũ formidante, qui Antoniũ ab eo oppugnari mandauißet, quanq̃ ille ſe inuitũ ad id compelli diceret, Lepidi exercitus Antonii dignitatem ueritus, & nuncios hinc inde cõmeantes crebro intuens, ſimplicitatẽ porro militum eius admiratus, clam primo cum illis admiſceri, deinde palam ueluti cum ciuibus, ac cõmilitonibus uerſari cœpit. Tribunis id ipſum prohibentibus ſpretis illorum mandatis, fluuium, quo facilius in unum conuenirent, nauibus utrinq́ additis, ponte iunxerunt. At legio, quæ decima appellabatur, olim ab Antonio regi ſolita, quæ in caſtris erant ad obſequiũ illius præparauit. Id præſentiens Laterẽſius, uir ex his, qui a Senatu aderant illuſtris, Lepido rẽ

Adhortatiões Cæſaris ad Ciceronẽ.

Dilatiões creationi conſulatus Octauii.

Timor Lepidi.

Legio decima.

omnē aperit. Verum illo minus fidei dictis eius adhibente exercitū in multas partes diuidere, & ueluti aliqua ex neceſſitate, emitteretur ſuadet ut uel ꝓditiōis eoꝝ, uel fidei experimentū caperet. Lepidus copias in tres partes diuidens, nocte milites egredi iubet, ut quæſtoꝝ, qui proximi adeſſe dicebātur cuſtodiæ aſſiſterent. Illi poſtrema uigilia egreſſi, quaſi ad iter arma capientes, quæ munitiora caſtroꝝ fuerāt inuadūt, portaſq; Antonio reſerant. Ipſe cōcito curſu, ad Lepidi tabernaculū recta ꝑuenit, cuncto Lepidi exercitu illū permittente, & pacem, miſericordiāq; a Lepido erga infelices ciues depoſcente. Lepidus ut ex lecto prodierat, diſcinctus adhuc illis occurrit, & eoꝝ petitioni obſequi uelle annuens, Antoniū cōplexus eſt, neceſſitatēq; ſuam excuſauit. Sunt qui eū procidiſſe coram Antonio exiſtimēt, omnis opis & audaciæ expertē, quod nec ab omnibus ſcriptoribus admiſſum eſt, neq; mihi ipſi probabile uidetur eſſe, nihil.n. hoſtile in Antoniū peregerat, cuius timore duceretur. Sic Antonius denuo ad ſummū potentię euectus eſt, formidabiliſq; adhuc magis hoſtibus apparuit. Exercitū quidē habuit, quē ex Mutina ſuſtulerat & cū eo equitatū ſplendidiſſimū. Tres præterea legiones cum Ventidio ad iter reperit, & Lepidus ſimul ad bellum ſocius acceſſerat; ſeptē legiones in armis paratas agens, multitudinēq; aliam, & apparatū exercitui haud imparem. In quibus omnibus Lepidi nomē præerat. Antonius uero cūcta diſponebat. His Romæ nūciatis admirabilis quædā, & ſubita animoꝝ mutatio inſecuta eſt, aliis ex ea, qua prius tenebātur audacia collapſis ad timorem, aliis a timore ad confidentiā elatis, uehemētius etiam decem uiroꝝ proſcriptiones, & mādata cum cōtumelia explodebātur, & conſulū creationes inſtantius fiebant, Senatores quid

Proditur Lepidus a ſuis.

Cōciliatio Antonii cum Lepido.

Senatoꝝ timor.

tores quid agerent incerti ne in unũ Cæſar, Antonius quæ cõſpiraret formidabat. Clam itaq; ad Brutũ, & Caſſiũ a ſe ipſis, Luciũ & Panſam ueluti ad ſpectacula in Græciã proficiſcentes miſerant, poſcẽtes, ut quoad liceret ſtatim illis auxilium afferrent, accerſerẽtq; e Libya ex tribus legionibus duas, quas Sextius agebat, & tertiã Cornificio ab eo dari poſtularet, alterius Libyæ prætori, & qui Senatui obſequebatur. Sed cum, & hos Caio Cæſari cõmilitaſſe intelligerẽt, & oĩa illius ſuſpecta haberẽt, ob rerum ambiguitatẽ ad hoc conſiliũ delati ſunt. Vt quia nouũ Cæſarẽ in primis uererẽtur, ne ſe cum Antonio cõiungeret, prætorẽ eum denuo in Antoniũ ſatis decenter cum Decimo crearũt. Verũ Cæſar aſſiduis contumeliis, eius exercitũ ira ſublatũ inuiẽs in eos concitabat, quod prius q̃ e prima quinq; mille dragmas ſibi pollicitas aſſumeret, ad ſecundã truderetur expeditionem, docuitq; ut ad Senatũ mittentes id milites expoſcerẽt. Illi uero turmarũ duces præmiſere. Quibus Senatus cum ad hæc inſtructos ueniſſe ſciret, quid intenderet, per legatos alios uelle innuere reſpõdit, miſitq; quos ipſe uiciſſim inſtruxiſſet. His mandatũ erat, ut duas legiones, quæ ab Antonio receſſerant priuatim a Cæſare cõuenirent, edocerẽtq; ne in uno dũtaxat ſpem apponerent, ſed Senatũ, qui poteſtatem immortalẽ haberet ſolus, potius ſequi uellent. Accederent itaq; ad Decimũ, quo in loco pecunias ipſis allatas inuenirent, & hęc ſimulãtes dicere, etiã dimidiũ muneris ad eos detuliſſe. Decẽ p̃terea uiros ad diſtributionẽ creauerũt, q̄bus nec undecimũ addidere Cæſarẽ. Legati legiões ſepati a Cæſare alloq nõ auſi, infecto negocio reuerſi ſunt. Tũ Cæſar ad exercitũ uerba facturus, nõ iterpoſitis aliorũ uocibus, ſed p ſe ipſe loq ſtatuit. Cõgregatis itaq; i unũ oĩbus i mediũ p̃greſſus

Lucius. Panſa. Cornificius.

Aliorũ decem uirorũ creationẽ audẽde cur

quas a Senatu contumelias, iniuriaſq; pertuliſſet, ex ordine diſſeruit. Inſultū porro in Cæſarianos omnes ab illo factum, cū ſingulatim eos opprimere ſtuderet, palā retulit, monuitq; ut ſibi ipſis præcauerent, cōcitatis in ducē, ex ſorte iudicatū hoſtem, & ab aliis ad alia cōpulſis bella, ut uel funditus interirent, uel adinuicem contenderent, nā præliū apud Mutinam cōmune omnibus, duabus ſolū legionibus attributū eſſe ut eas ad ſeditionem, rixamq; cōcitarent. Noſtis quippe inquit, ob quæ Antonius nuper debellatus eſt, qualiaq; in urbe Pōpeiani ſubinde moliti ſint cōtra nōnullos, qui munera a Cæſare ſumpſerunt. Quid igitur tutū uobis futurū creditis eorū, quæ ab illo ſuſcepiſtis, agrorū ſcilicet, pecuniarum aut ſalutis meæ, percuſſorū cognatis, atq; amicis in ſenatu dominātibus.

Aſtute Cæſar.

Ego finem qui mihi obuenerit, ultro admittā. Optimū quippe pro parēte depugnātem pati, pro uobis uero tot, talibuſq; uiris, mei & parētis gratia periclitātibus in unū, nō mediocriter timeo. Me ſiqdē ab omni ambitione uacuū eſſe ſcitis, ex quo ducē a ſignis uobis ſtatuentibus nō admiſerim. Vnū autem nūc ſolū uideo uobis, mihiq; ſalutare, ſi conſul ueſtra ope declaratus ſim. Quæ.n.a parēte meo uobis pbita fuere, firma pmanebūt. Colonias quæ adhuc debentur uobis aſſequemini, & pmia uiciſſim nāciſcemini integra. Ego pcuſſores in cām agens, alia uobiſcū diſſoluā bella. Quibus dictis exercitus prōptiſſime uocē extulit. Tunc igitur turmarū duces iterū ad Senatū mittendos ſtatuere, qui coſulatū Cæſari dandū poſtularent. Senatu ætatē eius accuſante, illi quæ edocti fuerant exponunt, Coruinū iāpridē ætate iuniorē geſſiſſe conſulatū dehinc Scipiones, primū ac ſecundū, cū uterq; adoleſcens adhuc eſſet, multa patriæ adeptos eſſe. Ad nouiora deinde progreſſi. Pompeium magnū Dolobellamq; protulere,

Poſtulationes ac replicationes attende.

Ipſi etiã Cæſari per decẽnium ante tempus conceſſum eſſe, ut conſulatum peteret. Hæc ducibus cõfidentiſſime referen‑tibus, non ſuſtinentes quidã ex Senatorũ numero turmarum duces tanta audacia inniti, obſtrepere illis cœperunt, quaſi præter militarem modũ, honeſtatẽq; loquerentur. Quæ cũ intellexiſſet, exercitus, maiore adhuc ira flagrare cœpit, ſeq; ad urbem deduci conclamauit, ueluti Cæſaris filium ſingu‑lari alia electione facturũ conſulem. Multis deinde laudi‑bus ſuperiorem Cæſare ornare pergit. Quẽ cũ Cæſar tanto impetu efferri uideret, confeſtim ab ipſa congregatione octo peditum legiones, equitatuſq; ſufficientem numerũ, & que‑cunq; alia opportuna legionibus, ad iter mouet. Superatoq; Rubicone fluuio, ex Celtica in Italiam quẽadmodũ & pa‑rẽs eius ad ciuile bellum pertranſiuit, copias omnes in duas partitus acies, ex quibus primã paulatim ſubſequi iuſſit, al‑teram quæ potior fuerat, celeri greſſu ſecum duxit, impara‑tos adhuc deprehendere feſtinans. Et iam pecuniarum pars obuiam ipſis ferebatur, quas Senatus ob militũ præmia præ‑miſerat. Veritus itaq; latores earũ Cæſar clam emittit, qui illos deterrerent. Qua ex cauſa pecunias retro ferẽtes, abie‑re fuga. Re in urbe nunciata, tumultus confeſtim, ac trepi‑datio ingens oritur, multis nullo ordine hinc inde diſcur‑rentibus & mulieres, paruuloſq;, & quæcũq; alia precio‑ſiora ad agros, & munita urbis loca deferentibus. Non enim ſatis cognitum erat, an conſulatum duntaxat appeteret. Sed cũ exercitum ira concitũ urbi inferentem, ciues audiuiſſent ad uniuerſa trepidabant. Senatus porro ultra modũ formi‑dine correptus eſt, nulla in armis præſidia parata obtinens. Mutuo igitur, ut in trepidationibus conſuetum eſt, querelas emittebant. Nõnulli exercitũ, quẽ contra Antoniũ eduxerat,

Põpeius magnus. Dolobella

Cæſaris aſtutia.

Tumul‑tus urbis.

Senatus timor.
Querelæ ciuiū.
Opiniones de Cęſare cur exercitū urbi inferret.
In Cicero nē attēde.

cōtumelioſe eidem ereptū fuiſſe querebantur. Alii ſuſpitionē in triūpho habitam, cū nihil iniquū depopoſciſſet. Quidā in uidiam in diuiſione pecuniarū ultro additam. Nōnulli, quod nec undecimū eum aſcripſiſſent. Plurimi, quod præmia nec celeriter nec pfecte tradita eſſet, exercitum arma ſumpſiſſe aiebāt. Inter omnia cōtentionē nō in tempore adhibitā dānabant. Bruto, & Caſſio procul exiſtētibus, cū Antonius, & Lepidus in lateribus adhuc hoſtes morarētur, quos cū Cęſari cōſiliari uelle animaduerterēt, denuo in maius augebatur timor. Cicero qui prius eos adhortari, & inſtituere ſolebat, nullo in loco uiſebatur. Subito omniū ad omnia mutatio facta erat. Et iā pro quingētis ſupra duo millia drachmis duabus legionibus exibēdis, quinquies mille, eaſq; ligionibus octo diſtribuēdas ſuadebāt, Cæſarē decē uirorū loco ad diuiſionem eligēdū. Abſenti quoq; ut cōſulatū petere liceret permittēdū. Legati hinc inde uolitabāt, qui hæc illi ſumma celeritate nūtiarēt. Quibus prius ab urbe digreſſis, pœnitētia Senatū inſecuta eſt, cū nec tā timide, ac pene muliebriter cōſternari, aut aliā tyrannidē ſine cæde, & ſanguine in urbem admitti oportere cōſuleret. Nō cōſueſſe etenim, qui cōſulatū deterēt p uim graſſari neq; milites ex tributo patriæ imperare uelle. Armari oporteret ex his quæ interius exiſterēt. Leges inſurgētibus opponēdas eſſe. Sperare ſe neq; illos prolatis legibus patriæ illaturos arma. Sin inferent, obſiditione tolerādū, quo ad Decimus, & Plācus acceſſiſſent. Satiuſq; eſſe uſq; ad mortē depugnare, q̃ ultroneā ſubire ſeruitutē. Vetera etiam Romanorū cōſilia, & tolerantiā pro libertate habitā, cum nihil pro illa cōmutandū cenſuiſſent, referebant. Duabus uero legionibus, ea die in portū accedentibus ex Libya, deū ipſos pro libertate adhortari arbitrabātur. Pœnitētia itaq; ducti,

Senatus cōſiliū.

Nō cōſueuiſſe cōſulatū petētes p uim graſſari, Attende.

omnia quę ſtatuiſſent, denuo reuocare pergũt. Cicerone iterum inter eos apparente, uniuerſi quoq; qui per ętatē arma ferre poterant, ad bellũ ſcribebantur, cũ quibus legiones duæ ex Libya profectę, equites inſuper mille, & legio alia q̃ Panſa reliquiſſet, huic numero adiiciuntur. Omneſq; huiuſmodi copiæ per partes diuidũtur. Nam pars collem, qui Ianiculus dicitur, in quē pecuniæ omnes collatę fuerant, inſederat, pars fluminis ripā tuebatur. Diuiſis inter eos, qui per urbē fuerāt prætoribus, alii ſcaphas, ac rates quæ in portu morabantur, reſq; in ipſis exiſtentes adſeruabant, ſi forte uicti illis indiguiſſent ad maris fugā. Et hæc magna audacia, celeritateq; peragētes. Cæſarem cōtra deterrere, aut ab exercitus fiducia ad cōſulatus petitionē uertere, aut potenter ſe ab eis tueri, & pręſentē ſortem immutare poſſe exiſtimabāt, donec pro libertate bellũ gererent. Matrem aũt Cæſaris, ac ſororem, neq; palā, neq; occulte inuenire poterāt. Tumultũ itaq; denuo erexerāt tā magnis defraudati obſidibus ueluti Cæſarianis minime ad eos inclinātibus, qui tam diligēter eas occuluiſſent. Quibuſdā e legatorum numero adhuc Cęſari aſſiſtentibus, omnia in cōtrariũ mutata eſſe nunciantur. Qua ex cauſa legati illũ relinquētes, non ſine rubore in urbē rediere Cæſar exercitu adhuc magis cōcitato ſumma celeritate eduxit agmen, ne quid mulieres mali paterentur. Ad populum quoq; tumultuantem, nōnullos ex equitibus præmittit, qui neminem trepidare ulterius moneant. Exultantibus itaq; uniuerſis, quæ ultra Quirinalem collem ſita ſunt inuadit loca, nullo ad manus accedere aut inſidentem prohibere auſo. Alia igitur admirabilis mutatio confeſtim cernitur. Illuſtribus uiris ad illum cōcurrētibus, & uiciſſim ſalutātibus. Subſequente deinde populari turba, quæ militum diſpoſitos

Martē, ac ſororē Cæſaris nota.

Legati deluſi.

Iterata Cæſaris aſtutia.

Quirinalis collis, q recte uerſus flaminiā reſpicit.

Fauor Cæſaris. ordines ueluti pacificos ambiebat, Cæſar exercitum eo in loco derelinquens, poſtridie uerſus urbem, greſſum mouet, ſufficienti cuſtodum ſtipatus manu. Interea ciues per uniuerſum iter ſeparatim aduentabant, ſalutabantq;, nullo blanditiarum aut obſequii quãuis infimo genere omiſſo. Mater uero, ac ſoror in templo Veſtæ reſidentes, cũ uirginibus ſacris, ſumma alacritate illi occurrunt. Et tres legiones, ſpretis eorum ducibus, ad illum emiſere legatos, & ſe illi tradidere. Ex prætoribus earum Cornutus ſeipſum interimit. Reliqui fidei, & ſponſionibus eius obſequentes, cũ illo conuenere. Cicero bis intellectis, per amicos Cæſaris, ut ad illum tute proficiſceretur impetrauit. Cumq́ꝫ ad conſpectum eius perueniſſet, excuſationem protulit, conſulatus quoq́ꝫ ſuaſionem, quã in Senatu ob ipſum ædidiſſet, ad cœlum extulit. Cæſar autem cauillo uſus hoc ſolum retulit eum poſtremũ ex omnibus amicis ad ſe uiſendum, ſalutandũq́ꝫ ueniſſe. Nocte deinde ſubito rumore ædito, duas ex legionibus Cæſaris. Martiam ſcilicet, & eam, quæ quarta dicebatur, in urbem tranſire uelle, quod ex inſidiis, bellũ patriæ inferre recuſarent, prætores confeſtim, ac Senatus omnis, rumori fidem præſtitit, & q̃q̃ finitimus Cæſaris eſſet exercitus, rati his fortiſſimis legionibus, reliquis copiis eius obſtare poſſe, donec alia a lude ad eos potentia acceſſiſſet, nocte adhuc inſtante Acilium Craſſum in Picenum tranſire iubent, qui exercitum pararet, ac quendam ex Tribunis Apuleium, concito curſu ad populum miſere felicia illi annunciantem. Senatus quoq; eadem nocte ad conſilium conuenit Cicerone eum ad portas cum lęticia ſumma, hilaritateq́ꝫ ſuſcipiente. Rumore demum ut inani euaneſcente, in lecticam ſublatus fuga euaſit. Cæſar hac fama compulſus, ad riſum, exercitum

martia, & q̃rta Cæſaris legiones.

propius admouit urbi, in campum, qui Narcius dicitur. Nulli tamen prætorum ſuccenſuit, neq; Craſſo qui ad tabernaculum eius uſq; percurrerat, quãq; ad id inductus eſſet. Poſtremo cum captus aſpectu miſerando, ad præſentiam eius delatus ſupplicaret, ad benignitatis famam atq; clementiæ pepercit omnibus. Verum poſterius morte mulctauit, pecunias publicas in Ianiculo repertas aut alibi in unum conferre iubens, & quas, Cicerone prius exigente, inſcriptas fuiſſe nouerat, exercitui diſtribuit duo millia & quingentas drachmas unicuiq; exhibens, reſiduum quoq; pollicitus impendere. Et hæc agens urbe abſtinuit, quoad conſules electi crearentur. Electus eſt autem & ipſe conſul, cũ Quinto Pedio, ut uoluerat, qui portionẽ Cæſarianæ hæreditatis ſibi dereliquit. Poſtremo ut conſul urbem ingreſſus eſt, ſacrificauitq;, duodecim uulturibus quot olim Romulo condenti urbem, eueniſſe referunt inter ſacrificandum apparentibus, Perfectis ſacris iterum ſe parenti in adoptionem dedit ex lege Curiacia. Eſt autem id a populo in adoptione confirmari. Curias quidem Romani, tribus, aut plebem per partes diuidentes ſolent appellare, quẽadmodum & græci fratrias dicunt. Legalior quippe a Romanis ad eos, qui parentibus carent huiuſmodi habetur mos. Licetq; ipſis æque ac legitimis filiis, adoptãtium affines ac libertos ſecum ducere. Caio aũt Cæſari, ut alia ſplendida, ſic liberti plures, & dites aderãt, qbus potiſſimũ Cæſar prima in adoptione ex teſtamẽto facta indiguiſſe uiſus. Alia itẽ lege, Dolobellã ex hoſtiũ numero xoluit, & ut cauſæ in pcuſſores Cæſaris haberi poſſẽt edixit, Et ſtatim accuſãtiões, cõſcribẽtibus Cęſaris amicis in eos fieri cœptę, qui manus intuliſſent, aut illis ſolũ ignouiſſent. Nã qbuſdã id inſcriptũ eſt. Nõnullis, quod nec pegre

Cęſar cõſul creatus iterũ parenti in adoptionẽ datur.

Adoptantiũ mos.

Acta per Octauiũ cõſulẽ lege

ceſſiſſent cum Cæſar extinctus eſt. Omnibus demum una die diffinita per præconem ad iudicium, deſtituta cauſa inuicem capti ſunt Cæſare indicia ipſa aſſeruante, neq; ullo iudicii abſolutionem obtinente, excepto uno ex illuſtriũ numero, qui nihil tum quidem perpeſſus eſt, uerum paulopoſt cũ cæteris morti traditus.

Mutatio ſtatus.

Viſus eſt, & his diebus Quintus Gallius Marci Gallii frater, qui Antonio cõuenerat urbis præturam agens, a Cæſare, Libyæ præturam poſtulaſſe, & ea adepta inſidias ſtruxiſſe Cæſari. Eius igitur præturã collegæ inuaſere. Populus domum prædæ expoſuit. Senatus uero eum morti condemnauit. Verum Cæſar ad fratrẽ ire iuſſit. Feruntq; intereundũ nuſq̃ illum apparuiſſe. Tam ingentia, itaq; operatus Cæſar ad Antonii cõciliationẽ conuertit animũ. Certior iã factus uiginti legiões in exercitu Bruti cõueniſſe, & Antonio ſup̃ his meditatus uti, ex urbe ꝓfectus ſupra Ioniũ ſenſim carpebat iter. Senatus cõſulta opperiens. Pedius nẽpe abſente Cæſare Senatoribus ne inter ſe diſſiderent, ſed cũ Antonio, Lepidoq; cõciliarẽtur, enixe ſuadebat. Illi ſatis aduertentes, nõ ſua patriæue utilitate, ſed a Cæſare in Brutũ, Caſſiũq; cõſpirationis ineundę cauſa, huiuſmodi cõciliationẽ quæri, tandẽ ex neceſſitate conuenere, ut decreta quæ in Antoniũ Lepidũq; & eorũ milites, ut hoſtes perſcripſiſſent hactenus, diſſoluerent, & ad eos pacifica alia præmitterent.

Initiũ conſpirationis Cęſarianorum.

Pro quibus Cæſar ad illos ſcribens cõgratulatus eſt. Antonio præterea ſe adiutorẽ, ſi opus foret in Decimũ ultro obtulit. Illi uero paribus blanditiis Cęſari adulabãtur, & uiciſſim collaudabant. Itaq; Antonius ad illum ſcripſit.

Subitã, uida ducum mutationẽ

Decimũ ſe omiſſurum eſſe eius gratia, Plancum autẽ ſui propria, & cũ illo ſe cõiuncturũ fore ſi placeret. Tam magna adinuicem ſibi pollicebantur. Perſequentes Decimum Antonis.

Aſinius Pollio ad eum uenit, legiones duas in armis agens, Plancumq; cũ illo reconciliare ſtuduit. Qui tribus ſtipatus legionibus ad Antoniũ ſe cõuertit, ſic ut ingentibus copiis iã præſideret Antonius. Decimo legiones decem aderant, quarum quatuor cęteris bellicoſiores, iampridem fame, morboq; tabuerant, electorũ uero inſuper ſex ſuperant, uerũ ignauę ac laborũ inexpertes. Quamobrem pugnam inire ueritus, fuga ſe ad Brutũ in Macedoniam ſtatuit conferre, iterq; non per ſuperiora alpiũ, ſed per Rauẽnas Aquileiamq; capeſſere. Cognito deinde Cæſaris aduentu ad illas partes, multo longius aliud, ac difficilius elegit iter, & per inculta barbarorũ loca, ſuperato Rheno fluuio proficiſci inſtituit, per quæ tranſeuntem, primi tyrones ad bellũ electi, calore inopiaq; deterriti, eũ relinquẽtes, ad Cęſarẽ profecti ſunt. Poſt hos legiones quatuor, quæ a principio apud illũ fuerant. Antoniũ ſunt ſecute. Cætera deinde multitudo, cuſtodibus corporis exceptis, ex equitibus Celtarũ, quibus ille uolentibus ad propria redire conceſſit, uiaticũ quoq; ex auro, quod illi ſuperfuerat impartitus eſt, & cũ trecentis ſolum, qui remanſerant ad Rhenum peruenit, cuius tranſitum cũ difficilem intueretur, cũ paucis deſtitutus, & ab iis poſtea relictus, decem ſolum permanentibus, mutata ueſte in Celtarum modũ, cũ eorum linguam pariter calleret aufugit, ueluti quiſpiam eiuſdem nationis, non per iter longius ulterius procedens, uerum Aquileiam uerſus cum facile obſequentium paucitatem euadere poſſe ſperaret. Captus demũ a latronibus, uinctuſq; rogare cœpit, cuius principis Celtarum ea gens exiſteret, cũ Camilli eſſe intellexiſſet, haud paruit Camillum faciens, ut ad eum duceretur exorauit. Ille adductus intuẽs, palam blanditiis proſecutus eſt, & q eũ deuinxiſſent cõtumelia coarguit, quod ob

inſcitiã tam illuſtrẽ iniuriis affeciſſent uirũ, Clam uero ad Antoniũ pręmiſit. At uero Antonius mutationẽ fortunæ non nihil miſeratus, captiuũ intueri minime ſuſtinuit, Camillum aũt admonuit, ut eo interfecto, caput ad ſe mitteret, quo uiſo a p̃ſentibus ſepeliri iuſſit. Hic igitur Decimi finis fuit, equitum Cæſaris p̃fecti, & qui ueteri Celticæ ſub illo impaue rat, & in ſequenti anno conſularẽ inire dignitatẽ, & alteri Celticæ præeſſe, ſub eodẽ electus fuerat, ſecũdus ex pcuſſorum numero, qui poſt Treboniũ pœnas dedit, anno cum dimidio a nece Cęſaris. Eodẽ tẽpore Minucius Baſillus & ipſe Cęſaris pcuſſor, a ſeruis propriis interfectus eſt, quorum nonnullis genitalia ademerat punitionis cauſa.

Annus cũ dimidio a nece Cæſaris ad mortẽ Decimi

Appiani Alexãdrini ſophiſtæ bellorum ciuilium Liber Tertius finit. Traductio. P. Cãdidi.

.P. Candidi de ciuilibus Romanorum bellis, ex Appiano Alexãdrino traductis in latinũ. Liber Quartus incipit.

DVO igitur Caii Cæſaris percuſſores, in eorum magiſtratibus bello ſuperati, in hũc modũ dedere pœnas. Trebonius ĩ Aſia Decimus aũt Brutus inter Celtas. Quẽ admodũ uero Caſſius, ac Brutus uiciſſim profligati ſint, qui in Cæſarẽ cõſpirationis uel præcipui fuiſſe perhibentur, tellurẽq; omnem a Syria ad Macedoniæ uſq; fines poſſidebãt, exercitũ p̃terea ingentẽ equeſtrẽ naualemq; continebãt, armatorum legiones circa uiginti ſibi fuberant, nauiũ, ad hæc, & pecuniarum multitudine pollebant, quartus iſte ciuiliũ bellorum liber explicabit. De his quidẽ Romæ publice damnatis ad mortẽ, interrogationes, inquiſitiões

Caſſius .M. Brutus.

& ſupplicia omnia ꝓponebãtur, qualia nec inter Græcos
diſſenſione, & bello laborantes, neq; inter Romanos ipſos
unq̃ agitata, memoriæ proditũ eſt, præterq̃ ſub uno Sylla, a
quo primum hoſtes neci damnati fuiſſe referuntur. Marius

Sylla primũ hoſtes neci damnauit.

quoq; eos inquirebat, quoſq; inueniſſet tormentis afficere
ſolebat. Sylla uero ſub præmioꝝ pollicitationibus maximis,
ac ſupplicijs occulentes, ſimul ab obuio quoq; occidi ſcripſe
rat. Verũ de his, quæ a Mario, & Sylla geſta ſunt ſuperius
meminimus. Quæ aũt inſequũtur in hunc modũ referũtur
acta. Cæſar quidẽ, & Antonius ab odio in amicitiã ſimul cõ
uenere circa Mutinenſem urbẽ in paruula quadã inſula La
binii fluminis & aperta. Hoꝝ cuilibet quinq; armatoꝝ le-
giones aderant, quas ad inuicẽ aduerſas ſtatuentes cum tre-
centis ſolum, ad fluminis pontes acceſſerũt. Lepidus aũt ipſe
progreſſus inſulã ꝑſcrutatus eſt, deinde chlamyde excuſſa
ut uterq; eoꝝ accederet ſignũ protulit. Tunc ipſi trecentos

Cõciliatio iter Cæſarẽ Lepidũ & Antonium.

illos cum amicis ad fluminis pontes relinquentes in mediũ
uenere loco aperto ac conſpicuo, unaq; concedere hi tres
uiri, Cæſar mediũ locũ ob conſulatũ obtinẽte. Per duos itaq;
dies a mane uſq; in ueſperã hoc in loco cõmorantes hæc in
ter ſe ſtatuiſſe feruntur. Deponere conſulatũ Cæſarẽ, & Vẽ
tidium in reſiduũ anni tempus illum gerere. Ceſſãte con-
ſulatu ad directionẽ inteſtinaꝝ rerũ ex lege decreuere Le

Triũuiratus.

pido, & Antonio Cæſariq; ut illi per quinquenniũ præeſſẽt
eo modo, quo conſules præeſſe cõſueuerant. Sic aũt dictato-
rum loco uiſi ſunt eos nominaſſe, fortaſſis ob Antonii decre
tum, qui dictatorẽ creari prohibuerant. Et hos ex nunc ci-
uitatis declarati principes ad anniuerſaria illis ad quinquẽ
nium ſtatuta tempora. Ad hęc gentiũ magiſtratus inter ſe di
uidere, ut Antonius Celticã omnẽ, ſine ulla Pyrenei montis

Diuiſio ꝓuinciaꝝ. continuatione, q̃ ueterẽ Celticã appellant obtineret, Huic nempe pͥſidere Lepidũ, & Iberiæ ultra hanc. Cæſari Libyã, Siciliã, Sardiniã, & ſi qua his in locis ineſt inſula, regẽdas cõmittere. Sic Romanoꝝ principatũ hi tres inter ſe uiri partiti ſunt, quæ ultra Ioniũ fuerant ſola poſtponẽtes ob Brutum & Caſſiũ, qui adhuc ꝓuincias illas obtinebãt. Caſſio itẽ & Bruto Antoniũ Cæſarẽq̃ inferre bellũ. Lepidũ in futuꝝ cõſulatũ gerere, & ob ingruentes neceſſitates in urbe moram agere, Iberiæ ob utroſq̃ pͥſidentẽ. Ex Lepidi exercitu tres legiones cum illo Romæ pmanere. Septẽ uero legiones Cæſarem, Antoniumq; inter ſe diuidere ut tres Cæſar haberet, quatuor Antonius cum ad bellum uterq̃ eoꝝ uiginti duceret legiones. Et iam exercitũ ſpe fulciendũ a bello ad uictoriæ præmia aliaq; munera aſſequẽda. Incollatiũ quoq̃ dationes urbium octo ſupra decem Italicaꝝ, quæ & ſubſtantia, & domoꝝ pulchritudine, pauimẽtiſq̃ præſtarent, quęq̃ ſubinde militibus ipſis diuiderentur, quẽadmodũ illis pro eaꝝ inimicitia per prius belli iure pertinebãt. Erant autem hæ, & aliæ urbes, & in primis illuſtriores, Capua, Regiũ, Venuſia, Beneuentũ, Nucerai, Ariminum, & Hipponiũ. Sic optima, & pulcherrima Italiæ quæq̃ exercitibus aſcripta ſunt. Viſum eſt illis præterea hoſtes proprios interimere, ne hæc ipſa ſtatuentibus impedimentũ quirent afferre, & bellũ exterum conficerent. Hæc igitur ab illis decreta, & conſcripta ſunt. Reliqua Cæſar exercitibus exceptis, quos ad mortẽ cõdemnaſſent, ut conſul recitauit. Quæ intelligentes milites ingenti præconio extulere, inuicẽq̃ ſeipſos ad reconciliationem complexi ſunt. His peractis multa prodigia, ſigna perhorrenda ſtatim Romæ uiſa ſunt. Canes lupoꝝ uice ululatus ædidere, indicium ſane inſuetũ. Lupi etiam per forum

Vrbes olim in Italia illuſtres & opulẽtæ.

Prodigia Romæ.

diſcurrere quod animal in urbe minime aſſueuerat. Bos uo
cem emiſit humanã, & infans recens genitus elocutus eſt.
Ex ſimulacris etiam nõnulla ſudorẽ emiſere, alia ſanguinem
hominũ immanes uoces, armorũ ſtrepitus, equorũ curſus in
ſpectante nemine audiebantur. Circa ſolem porro inſolita ap
paruere ſigna, & imbres lapidei e cælo miſſi, continua ful
mina in tẽpla, ſtatuaſq; deciderũt. Quorũ cauſa Senatus ua
tes, & aruſpices ab Etruria iuſſit acciri. Ex his ſenior, re
ges priſcos iterum reuerti, omneſq; ut prius ſubiectũ iri, ſe
excepto referens, tam diu, quoad extinctus eſt, os, uocemq;
ꝓtinaciſſime continuit. Hi igitur tres uiri a ſeipſis conſtituti Sũma cru
quos morti deſtinaſſent, una conſcripſere, ac potentioribus delitas.
prætermiſſis proprios delegere hoſtes, domeſticos eorũ uide
licet, aut amicos, ad necem mutuo ſibi ipſis, & tunc quidem
& poſterius indulgentes. Elegere, & alii alios, quidam ob
inimicitiã, alii ab offenſione ſolum aut inimicorũ cauſa, aut
amicorũ inimicitia, aut diuitiarũ excellentia commoti cum
multis pecuniis ad bellũ indigerent. Bruto nempe, & Caſ Aſiatici
ſio Aſiaticis reditibus, & tributis aſſiſtentibus. Ad hæc re belli diffi
gibus, & ſatrapis illis conferentibus. Ipſi Europæ, & in pri cultatẽ at
mis Italiæ, opibus bellis tributiſq; afflictæ, deſtituti ob ea, tende.
quæ popularibus quidem ac fœminis exemerant, onera ad
ſummũ uſq; adauxerãt, uectigalia quoq; fabrorũ, & merce
nariorũ impoſuerant. Itaq; pleroſq; ob habitationũ ſplendorũ
proſcribentes, omnes fere uel morte, uel bonorũ publicatiõe
dãnauerant. Senatori ordinis, circa trecentos, equeſtris uero
ad duo millia. In quibus, uel fratres, uel patrui proſcribẽtiũ
inerant, aut præſidentium ſub ipſis quicunq; magiſtratibus,
aut aliis ducibus aduerſi fuerant. Multitudinẽ itaq; eorũ, cũ
a primo cõgreſſu Romã acceſſiſſent proſcripturi uidebãtur.

Cum duodecim uiros, uel ut alii referunt ſeptē ſupra decem ex potentioribus neci cōdemnaſſent, inter quos, & Cicero fuiſſe dicitur, confeſtim, qui eos interficerent Romā præmi ſere, ex quibus quatuor primo impetu in conuiuiis, occurſis buſq; interempti ſunt. Sed cum in ꝑquirēdis reliquis ubiq; ſcrutaretur, domos, templaq; ſubito tumultu per noctē cuncta replebātur. Clamores ad hæc, & diſcurſus cum eiulatu ueluti capta in urbe undiq; ſtrepebāt. Nam cum cognitum eſſet, uirorꝫ captionē fieri, neminēq; ex damnatis proſcribi prius, unuſquiſq; ad inquirendū cum accurrentibus una præcedebat. Sic deſperatis rebus quidā propria nōnulli cōmunia igni ſubiicere parabāt, aliquod inſigne facinus prius agere ꝙ ab ullo pati meditantes, & fortaſſis effeciſſent, niſi quod Pedius ipſe ꝑconibus aſſumptis urbē pagrare cœpit, eoſq; in lucem ſperare monuit, quoad diligētius cuncta pcepiſſent. Orta demū luce præter triū uirorꝫ ſententiā, ſeptem & decē uiros ꝓſcribi iuſſit, & quos ciuiliū malorꝫ cauſam attuliſſe exiſtimās, ſolos ab illis dānatos fuiſſe crederet, fidēq; cæteris publice ſubinde ꝑſtitit, q̄ decreta fuerāt penitus ignorant, eadēq; nocte labore, caloreq; cōfectus mortē obiit. Ingreſſi ſunt āt hi tres uiri ꝑ tres ſepatim dies unuſquiſq;. Cæſar Antonius, & Lepidus militaribus ordinibus inſtructi, una armatorꝫ legione quēlibet eorꝫ comitante. Cū in urbe extitiſſent, confeſtim urbs ipſa armis, ſigniſq; ꝑ opportuna loca diſpoſitis oppleta uiſebatur, ac ſubito in medio ipſorꝫ concio parata aſtitit. Tribunus Publius Titius legem protulit, cōſulatū ſub ꝑſentiū triū uirorꝫ cōſtitutione in quinqēniū uacare, Antonii. ſ. Lepidi, & Cæſaris, qui pari modo, ac cōſules illū obtinerēt. Hos quiſpiā Græcorꝫ aptatores cōmode diceret, quod Lacedæmonii reipublicæ ſubiecta diſponitibus impo

Cicero dā- natus.

Tumultus urbis prio re maior.

ſuere nomen. Nullo itaq; interuallo ad approbationẽ poſito, nullaq; inſigni die ad cenſendũ ꝯſtita legẽ ꝓpoſuere, ac nocte unica ſupra ſeptẽ & decẽ, quos prius diximus centũ, & triginta uiroꝝ ꝓſcriptiones ꝑ uaria urbis loca platæ ſunt. Nec multo poſt centũ, & qnquaginta illis additæ, & continue ex prius damnatoꝝ, aut ꝓnominatoꝝ numero, ob ignorantiã aliquis tabulis adiiciebatur, qui iuſtitiæ opinione neci traderetur. Cunctoꝝ capita ad triũuiros diffinito ꝓmio deferri iuſſum. Erat aũt prẽmiũ, libero argentũ, ſeruo libertas, & argentũ, omneſq; propria ad inqſitionẽ ꝓferre cogebantur. Et qui uel ſuſcepiſſet aliquẽ, aut occuluiſſet, aut inqri ꝓhibuiſſet pari pœna tenebatur, Licebatq; unicuiq; iſtoꝝ q̃ uoluiſſet pari ꝓmio idicare. Fuit aũt ꝓſcriptionis tenor huiuſmodi. Marcus Lepidus, Marcus Antonius, Octauius Cæſar cõmunia aptare ſtatuẽtes, & in melius cõponere, ita fantur. Si non ob infidelitatẽ perditiſſimi homines deprecantes miſericordia digni habiti fuiſſent, eaq; adepta beneſactoꝝ ſuoꝝ inimici, & ſubinde inſidiatores effecti eſſent, neutiq; C. Cæſarẽ interemiſſent, quos ille iure belli captos, miſericordia ſaluos ꝯſtitit, & amicoꝝ loco ſibi ſtatuens ad ꝓuincias, honores, muneraq; cõfeſtim impulit, neq; nos inimicos his contumeliis, & ſcriptis, hoc in loco repente facere coacti eſſemus, nunc autẽ ex his, quæ in nos moliũtur, & eoꝝ cauſa quæ C. Cæſar ꝑpeſſus eſt, implacabilẽ beneuolẽtiæ intuentes eſſe maliciã, potius hoſtes noſtros ꝓuenire q̃ ab illis qcq̃ pati prææelegimus. Et ne quis id facinus iniquũ, aut crudele, aut nefandũ arbitretur, in Caiũ, & nos, qualia ꝑpeſſi ſimus conuertat oculos. Caiũ nẽpe impatorẽ, & ſacroꝝ principem, & quę formidabiliores Romanis fuerant abolentẽ gẽtes, eaſq; ditioni ſuę ſummittentẽ, & uiroꝝ primũ ſup Hero

Proſcriptionis tenor.

Laudes C. Cæſaris.

Mare innauigabile.

culeas columnas, innauigabile quondā mare ꝑtentantē, & Romanis incognitas aperientē terras, tēpli in medio, quod Senatus appellatur, in conſpectu immortaliū deoꝝ, uulneribus tribus & uiginti fœdatū confecerūt, qui bello ab illo capti, ſaluatiq; fuere, heredes quoq; ſubſtantiæ eius nōnulli aſcripti. Quos reliqui in eodē conſtituti odio ſceleratiſſimos hos uiros, ſupplicioꝝ uice ad principatus, prouinciarūq; adminiſtrationes præmiſere, quibus abutentes illi publicas diripuere pecunias, & ex ipſis exercitū in nos cōparant, aliū

Barbari.

quoq; a barbaris expoſtulāt, principatus noſtri continue inimiciſſimis, a quibus plæreq; Romanis ſubiectæ urbes, quod illis non paruiſſent flāmis traditæ ſunt, aliæ dirutæ aut funditus euerſæ, nōnullæ metu impulſæ, patriæ contra nos inferre bellū. Verum nos quoſdā iam ex illis ſupplicio affecimus, reliquos deo fauente pœnas confeſtim pendentes cōcernetis. Maximis quippe nobis cōcedentibus, & ſub manus exi-

Bellum in Brutū nota

ſtentibus prouinciis, Iberia, & Celtica, & his quæ domi ſunt ſupereſt adhuc non contemnendū, & triſte opus, cum his, qui ultra mare incolūt Caii ꝑcuſſoribus, in nos externū meditantibus bellū, ut nec tutum rebus ueſtris, neq; noſtris arbitremur, alios poſt terga relinquere hoſtes, qui in abſentia inſidientur nobis, & euentus belli in tēpore obſeruent, neq; ob hos iterum retardare in tanta celeritate, æquum magis putamus eſſe, quā eos confeſtim e medio tollere. Hoc.n.cōtra nos incipiente bello, cum hoſtes nos, & exercitus, q nobiſcū erant uiciſſim decreuiſſēt ipſi, tot ciuiū millia nobiſcū profligarunt, non deoꝝ indignationē, non hominū inuidiam multi facientes, cum tamē nos nulli multitudini ſuccēſeamus neq; hos hoſtes oēs delegerimus habendos, qui nobiſcū contenderunt, aut inſidias nobis ſtruxerūt non diuitiaꝝ cauſa aut facultatū

aut facultatũ aut dignitatis non quod alter ante nos imperator interemit, dum urbẽ huiuſmodi ciuilibus conſtitueret in rebus, cui bene ſucceſſiſſe fantur ob felicitatẽ q̃q̃ neceſſitate urgente tribus plures q̃ uni opus ſit adeſſe hoſtes. Verum ſolos ignobiliores, & prae caeteris maloꝝ cauſam praeferẽtes ulciſcemur. Et haec non minus ueſtri cauſa, q̃ noſtri. Neceſſe quippe eſt nobis, diſſidentibus, uos omnes in medio dira perpeti, neceſſe eſt & exercitui iniuria affecto, cõturbatoq;, & hoſtiliter proſcripto a cõmunibus inimicis noſtris ſolamen aliquod afferre. Sed cum potentes ſimus quocunq; libeat impetu primo capere, proſcribere eos praeeligimus potius, q̃ inopinãtes praeuenire, & hoc ueſtri cauſa ne ab armatis & ira cõcitis plus obnoxiis inferatur poenae, ſed ut numero diffinitos nomine tenẽtes, ab aliis mandato abſtineãt. Optima igitur fortuna eoꝝ qui hinc ſcriptioni minime ſubſcripti erunt. Nullus ergo aliquẽ ſuſcipiat, aut occultet, aut aliquo p̃mittat neq; pecuniis confidãt, ut uel ſaluet aliquẽ, uel adiuuet, aut cum illo ſentiat. Hũc qdẽ nulla occaſiõe, uel uenia admittẽtes in ꝓſcriptoꝝ numerũ ponemus. At q interemptoꝝ a ſe capita nobis apportari, ſi liber fuerit, quinq; ſupra uiginti mille dragmas ꝑ quolibet accipiet. Seruus ultra proprii libertatẽ corporis, decies mille dragmas Atticas, & ciuilitatẽ heri ſui cõſequetur. Eadẽ indicantibus praemia aderũt, ac nemo ex his, q accepit in cõmẽtariis noſtris ꝓſcribetur, ne manifeſtus ulli ſit. In hũc modũ triũ uiroꝝ ꝓſcriptio ãnotata eſt, q̃tũ ex latina lingua in Graecã licuit trãſferre. Primus igitur ex proſcriptoribus Lepidus fuit, Ex proſcriptis uero primus Paulus Lepidi ipſius frater, Secundus deinde ꝓſcribentiũ Antonius, & ſecũdus ex proſcriptis Lucius Antonius eius patruus. Hi etenim primi hoſtes eos iu

Magna crudelitas ſub pietatis ſpecie.

Proſcriptiones optimatũ et interitus.

dicauerant. Tertius uero, & quartus fuere, qui in altera tabula in futurũ cõſules creati fuerant Plancus, & frater Plocius, & Aſinii ſocer Quintus, qui neutiquã ſecundũ dignitatẽ cæteris magis proponebãtur, quẽ ut timorem, & deſperationem omnibus incuterent, cũ neminẽ liberari poſt exiſtimarent. Erat & inter proſcriptores Thoranius a nõnullis Cæſaris procurator habitus. Et ſimul cum his proſcriptiones ueteres cõtinebãtur. Omnes porro urbis exitus, aut portus, aut ſtagna, aut lacunæ, aut quodcũq; aliud ad fugã ſuſpitioſum inerat, aut ad latendũ per prouinciã profugis patebat, a turmarũ ducibus obſidebatur, quibus perſcrutari omnia, & diſcurrere iniũctũ fuerat. Et hęc uno ĩpetu ſimul facta ſunt. Statim igitur per prouinciã omnem, ac ciuitatem, & quiſq; quod ſperauerat adeptus fuerat, hominum captiuitates plurimæ, ſubitæq; perpetrabãtur. Varii ad hæc necis modi, capitũ abciſiones mercedis gratia cõſpiciebãtur. Fugæ turpiſſimæ, & cultus prius illuſtribus inſueti, cũ nõnulli puteos ſubirent, alii ſubterraneas ſpecus, & imunda quæq; quidã per fumi exitus, aut ſub tectis tegulis operti, miꝝ ſilẽtio laterent, non minus pcuſſoribus mulieres, puerosq; formidantes, qui nõ ſatis beneuole erga eos ſe habebãt. Erant qui libertos uererẽtur, ac ſeruos, aut fœnoꝝ debitores, aut agris ſuis finitimos ipſoꝝ deſiderio timerẽt. Inſurrectio itaq; oĩum quarta priuſq̃ ubiq; aderat. Subita, & nefanda mutatio oĩ in loco uiſebatur Senatoꝝ, aut cõſiliũ ꝑtorũue, aut tribunoꝝ, aut magiſtratus diſcurrentiũ, aut q̃ in illis erãt ad pedes ſeruoꝝ ſuoꝝ ꝓcidẽtiũ cũ clamore, & eiulatu, & ſeruos ꝓprios dominos, ſaluatoresq; appellãtiũ. Quæ res eo miſerior uidebatur, quo deiecti nulla miſericordia ab ullo leuarẽtur. Propria uniuſcuiuſq; malis referta erãt, nõ quẽadmodũ ĩ ſeditionibus

Thoranius.

Crudelitas maxima.

aut belli captiuitatibus,nõ.n.ut illis aduerſariũ,aut hoſtẽ me
tuẽtes domeſticis ſe crediderãt.Cæterũ eos ꝑcuſſoribus ma-
gis formidãtes quos in ſeditionibus,aut bellis ueriti erãt tũc
maxime timebãt,cũ repẽte ex neceſſariis hoſtes effectos cer
nerãt,uel ob ſimultatẽ,uel munerũ ꝓmiſſionẽ,uel ob repoſitũ Domeſti-
in domibus aurũ atq; argentũ.Infidus q̃ppe unuſq́ſq; in do- coꝝ pa-
meſticos effectus erat,& ꝓpriã utilitatẽ bñuolẽtiæ eoꝝ an- uor.
tetulerat,Fidi aũt,& beneuoli,nõ auxiliũ afferre,non celare
aliquẽ,aut cũ ullo cõuenire audebãt ob ſuppliciorꝝ crudelita
tẽ cũ eoꝝ mẽtibus ſeptẽ,& decẽ uiroꝝ prius interẽptoꝝ in
ſideret timor,& nullo ꝓſcribẽte. Verũ q̃buſdã repẽte inſur Nota.
gẽtibus q̃libet ſimilia ſibi expaueſcere,& inuicem cõſpirarẽt
cũ in cõſcriptionibus nõnulli uniuerſis ſtatim traditi etiam,
alii nulla de ſe cura habita,ad lucra,prædaſq; cõuerſi,alios
ad ꝑcuſſoꝝ mercedẽ uenabãtur,Ex reliqua aũt multitudine,
quidã ad occiſoꝝ domos ſpoliãdas accurrebãt,quæ utilitas
a cõſideratione præſentiũ maloꝝ eos auertebat.Alii modera
tiores benignioreſq; ex ſtupore cohorruerãt,eratq; illis ad-
mirabile animo uoluentibus,alias quidẽ ciuitates a ſeditione
diſiectas a cõcordia ſeruatas extitiſſe,hãc uero ſeditiõe prin
cipũ turbatam,cõcordia in hunc modũ corruiſſe.Nã & qui Varia
interfectoribus opẽ attuliſſent,& qui minime afferrent una mortis ge
interibant,quaſi ab illis nullã iniuriam accepiſſent.Erant qui nera.
ſe ſpontanea fame conficerent, qui laqueis finirent uitã,qui
ſe aquis immergerẽt,aut e tecto præcipites darẽt,aut igne ſe
abſumerẽt,aut iugulatoribus ſe offerrẽt.Erãt q̃ accerſiti re-
tardarẽt,alii q̃ ſe occulerẽt,idecoreq; deprecarẽtur. Quidã
qui malũ a ſe ꝓpulſarent,q̃dã qui precio accerſirẽt.Alii por
ro præter trium uirorum ſententiam aliorum inſcitia ab in-
ſultu necabãtur,& clare nõ ꝓſcriptus neci traditus inſpicie-

Fortunæ uarietates

batur, quod cadaueri caput aſſiſteret. Nã proſcriptorꝫ capita ante tribunal in foro ponebãtur, quo in loco afferentes precium accipere opus erat. Aliorꝫ quoq; ſtudiũ, & uirtus eminebat, cũ mulierꝫ, tũ filiorꝫ, fratrũ, ſeruorũq; ſeruantiũ plurima aut machinantiũ, & una morientiũ, cũ quæ optarent perficere nequiſſent. Nõnulli interfectoribus ſuis uitã adimebãt. Ex fugientibus præterea quidã naufragio peribant, omnibus conatibus ipſorꝫ aduerſante fortuna. Alii pter cunctorꝫ opinionem ad urbis magiſtratus, bellorꝫ pturas, triumphoſq; reuertebantur. Sic tẽpeſtas illa admirabilis omnibus emicuit. Et hæc qdẽ nõ priuata in urbe, aut minimo in regno, ſed potentiſſimo gentiũ cunctarꝫ, mariſq; dominatu cõmouit deus a longe, in hunc, in quo nũc eſt diſponens principatũ. Fuere & ſimilia alia in ipſa urbe ſub Sylla, & ante illum ſub Caio Mario, quorꝫ uiciſſim clariora mala in his, quæ de eorꝫ geſtis ſcripta ſunt ædidimus, ita ut inſepulta maneãt. Hæc aũt

De Augusto.

trium uirorꝫ geſta exiſtimabit quiſpiã unius potiſſimũ intuitu, cuius uirtute, ac fortuna imperiũ inſtabilem ſedem conſtitutum eſt. geſtus quoq;, ac nomen eorꝫ, qui ſub ipſo nunc ſunt derelictum fuit, longe fuiſſe clariora, cuius ſplendida opera ipſius manufacta, quæ memoriæ magis cõmendata ſunt, qm̃ poſteriora fuere, referã ſubinde. Nunc aũt nõ omnia, nõ enim relatu digna, interitus, fugæq; priuatorꝫ, & quod nõnullis a triũ uiris reditus conceſſus ſit, & eorꝫ qui rediere ignota uita, uerũ quæ admirabiliora in primis extitere, maxime ut ex eorꝫ conſideratione præſcriptis adhibeatur fides, in præſenti ediſſeram. Multa quippe ſunt, & quæ multi Ramanorꝫ pluribus in libris a ſeipſis conſcripſerunt, ex quibus modica ipſe ex quacũq; ſpecie ad uniuſcuiuſq; fidẽ, & præſentiam temporꝫ beatitudinem a principio magnitudinis eorꝫ refe

rabo. Aſſumpſit autẽ initium hæc clades in ipſo ſtatim conſcurſu in urbem ab his qui magiſtratibus adhuc præſidebant, ac primus ex Tribunis Saluius interemptus fuit. Sacroſancta quippe ex legibus hæc habetur dignitas, & quæ plurimũ inter cæteras polleat. Ita ut nõnullos ex conſulibus aliquando cuſtodiæ incluſerit. Et erat hic quidem Tribunus qui Antonium hoſtem a principio iudicari probibuerat, poſterius uero in omnibus Ciceroni ad hæc ſerat. Intellecta igitur triũ uirorũ conſpiratione & feſtinantia in urbem, domeſticis conuiuiũ exhibuit, quaſi non ulterius cũ illis ſæpenumero affuturus. Accurrentibus aũt in conuiuiũ armatis, nõnulli ex accũbentibus cũ tumultu trepidationeq́ aſſurrexere. Cæterorũ armatorũ dux quieſcere omnes iuſſit, Saluium uero ut ſedebat crinibus apprehenſum, donec cõficeret attraxit in menſa caputq́ illi abſcidit, & q una affuerãt, ut prius manere perſuaſit, ne tumultu ædito ſimilia perferrẽt. Sic illi præfecto abeunte ſtupefacti uſq́ in profundam noctem reliquo Tribuni cadaueri ſilentes aſtitere. Secundus interemptus eſt Minucius prætor cum in foro comitia haberet, Audiens etenim armatos ad ſe accurrere, ſubito proſiluit, & interfugiendũ quo in loco latitaret, mente cogitãs mutata ueſte tabernã ingreſſus eſt, clientes cũ magiſtratus inſignibus ab ſe abigens. Illi pudore, ac miſericordia cõmoti pſiſtitere, eoq́ modo licet inuiti faciliorẽ inſequentibus ad prætorem præſtitere aditũ. Annaliũ aliũ ex prætoribus, dum quæſtorẽ circũcurrentẽ, & ſorte electos adhortantẽ per puerũ aduocat, amici qui cũ eo fuerãt, & qui inſignia magiſtratus deferebant deſeruere fuga, in tabulis proſcriptum eſſe ſentientes. Ille ad clientulũ delatus, qui uilem quandã & humilẽ domũculã in ſuburbano fere ignotam poſſidebat, ſecure in ea la-

Saluius Tribunus

Minucius p̃tor.

Annalis p̃tor.

mit, quo ad filius ad clientulũ fugiſſe ratus ꝑcuſſores eum in locũ ſecũ duxit, & ob id a triumuiris parẽtis ſubſtãtiã adeptus ad ædilitatẽ quoq; ſublatus eſt. Verũ poſterius ab ebrietate redeũtẽ, milites a caſu obuii, ac propellãtes interemere, q parẽtẽ eius antea occiderãt. Thuranius uero nõ iã prætor, ſed prętoria functus dignitate, adoleſcẽtis impudici genitor, qui apud Antoniũ plurimũ poterat, turmarũ duces deprecatus eſt, ut necẽ aliquãtulũ differrẽt, donec filius eũ ab Antonio deſpoſceret. Illi riſu ædito popoſciſſe qdẽ illũ, uerũ ꝑ filia dixere. Id intelligẽs ſenex, aliud breue ab eiſdẽ exorauit ſpaciũ, donec filiã uideret. Qua cõſpecta a paternis bonis abſtinere iuſſit. Sed nec illã ab Antonio poſtulauit frater. Cõtigit aũt ut is ſubſtãtiã omnẽ in turpibus abſumeret, & furti deprẽ hẽſus ex cõdẽnatione aufugeret. At Cicero q poſt Caiũ Cæſarẽ potẽs admodũ, qtũ popularis monarchia ualuit, in urbe floruit, cũ filio & frater, ac fratris filio, omnibus deniq; neceſſariis eius, & cliẽtibus, amiciſq; proſcriptiõe dãnatus eſt. Is fugiẽs paruã ingreſſus ratẽ maris tẽpeſtate deterritus ad proprios agros, quos ob hiſtorię huius paſſionẽ uidiſſe meminì circa Capuã Italiæ urbẽ delatus eſt. Tacite igitur accedẽtibus his, qui illũ inquirebãt, qppe præ cæteris ambitioſiſſime hũc uirũ efflagitabat Antonius, & Antonii cauſa qplurimi corui aduolãtes obſtrepere cœperũt, eũdẽ e ſomno excitãtes, ueſtẽ quoq; roſtris eouſq; attraxere e qeſcẽtis corpore, quoad ſerui id ſignũ adeo miſſum arbitrati lectica ipoſitũ iterũ ad mare ꝑ profundã ſiluã occulto calle detulere. Multis ꝑ partes accurrẽtibus, interrogãtibuſq; ſicubi Cicero appareret, obuii ob beniuolẽtiã miſericordiãq; nihil niſi ablatũ fuiſſe referebãt. Verũ cerdo qdã Clodii cliẽtulus Ciceronis acerbiſſimi hoſtis, Lenæ turmarũ duci cũ paucis aſſiſtenti callem

Thuranius. Cicero uir illuſtris. Fuga ciceronis. Capua.

indicat. Quo cognito inſequitur ille & Ciceronis ſeruos lõge plures, q̃ quos ipſe deduceret auxilio adeſſe cernẽs militariter admodũ cœpit exclamare. Ea uoce qui in agris aderant poſtremi turmarũ duces aduolãt, quos ĩuictes Ciceronis ſerui, q̃plurimi accedẽtibus territi ceſſerũt. Lena uero q ꝓpriã cauſam Ciceronis patrocinio tutatus pœnam effugerat, caput e lectica primus extulit, ſimulq́ꝫ præcidit, tribus feriẽs, ſecanſq́ꝫ uulneribus ob inexperientiã. Abſcidit & dexterã, qua orationes illas luculentiſſimas in Antoniũ ueluti tyrãnũ exarauit, ad Demoſthenis in Philippũ editarũ ſimilitudinem. Quo facto nonnulli in equis quidã nauibus præuecti ſunt, ut hæc Antonio primi nũciarent. Lena ſedẽti in foro Antonio caput, manũq́ꝫ Ciceronis a lõge protulit, oſtẽd tq́ꝫ. Qua ex re exhilaratus ducẽ coronauit, adornauitq́ꝫ donis, ducẽtis.ſ. & quinquaginta millibus drachmis Atticis, quod maximũ, & pugnaciſſimũ inimicoꝝ olim eius occidiſſet. Caput manuſq́ꝫ Ciceronis in foro ante tribunal ꝑ ſpaciũ temporis pepẽdere, quo in loco & ipſe prius orare ſolitus. Ad id ſpectaculum multi audiẽtes uiſendi cauſa cõuenere. Ferũt & in die Antonium Ciceronis caput in mẽſa tenuiſſe, demũ ſatiarũ animo ab hoc nefando ſpectaculo abſtinuiſſe. In hũc modũ Cicero eloquẽtia admirabilis, præter cæteros in hanc ætatem uſq́ꝫ & qui cõſularem dignitatẽ obtinuerat in maximis patriæ ſuæ utilis extinctus ab hoſtibus cõtumeliis affectus eſt. Filius autẽ eius in Græciã ad Brutum pertrãſiuerat. At uero Quintus Ciceronis frater ſimul cũ filio depræhenſus apud ꝑcuſſores præcibus inſtare cœpit, ut ſe anteq̃ filiũ occiderẽt, Filio cõtra ſuppliciter poſcẽte, ut ſe prius neci traderẽt, ꝑcuſſores id utriuſq; ſe cõceſſuros ãnuerũt. Ita ambobus intercœptis, ſigno dato, ſeparatim uno ĩpetu necauere ambos. Gnatii etiã pater Ciceronis filius.

& filius telis cōcurrentes inuicē uno uulnere confoſſi ſunt, reliqua mēbra, capitibus adēptis inſimul cōplexa reſederūt. Blauus filiū eius, ne una gradientes cōſpicui fierēt hoſtibus ad mare fugere ſuaſit, Ipſe poſterius ex iteruallo ſequebatur. Annūciante deinde quodā ſiue temere, ſiue cōſulto filiū eius interceptum eſſe retro rediens, pcuſſores ut ſe interimerent accerſiuit. Accidit autē ut filius eius ex naufragio periret. Si inter clades fortuna plurimum poterat. Arūcius filio ſine illo recuſanti fugā arripere, uix ut ſeipm ſaluaret potuit ſuadere. Et hūc qdē mater ad portas ante miſit, deinde ut parētem occiſum ſepeliret reuocauit. Sed cū illū in mari ex einedia uitā finiſſe nouit, ſeipſam interemit. Et hæc quidē filiorum bonorum, malorūq; imagines deſcriptæ ſunt. Fratres ambo proſcripti qui Ligarii noie appellabātur inter latendum ſomno cōſopiti ſunt. Ex his alter ingrentibus ſeruis ſtatim interficitur, alter fuga elapſus, dū fratrē interēptū audit, ſe ex pōte proiecit in fluuiū. Circūſtantibus illū piſcatoribus, ueluti non ſpōte, ſed caſu decidiſſet, diutius ne ab illis caperetur obluctatus eſt; ſeq; inter fluctus ultro obruit. Captus poſtremo ab his cū in tutū peruniſſet, Non me edepol ſeruaſtis inquit, ſed una uos, cū pſcriptus ſim neci cōdénaſtis. Verum illi miſericordia moti apprehenſum tenuere, quouſq; a militibus q pontē obſeruabāt cōſpectus, & capite abciſo interēptus eſt. Quorūdā etiā fratrū caſus miſerabilis fuiſſe legitur, nam cū alter ſe pieciſſet i fluuiū, ſeruus cadauer diligētius pſcrutatus, elapſa iā qnta die rimādo cōperit, & adhuc ab aſpectu cognitum capite priuauit. Alterum in ſterqlinio demerſum ſeruus alius indicauit. Percuſſores itaq; ingredi nō auſi, haſtis, banuiſq; e fūndo extraxere, & caput ſorde fœdatum ut erat abſcidere. Alius capto fratre neſcius ſe cū illo pariter pſcriptū eſſe pro

Varii & admirādi fortunæ caſus.

Alius caſus.

pere accurrit, & me ante iſtũ interimite clamauit, Quod intelligẽs turmæ ductor, cũ & hũc pariter ꝓſcriptũ ſciret, æqua poſtulas rñdit, nã & tu ante iſtũ ꝓſcriptus es. Quibus dictis iuxta ordinẽ interfecit ambos. Et hæc fratrũ exempla digna memoratu. Ligariũ cõtegens mulier unicã ſecreti participẽ admiſerat ancillam, ꝓdita deinde ab ea uiri caput deferentẽ ꝓſequebatur exclamãs. Ego hũc ſuſcepi, par mihi & ſuſcipientibus debetur pœna. Cum nullus eſſet, qui interficere auderet, aut ſuccenſere. Ipſa ꝑ ſe ad principes nũcia ꝑuenit. Spernentibus iis ut mariti cupidã, inedia ſe denuo confecit. Et hæc qdẽ hoc in loco cõmemorata eſt, qm̃ uirũ ſaluare cupiẽs nõ potuerit, ob idq; ſeipſam interfecerit. Quęcũq; a felicitate amoris nequaq̃ cecidere in his, quæ uiros tutatæ ſunt ꝓſcribo. Ex illis uero quæ impudice inſidias ſtruxere uiris in primis Septimio nupta hẽbitur. Hæc.n. a quodã Antonii neceſſario atq; amico corrupta fuerat. Dũ igitur ex adulterio ad nuptias trãſire cupit Antoniũ per adulteriũ in uirũ deprecata eſt. Per hũc modũ Septimius in tabula ꝓſcribitur, qui re ab uxore cognita, domeſtici ignarus ꝑmali fugã p̃parabat. Illa ueluti mariti cupida fores occluſit, ac tãdiu tenuit, quo ad ꝑcuſſores aduenere. Eadẽq; die, & maritus ĩterfectus ẽ, & ipſa impias celebrauit nuptias. Salaſſus fugiẽs, cũ ſpe deceidiſſet in urbẽ nocte delatus eſt. Dũ deſinente ſæuitia res in melius cõponi exiſtimat, occlũſa domo ſolus oſtiariuss & ipſe in ea pariter cõcluſus heꝝ agnouit, & in eius cellulam recepit, cõtegere quoq; ex his, quæ habuiſſet, atq; alere pollicitus eſt. Ille uxorẽ e domo ad ſe euocare iubet. Mulier accelerarẽ ſimulans ancillas uereri aiebat, ne ꝑ noctẽ quippiã ſuſpicarẽtur, mane p̃ſto ſe affuturã. Orta luce ꝑcuſſores ſubito accerſit. Oſtiarius in domũ ꝓfectus ueluti morantẽ acce

Ligarius.

Septimii uxor.

Salaſſus.

lenire ſuadebat. Salaſſus abſente illo inſidias nō nihil ueri-
tus, tecti culmē aſcēdit, qd fieret interim opꝑiebatur. Vidēs
deinde nō oſtiariū, uerū mulierē ꝑcuſſores deducere, ſe præ
Fulnius. cipitem miſit e tecto. Fulniū ad ſeruā eius fugientē, quā pel
licem olim habuerat, & libertate donatā in uxorē ſibi aſſū
pſerat, ab eadē tot beneficiis obnoxia proditū fuiſſe aiūt, ze-
lotypia alterius, quæ & ipſa Fulnio denupſerat. Tot peſſima
rum mulierū exēpla ſeſe offerūt. Statius Sānius, q plura Sā-
nitibus in ſociali bello utilia peregerat, ob inſignia facinora
diuitias, atq; nobilitatē in Romanoꝝ Senatū admiſſus fue-
rat, cum iam octogeſimū attigiſſet annū. Cū igitur diuitiaꝝ
cauſa inter proſcriptos referretur, domū populo aperuit, &
ſeruis quæcūq; libuiſſent efferre conceſſit, alia & ipſe pro-
iecit, donec euacuata domo, & occluſa igne iniecto in ea-
dem cōbuſtus eſt. Ignis porro ꝑ urbē euagatus nōnulla alia
Capio. cōſumpſit loca. Capio in longū adopertis foribus per uim in-
grediētes ad unū interfecit, & a multis cōtumelia affectus
Vitulinus ſolus eos interficiēs extinctus eſt. Vitulinus ingentē arma-
Regiū. toꝝ manū circa Regiū in unū cōparauit ex proſcriptis. ſ. &
cū illis fugientibus, & ab octo ſupra decē urbibus, quæ exer
citibus in prædam deſtinatæ id eoꝝ præmia ad grauiſſime
ꝑferre uidebātur. Qua ſtipatus, turmaꝝ duces ad eos di-
ſcurrentes interfecit, donec maiore exercitu in eum miſſo,
cum nec ſic animo deficeret in Siciliā ad Pōpeiū, qui inſulā
eā obtinebat, & fugientes ad ſe ſuſcipiebat ꝓfectus eſt. Sub-
inde bello acriter geſto in Sicilia multis ſuꝑatis p̄liis, filiū,
Meſſana. & quoſcūq; ex ꝓſcriptis, qui ibidē cōuenerāt, Meſſanā ire
iuſſit. Ipſe cum ratē ab hoſtibus nudatā eſſe cerneret in eos
delatus hoſtili manu cōfoſſus eſt. Naſo ab liberto q olim ex
obſoletis eius fuerat, proditus, a quodā militū gladiū eripuit,

& ꝓditore ſolo interēpto, ſe ultro pcuſſoribus necandũ prae buit. Amator heri ſui ſeruus, liberatũ eum in tumulo quodã cõſtituerat. Ipſe quo ratẽ precio cõduceret ad mare deſcen derat. Reuerſus cum Herũ interfectũ offendiſſet aſpirantẽ adhuc, uehemẽter intonãs ſuſtine parũper o here inqt, & inſurgentẽ ſubito turmaꝝ ducẽ interemit, poſt quẽ ſeipſum interficiẽs, ad herũ conuerſus. Solamẽ inqt o here ſuſcepiſti. Lucius duobus fidiſſimis libertis aſſignato auro, ad mare ꝓperabat. Fugientibus illis, retro rediit, & deſperata ulterius uita, iugulatoribus ſeſe obtulit. Labienus q in Syllę proſcriptionibus multos cœpat, multoſq; interemerat, ignauus merito hẽri poterat in his ſimilia generoſe ꝑtuliſſet. Egreſſus itaq; domo in throno cõſedit, pcuſſores ad ſe uẽturos lęte opperiens. Ceſtius in agris apud benignos ſeruos cælabatur. Ducibus uero turmaꝝ continue cum armis, capitibuſq; diſcurrentibus pauoris diuturnitatẽ ferre non potuit uerũ ſeruis ꝑſuaſit ut pyrã pararent, atq; incenderẽt, ita ut inqrentibus, Ceſtiũ a ſe interfectũ & ſepulturæ traditũ affirmare poſſent. Cui cum illi paruiſſent, pyram proſiluit intrepidus. Aponius tute latebras adeptus abominata uictus turpitudine inſequentibus ſeſe necandũ obtulit. Alius in publico ſe ultro obtulerat. Iugulatoribus morã ducẽtibus, oppreſſo ſpiritu ſibi ipſi ademit uitã. Lucius Aſinii tunc conſulis ſocer per mare arrepta fuga, ſalis motũ non perferẽs, ſe ſponte immerſit undis. Siſiniũ fugientẽ, acclamãtẽq; nutiq ſe proſcriptũ eſſe, uerũ pecuniaꝝ cauſa inſidiis appeti, ad tabulã ꝑſequẽtes adduxere, & eius nomẽ inſcriptũ, ut legeret coegere quo lecto eũdẽ dedere neci. Emilius neſcius ſe ꝓſcriptũ eſſe cum armatos aliũ inſeq uideret, turmæ ductorẽ interrogauit, quis ille proſcriptus eſſet, Is Emilio inſpecto tu ipſe es Emilius.

Cillus. Decius. inqt, & ambos, ſimul interfecit. Cillus, & Decius e Senatu egredientes cum eorum nomina tabulis inſcripta cognouiſſet, nullo inſurgēte ſine ordine per portas arripuere fugam, & occurrenti turmarum duci, ex curſu ſeipſos prodidere. Icelius q ſub Bruto, & Caſſio ius aliquādo dixerat, Cęſare cū exercitu circa iudicia aſſiſtente, cæteris iudicibus occulte condemnationē eius afferentibus, ſolus palā abſolutionē protulit, & ob libertatis confidentiam clam elapſus, afferentibus

Aſtuta cuſtodia. cadauer ſeſe immiſcuit, lecticāq; detulit. Admirantibus qui cuſtodiæ portarum præerant, quod ſolito āplius uno homine ad ferendū uterentur, nilq; ſuſpicantibus de his, qui ferebant lecticā perſcrutati ſunt, ne ſub ſimulatione quiſpiā in ea celaretur. Qua ex cauſa deferentes Icelium redarguere cœperunt, quaſi minime cū illis ad id munus eſſet electus. Ob

Varus. id a perſequentibus agnitus interēptus eſt. Varus a liberto ſuo proditus ſumma celeritate ſe proripuit, & montem ex monte commutans ad Minturnenſium peruenit paludem, in qua ſe ipſum recreans tacitus latebat. Minturnenſibus ad latronū inquiſitionē, diſcurrentibus paludē, arundinis motu deprehenſus capitur, ſeq; latronē profeſſus eſt, eoq; modo dānatus ducebatur. Cum una cum cæteris ſupplicio afficiēdus eſſet, id genus mortis ut indecorum aſpernatus in hūc modum locutus dicitur. Interdico uobis o Minturnēſes me cōſulem olim factū, & a principibus, quod longe honorabilius eſt proſcriptū, ulterius torquere aut morte mulctare. Si.n. mihi fugere non licet, utilius nūc eſt ſub collegis meis obire mortē. Ad quæ diffidentibus illis, cum orationē huiuſmodi ſuſpectā haberent, accurrens turmæ ductor Varū agnouit, & capite adempto reſiduū corporis Minturnēſibus reliqt.

Largus. Largū quidā in agris deprehenderūt, non Largū, ſed alium

inquirentes, Eius itaq; fortunã miſerati, quoniã non quæſitus interceptus eßet, per ſiluã ut aufugeret illi ſuaſerũt. Inſequẽ tibus aliis ut eundẽ caperent, ad primos feſtino curſu perue nit, & uos me interficite inquit, qui caſum meũ prius mi ſerati præmia ob id debita habere promeremini, Sic moritu rus æquam humanitatis uicem illis reddidit. R ufus domũ ornatiſſimã iuxta Fuluiã Antonii uxorẽ poſſidebat, q̃ cum Fuluia ſummope ab eo emere tentaſſet neutiq̃ morẽ geſſit mulieri, tunc autem dono exhibens inter proſcriptos dela tus eſt. Itaq; capite eius ad Antoniũ relato id ad ſe ſpectare renuit, uerum ad uxorẽ deferri monuit. Illa fori pice ante domũ ei contiguã iuſſit appendi. Alius uillam perornatã ad modũ, & floridã poſſedit. Antrũ in ea profundũ, & pulcher rimũ inerat, & forte ob hæc proſcriptione dãnatus fuerat. Contigit autem, ut ſe in antro tunc forte refrigeraret, cum pcuſſores a longe uenientes conſpiratus ſeruus, in profundũ antri eum iuſſit abſcedere. Ipſe berili tunica aſſumpta ſe do minum eße ſimulauit, & trepidatione magna detineri, & fortaſſis pro hero mortẽ pertuliſſet, niſi quod cõſeruus alius dolum reſerauit. Interfecto itaq; hero populus ꝑgrauiter id ferens rem ad principes detulit, nec ante ab ira conquieuit, quã herũ indicantẽ cruci affixum qui uero cõſeruaſſet liber tate donatũ cõperit. Aterium latitantẽ ſeruus prodidit, qui ſtatim liber effectus heri ſui filiis ſubſtantiã ademit, contu meliis quoq; inſectatus eſt. Illi quacũq; gradientẽ taciti, ac flentes ſequebãtur. Eam iniuriã deteſtatus populus triũuiris rem aperuit. Hi fortunis abundantẽ proſcriptis filiis in ſer uitutem redegere ultro. Hæc circa uiros memoriæ cõſcripta fuiſſe referuntur. Attigit quoq; ob diuitiaꝝ facultates, & orphanos fortuna illius tempeſtatis, quoꝝ unus cũ ad præ

Rufus.

Vis uirtu tis.

Mortes in nocẽtũ.

ceptorē graderetur, cum pedagogo ſimul interimitur, dū ille puerū arctius cōplexus, ab ſe āmoueri minime ſuſtinuit. Atilius p̄texta depoſita togā ſumpturus amicorꝫ turba ſtipatus, ut mos fuit, ad ſacra, & ad tēpla ducebatur. Exorto rumore eum in tabulis pſcriptū eſſe, amici ſeruiq; deſeruere oēs. Solus itaq; relictus ex tam inſigni pōpa ad matrē ſeſe contulit. Ea filiū ob timorē penes ſe retinere uerita domo ex pulit. Itaqꝫ poſt matrē alterius periculū facere non auſus in montē aufugit, ex quo ob famē ad ima cōpulſus in latronē incidit, q p̄tergradiētes deprædabātur. Ab hoc p uim aſſuefactus ad prędā, cū deliciis innutritus eſſet, laborꝫ ut puer ferre non potuit. Arrepto itaqꝫ curru, rotarꝫ uelocitate ſublatus eſt, & turmarꝫ ducibus ſeipſum prodidit, eoqꝫ modo intereptus eſt. Dum hæc ita gerūtur, Lepidus de Iberis triūphum agere conſtituit, Et ſtatim edictū in hūc modū pmulgatur. Lætā fortunā annunciari oībus, qui ſacra, cōuiuiaq;, eo die peregiſſent. Qui aūt minus paruiſſent, eos in proſcriptorꝫ haberi numero. Ille igitur triūphū inter ſacra deduxit omnibus hilari geſtu, & mente infeſta proſequentibus. Proſcriptorꝫ interim dona domeſticis uenui ſubiiciebātur, paucicqꝫ admodū inuenti ſunt, qui agros illorꝫ emere auderent, quidā, quod infeliciū ærūnis pœnā addere erubeſcerēt, nec ſatis proſpere ſimilia ipſis euenire poſſe arbitrarētur, nō etiā ab his tuto, q aurū, & argentū habuiſſent illorꝫ oculis obiici quinimo proprios agros neutiq periculi expertes fore, uerū multo magis quæ ipſi poſſiderēt, diſcrimini ſubiecta eſſe exiſtimarent. Soli quidā ob audaciā minuta quędā precio coemerant. Ea ex re principibus, quæ ad belli apparatū neceſſaria forent ſufficere ſperantibus, ducenta millia deeſſe adhuc cōperta ſunt. Hæc igitur in publicū referentes illi, quadri-

Atilius infelix.

Proſcriptorum bona uenui.

gentas ſupra mille mulieres proſcripſerũt, quæ pcipua diui- tiaꝝ copia excellerent qbus iniũctũ erat, quæ haberet æſti mantibus ſimul ad belli cõferre neceſſitatẽ, quãti unãquãq; eaꝝ hi tres condẽnaſſent uiri. Adeũt, & occulentibus qpo piam eoꝝ, quæ habuiſſent, aut preciũ male afferentibus pœ na, & ſimulia indicantibus liberis, ſeruiſq; præmia. Hæ aũt per acceptiores pricipibus fœminas exorare illos ſtatuerũt. In qua re neq; ab ſorore Cæſaris, aut Antonii matre repul ſæ ſunt, a Fuluia dũtaxat Antonii uxore a foribus excluſæ contumeliã grauiter tulerũt. In forũ itaq; delatæ, & a tri- bunali ſimiliter reiectæ, aſſiſtẽte populo, & ſatellitibus ar- matis fari uelle dixerũt. Tunc Hortenſia pconis uoce ante alias pſcripta. Moderatione ueſtra indigẽtibus inqt tot, ta- libuſq; mulieribus ad uxores ueſtras cõfugimus, nullã ab his ſecutæ gratiã, a Fuluia reiectę in forũ ab eadẽ cõpellimur. Vos qppe iam nobis patres, uiros, filios, fratres accuſantes eripuiſtis, quod ab his iniuriã accepiſſe fatemini, pecunias etiã abſtuliſtis, nunc ſexũ noſtrũ ad indecentiã indignã, ac præter naturæ mulieribus modũ cogitis. Si.n.a nobis quẽ- admodũ a uiris noſtris contumelia uos affectos creditis, nos æque ut illos proſcribite. Si uero neminẽ ex uobis hoſtẽ de- creuimus, non domũ diripuimus, aut exercitũ corrupimus, aut alium induximus, neq; principatus, aut honoris titulũ ſortiri prohibuimus, qua in re ſuppliciorum participes eſſe promeruimus, quæ iniuriarum nulla attigimus partem? Quid præterea impendere tenemur, quæ neq; imperii, neq; honoris, neque exercitus, neque præturæ, aut de- nij; reipublicæ, quæ a uobis ad tantum calamitatis diſcri men oppugnata eſt utilitatem ullam capimus? An quia ut dicitis bellum inſtat? Sed a quo bella iſta prouenere?

Fœminaꝝ pſcriptiões in ære.

Oratio Hortẽſiæ p mulieri bus.

aut quẽadmodũ mulieres intulerũt, quas natura apud oẽs homines ab his curis uacuas eſſe uoluit. At matres noſtræ ſupra naturam eaꝝ ſemel aliquando id fecerũt, cum periclitante republica, & deſperata urbe, inſtantibus Carthaginenſibus, ac tum quidem ſponte contulerunt non a terraꝝ, aut locaꝝ poſſeſſionibus, non a dote aut domibus ſine quibus in libertate poſitis, ne uita ſupereſt, ſed ab ornatu ſolũ, quem domi poſſidebãt, non pœna aliqua, non accuſatoribus, aut indiciis adductę, non per neceſſitatẽ aut uim coactæ, ſed quantũ ſponte ex animo illis placuit. Quis igitur nunc ineſt uobis de pricipatu, & patria timor? Inſtet aliquãdo Celtaꝝ, aut Parthoꝝ bellum, non deteriores ad ſalutẽ matribus noſtris fuiſſe uidebimur. Ciuilia autem bella neq́ intulimus, neq́ uobiſcum adinuicẽ miſcuimus manus, neq́ in Cęſaris, Põpeiiue bellis qppiã impendimus, neq; Marius nos aut Cinna ad hoc cõpulit, non Sylla, qui patriæ tyrannidẽ induxit, Vos autẽ Rempublicã cõſtituere uelle profitemini. Hęc perorante Hortenſia, triũuiri excandeſcere cœperunt, quod ſilentibus uiris mulieres hac audacia uterentur, cõcioneſq; celebrarent, & quæ agenda eſſent, a principibus inqrere auderent, militiã quoq́ perferentibus uiris, ipſæ ne pecunias quidem in mediũ afferrent. Lictoribus itaq; impoſuere, ut ipſas a tribunali explerent, donec uoce a multitudine ædita lictores ſe paulũ continuere, & principes in ſequentẽ diem hæc differri mandauerũt. Statuta die quadringentas ſolum ex priori numero proſcribi iubent quę facultatũ ſuaꝝ redderent rationẽ. Ex uiris autem qui ditiores haberentur centũ, & amplius millia exteroꝝ ſimul & ciuium, libertorũq; proſcripſerũt, inter quos & ſacerdotes, & omne genus hominũ nemine omiſſo immiſcuere, quẽadmodũ

Cõſilii mutatio a triumuiris.

bello Celtico

bello Celtico ſimilibus pœnis,ac mandatis a Romanis ædi- tum olim memorant,ut quinquageſimã facultatũ omniũ illis mutuo ad belli conferent impenſam in tributis eiuſdẽ anni ſubinde computandũ. His igitur mandatis in hunc modum æditis Romani paruere,exercitus uero contẽpſiſſe uiſus,& in deteriorẽ quoq; partem retuliſſe,ueluti eorų principibus in huiuſmodi operibus ſolã ſibĩpſis ſecuritatẽ apponẽtibus. Itaq; ab illis domos in publicũ redactas,agros uillas,aut hę reditates,filiorų quoq; adoptiones depoſcebant. Alii diuerſa ab his agitabãt,nam aut eos,qui minime proſcripti fuerant inuadentes trucidabãt, aut domos nulla ex cauſa ademptas ſibi uendicabãt,ita,ut principes pſcriberent alterũ ex conſulibus cõmutationẽ aliquã facere in his,quæ præter mandatum facta cognouiſſent. Verũ ille armatos attingere non auſus,nec in ſe ultro eos irritaret,quoſdam e ſeruis militari more ſæuientes cruce ſuſpẽdit.Et hæc quidem in fine calamitatum, quas ſupius pſcripſimus obiecta huiuſmodi fuerunt. Quæcũq; aũt inſperato ad ſalutẽ quibuſdã obuenere. & ad dignitatẽ poſterius præbuere gradũ, periucũdũ erit recenſere,neq; minus utilitatem audientibus allatura arbitror,cum in nullo ut ſupſint ſpem uideãtur omiſſuri. Quibus igitur facultas affuit,ad Caſſiũ, & Brutũ cõtendere fuga,ut ad Cornificiũ in Libyã ſeſe contulere, populariũ partes adhpc conſouentẽ. Maior tamen pars in Siciliã puenit, inſulã Italię finitimã prõptiſſime eoſdem ſuſcipiente Põpeio. Inſignem qppe diligentiã in eos qui a fortuna cecidiſſent ea tempeſtate exhibuit Põpeius.Nam pcones ad partes uniuerſas demittens omnes ad ſe reuocabat,& ſeruiẽtibus illos ſiue liberis,ſiue ſeruis, duplicia his quæ interficientibus propoſita erant pmia pollicebatur.Itaq; lembi, & onerarię rates

Timor belli celtici.

Celerũ licentia,

Mutatio fortunæ.

Laus Sexti Põpeii.

Bonũ attẽdeciuẽ. nauigantibus undiq; occurrebant, Triremes inſuper litora quæq; colluſtrantes ſigna his qui aberraſſent præferebãt, & obuios quoſq; incolumes præſtabant. Ipſe uenientibus aſſiſtens ueſtẽ & neceſſaria quæq; cõferebat. Dignioribus uero ad præturas, aut claſſium præfecturas utebatur. Induciis poſterius factis cũ trium uiris eo modo aſſenſus eſt, ſi ad ſe fugientes in his ſuſcepiſſent, Sic ille utiliſſimus infortunatæ patriæ eius affluit. Qua ex re gloriã adeptus optimã & priuatim a parente ſuo illius non inferiorem uidetur meruiſſe.

Aiaduerte caritatis & amoris ſigna. Cęteri ad alia loca fugientes, aut ſe occultantes ad inducias uſq; partim in agris, aut in ſepulchris, quidã in urbe mœſtis cogitationibus egere uitã. Mulierũ item amores erga uiros præter opinionem cõſpecti, filiorũ in parentes beniuolentiæ, ſeruorũ in dominos ſuprã naturam caritatis ſigna emicuere, Ex qbus admiranda maxime perſcribo. Paulus Lepidi frater cũ illum percuſſores uelut imperatoris fratrẽ uererẽtur, oblata uenia enauigauit ad Brutũ deinde Miletũ ſe tranſtulit, quo ex loco poſterius nondũ confecta pace euocatus reditum promeruit. Luciũ Antonii auunculũ Antonii ipſius mater ut fratrem publice penes ſe habuit. Erubeſcentibus itaq; turmarũ ducibus eã attingere ut imperatoris matrem, demũ ui craſſantibus in forũ deſcẽdit, & Antoniũ cum cæteris ducibus ſimul cõſidẽtem ſic allocuta eſt, Meipſam accuſo imperator

Audax mulier. Luciũ penes me ſuſcepiſſe, & habere iterũ, ac habiturã eſſe, quouſq; nos ambos interfeceris. Paria etenim in his, qui ſuſcepere, ac reis ſupplicia propoſita a uobis ſunt. Is mulierem ut ſororẽ optimam, matrẽ uero minus fidelẽ arguens,

Plancus conſul. Nõ Lucium ſeruare oportuit inquit, ſed prohibere potius, qui filiũ tuũ hoſtem iudicari cenſuit. Deinde Plancũ cõſulem induxit ut reductionẽ Lucio decerneret,

Meſſala. Meſſala illuſtris ado-

leſcens ad Brutũ perfugerat. Eius prudentiã ueriti Triũuiri
in hũc modũ perſcripſere. Ex quo Meſſalam neceſſariis eius
nobis affirmantibus minime affuiſſe nouimus cũ Caius Cęſar
occiſus eſt, eundem ex proſcriptorũ numero eximi iubemus.
Verũ illi ueniam huiuſmodi deſpexit. Bruto deinde & Caſ-
ſio in Macedonia deuictis exercitus magno numero ſupereſ-
ſet adhuc, nauesq; & cũ pecunias, nec non ſpes optimas ſibi
aſciſſeret, Meſſalã inſuper copiis omnibus pręſidere cuperet
neutiq̃ ſuſcepit, uerũ aduerſanti fortunæ cedendum perſua-
ſit, & cũ Antonio pariter caſtra iungere illos monuit. Ea ex
cauſa intima familiaritate deuinctus Antonio cũ eodem una
cõuenit. Demũ Cleopatræ deliciis obnoxium ægreferens ad Cleopatra
Cæſarẽ ſe tranſtulit. Is Meſſalã abrogato Antonio cõſulẽ effe-
cit. Cũ ille iterum eſſet hoſtis iudicatus, & circa Actium ad
uerſum Antonii prætorẽ claſſem cõtinentem, ad Celtas de-
ficientes ire iuſſit, uictori quoq; triumphum agere cõceſſit.
Bibulus cũ Meſſala fœdus iniit, & cũ Antonio pariter claſ- Bibulus.
ſem tenuit. Cæſari quoq; adinuicẽ per mare copias tranſue-
xit, ac Syriæ prætor electus ſub Antonio prouincię præfuit
in eaq; deceſſit Acilius clam ab urbe aufugit. Verum ſeruo Acilius.
illũ indicante milites ſpe pecuniarũ allectos impulit ut quoſ-
dam e ſuis ad uxorẽ eius mitterent ſigna afferentes, quę illi
tradidiſſet. Ea ad ſe profectis mundũ omnem muliebrẽ ante-
ponens, ipſis inquit hęc omnia tradere, quaſi reddituris, quę
pollicerentur, ignorare tamen an redditurj eſſent. Neq; uero
amore eius defraudata eſt, nã milites Acilio nauẽ cõduxere
& in Siciliã tutũ præmiſere. Lẽtulus inſtãte uxore ut eam Lẽtulus.
fugæ ſociũ ſecũ duceret & ob id attentius illũ obſeruãte, ue-
ritus uxorẽ pariter in diſcrimẽ agere clã ꝓfugit in Siciliã,
Prætor demũ creatus ſub Põpeio nunciũ emiſit, quemadmo-

dũ ſaluus euaſiſſet, prætoriãq; obtineret dignitatem. Illa ubi loci uir eius degeret intelligẽs, ac matrẽ cuſtodiæ eius aſſidentem, latuit & ſeruis duobus comitata, magno labore, ſumma inopia ſeruilem in modũ profecta eſt, quoad in regionẽ

Meſſana. Meſſanã, ueſpera iam inclinate peruenit, nec difficulter quo in loco prætoris tabernaculũ exiſteret edocta, Lentulũ non ut prętorẽ cõmorantẽ, ſed lecto humi ſtrato inopi uilla, epulatione miſera degentem eius deſiderio cõperit. Apuleio uxor

Apuleius. cõminata eſt illum proditurã ſi ea dimiſſa ſolus aufugiſſet. Mulierem itaq; licet inuitus ſecũ duxit. Cõtigit autẽ ut in fuga nulla ſuſpitiõe iter ageret, uxore, ſeruis, & ancillis una proſequentibus. Anciũ cõiunx iniecta culcitra ſimul inuoluit,

Ancius. eoq; modo mercenariis impoſitũ ad mare permiſit, indeq; in Siciliã fuga abiit. Reginũ mulier nocte in cloacã im, mun

Reginus, diciis obſitam depoſuit, inq; per diem militibus nõ auſis ingredi ob fœtorem, ſequenti nocte in modũ eorũ qui ramalia deferre ſolent præparauit, & aſinũ ramalia ferentẽ illi tradidit. Ipſa breui interuallo in lecticula delata uirũ ſequebatur. Ex cuſtodibus aũt portarũ cũ quidã lecticula perſpecta addubitaret, ſcrutareturq;, ueritus Reginus cõtinuo accurrit, & ueluti uiator quidã militũ deprecari cœpit, ut mulieribus parceret. Ille ut ramaliũ gerulũ cõtemnens, reſpõſo cũ ira præbito cognouit. Meruerat quippe alias ſub eo cum Syriæ præeſſet, Et abeas hilare inquit imperator mi. Iuuat enim te hoc nomine etiã præſentem appellare. Scoponium mulier ab Antonio petiit pudica prius habita, uerũ infortunio huiuſmo

Scopõnius di infortuniũ exoluit. Getã filius ueluti moribundũ in aperto domus igni imponere uiſus eſt, deinde clam in agro nuper conſito reliqui, quo in loco ſenex ſeipſum permutare ſtudens mẽbranã alteri oculo appoſuit. Induciis poſtmodũ factis mẽ

branā ſuſtulit., oculūq; ex deſidia delatum cōperit.Oppium filius ex ſenectute debilē & manere deprecantem humeris extulit, donec e portis tutū ſiſteret.Poſtremo in Siciliā nunc agens, nūc deferens incolumen puexit, nemine figurā huiuſmodi, ſuſpitione, aut calumnia ulla proſequentē, quēadmodū & Aeneā ſcriptores prodidere uerendū fuiſſe hoſtibus, quod parentem detuliſſet.Populus itaq; poſterius cōmendato adoleſcente ædilem declarauit.Subſtātia uero eius in publicum relata, cū muneris impenſam ferre nequiuiſſet, artifices quæ ad magiſtratū pertinebat cōtulere gratis, & ſpectatores q̄tū nummoꝝ unicuiq; placuit in orcheſtra præbuere, ita ut ditiſſimus hac munificentia fieret.Arianū cū in carceribus teſtamēti cauſa affligeretur, filius nō proſcriptus parentem proſcriptum occuluit, & cū illo pariter fugit, & eundem ſaluti demū reddidit. Metelli quidē filius ac parēs eodem nomine appellabantur.Parens cū Antonio militans circa Actium captus, & a nullo cognitus interim fuerat.Filius ſub Cæſare ea tempeſtate militiā agebat, & præturæ ſimul præſidebat. Et hoc quidē circa Actium. In Samo uero diiudicante Cæſare captiuos omnes, cū iuuenis adeſſet, ſenex inter hos ducebatur, comis, ſordes, & ſqualore oblitus, & ob id immutatus, ut dignoſci nequiret.Verum cū inter captiuos præconis uoce citaretur, filius e ſuggeſtu accurrit, & parentem pœne agnitum cū eiulatu complexus uix fletum potuit continere. Deinde Cæſarem in hunc modū allocutus eſt.Hic hoſtis tibi fuit o Cæſar.Ego belli pro te ſocius.Et hūc quidē æquū eſt pœnas pendere, me præmia accipere. Peto igitur ut parentem mei cauſa ſeruari iubeas, me autem ob illum neci tradi. Miſericordia ob hæc exorta inter omnes Cæſar Metellum q̄q̄ ſibi inimiciſſimū ſeruari iuſſit, donis quoq; multis adoro

Oppius.

Aeneas pius.

Pietatis p̄mium.

Pia deprecatio pro parēte.

Marcus. nauit, cum ab Antonio ſæpenumero deſpiceretur. Marcum clientes ſumma clementia & benignitate toto pſcriptionis tempore intra habitationē eorꝫ tenuere. Poſtremo conceſſa uenia oībus Marcus ab eorꝫ domo tanq̄ e fuga prodiit. Ircius. Ircius cum familiaribus urbe effugiens per Italiā, pfectus eſt carceratos ſoluēs, & fugientes in unū cōgregās, oppida etiā ppauca a principio, deinde maiore numero inuaſit. Poſt hæc fortiore manu cōparata Brūduſinos ſibi ſubdidit, & exercitu in eum miſſo ad Pompeiū cum oībus copiis euaſit. Reſtio. Reſtionē ſolū effugere putantē ſeruus clam inſecutus eſt, prius qppe ſub Reſtione enutritus, & in multis clementer habitus ob neqtiā tandē notis barbaricis iniuſtus fuerat. Reſtioni itaq; in palude latitanti ſeruus præſto aſtitit, eumq; ex occurſu facile conterruit. At ille trepidāti hero ita locutus eſt. Nūqd me magis o here pſentiū ſtigmatū an priorꝫ beneficiorꝫ putas reminiſci, Et hic dictis in ſpeluncā ab actū & quieſcētem egregie curauit, Cibaria illi ut potuit hincinde congſiuit, Suſpitione etiā oborta circa ſpeluncā, cum armati appropinquarent, ſeruus re aīaduerſa inſecutus eſt, & ſenem quendā pter gradientē accurrēs interficit, caputq; abſcidit. Stupefactis militibus, & ut uiatoris interfectorē cōprehendentibus. Reſtionē inquit herū meū occidi q mihi hæc ſtigmata iuſſit. Illi capite adempto ob præmii ſpem in urbē, ut agnoſcerent ſimul detulere. Seruus interim excitato hero in Siciliā cum illo enauigauit, Appion dum in ſtabulo qeſceret armatis accurrētibus ſeruus ueſtem eius induit & pro hero in lecto eius accubās libens mortē pro illo ſubiit, hero interim ſerui in mortē illi aſſidente. Armatis Menenii domum inuadētibus ſeruus heri lecticā ingreſſus eſt, aliis cōſeruis operā nauātibus elatuſq; Menenii loco interficitur.

Attende plura exēpla fideliū ſeruorꝫ.

Appion.

Menenius

Ipſe ſubinde in Siciliā aufugit. Iuniū libertus eius Philemon domū ſortitus ſplendidā, in medio urna quadā incluſum tenuit, ex his, quas adferri repoſitiones, aut pecuniarū, librorūue cuſtodiā habere ſolent. In eaq; per noctē uſq; ad inducias aluit. Libertus alius ſepulchrū domini cuſtodiens, herā proſcriptā in eodem ſepulchro cum parente una ſaluos tenuit. Lucretius duobus fidis ſeruis comitatus errabūdus cibariorū inopia ad uxorem retroceſſit, a ſeruis ueluti æger quidam lectica delatus in urbem. Interim uni ex ſeruis perfracto crure alteri innixus ambulabat. Cum uero ad portas acceſſiſſet, quo in loco parens eius a Sylla proſcriptus olim interceptus fuerat, turmam militum accurrentem intuens pauefactus eſt loci omine, & cum ſeruo aufugiens in ſepulchro latuit. Pollinctoribus denuo ſepulchra perſcrutantibus ſeruus ſe ultro ut caperetur obtulit, quo ad Lucretius iterum ad portas profugit, Ibiq; tādiu commoratus eſt, ut rediret ſeruus, cuius ueſtem ſibi induit, indeq; ad uxorem rediit, ſub cuius cura duobus intercluſus laquearibus delitui, donec ex proſcriptorum numero eximeretur. Poſtremo cōfecta pace cōſulari dignitate potitus eſt. Sergius apud Antonium ipſum latuit quouſq; Planco qui tum cōſulatu fruebatur reditū ſuaſit decernere. Idem deinde Sergius in Cæſaris, & Antonii diſſenſione Senatu Antonium hoſtem iudicante, ſolus abſolutionem palam protulit, atq; hi hunc in modum ſeruati ſunt. Pomponius prætoris in formā ſeipſum adornauit, & ſeruos miniſtrorū more ſimiliter cōponens, ciuitatem ut prætor lictoribus ſtipatus ꝑtranſiuit, ſeruis illū circūſtantibus, occulētibuſq; ne ab ullo dignoſci poſſet, demū iuxta portas currus publicos aſcendēs, peragrata Italia, ſuſcipientibus illum cūctis, præmittētibuſq; ut prętorē a Triū

Iunius. Sergius. Pōponius.

niris miſſum ad inducias ineundas cũ Pompeio, publica etiã
Apuleius, & Aruncius. triremi ad illum pertranſiuit. Apuleius & Aruncius ductores militũ ſe eſſe ſimulantes, & ſeruos militaribus inſtruentes armis ad portas ueluti proſcriptos inſequentes properarunt. Per reliquũ uero itineris ita profecti ſunt, ut carceratos exoluerent, accurrentes ad eos in unum colligerent, quouſq; ſufficienti exercitu uterq; eorum potiretur. Iam ſignis armiſq; fulgebant, & dignitas exercitibus abunde aderat. Quiſq; uero per ſe iuxta mare ad tumulum quendam caſtra
Mira ſuſpitio. habebat. Orta luce cũ ſuſpitio inter eos incidiſſet, quaſi unus cõtra alterum copias paraſſet, aſſumptis armis pugnã ineunt Demũ reſipiſcẽtes abiectis telis inuicẽ flere, & fortunam in eos ſæuientẽ apud omnes queri lamentariq; cœperũt. Poſtremo claſſe delati, unus ad Brutũ, alter ad Põpeium peruenere. Et hic quidem cum Põpeio una rediit, alter ſub Bruto in Bithynia Prætor fuit, & Bruto in Macedonia deuicto, Bi
Vẽtidius. thynia Antonio præbita, domũ rediit, Ventidiũ libertus cũ primum proſcriptus fuit uinculis iniecit, quaſi iugulatoribus eũ præbiturus, nocte uero ſeruos in unũ adhortatus ad militum ſimilitudinem inſtruxit, & herũ turmarum ducis more onatum urbe extulit, ac per reliquã Italiam uſq; in Siciliam euexit, ſæpenumero cũ cæteris ducibus, qui illum inquirebant hoſpitatus. Aliũ in ſepulchro occuluit libertus, uerũ cum
Exẽplum ignotũ. ille ſepulchri meditationẽ, & pauorem abhorreret in quadã domuncula latere monuit. Inhabitante nõ longe uno ex ductorũ numero huius uiciſſim timorem ferre nõ potuit. Ita ex ſummo pauore ad extremã prolapſus audaciã, raſo capite ad inducias uſq; præceptorẽ ueluti diſcipulus in urbe comitatus eſt. Voluſius dum ædilitatem gereret proſcriptus eſt. Is
Voluſius. ſacerdoti cuidã Iſidis amicitia deuinctus ſtolã ab eo petiit,

& ueſtem ad pedes uſq; induens canē capiti impoſuit. Eoq;
modo ſacra peragens ad Pōpeiū peruenit. Sitiū Caleni ciuem Sittius.
eorꝫ exiſtentē, & multa illis ex ſubſtantia propria olim elar-
gitum, ſumma cuſtodiere diligentia, ferro aſſiſtentes, & ſeruis
minitants, nec nō milites abigētes ab eorꝫ mœnibus, quouſq;
deferueſcente iam nequitia ad Triumuiros emiſere legatos,
qui Sittium ob omni Italia excluſum in patria tute cōmorari
obtinuere. Sic Sittius primus uel unicus uirorꝫ oium ex pere-
grinatione in patriā profugus peruenit. Varro philoſophus, Varro ille
& hiſtoriarum pariter ſcriptor militia egregie ꝑfunctus, & doctiſſi-
prætorius uir, & fortaſſis ob hæc monarchiæ inimicus ha- mus.
bitus inter proſcriptos relatus fuerat, cōtendentibus inuicem
domeſticis eius, & amicis, quis illum prius eſſet ſuſcepturus.
Calenus tandē penes ſe retinuit, habuitq; in uilla, in q̄ Anto
nius deambulationis cauſa proficiſcebatur aliquādo, & tamē
nullus ſeruorꝫ, aut Varronis ipſius, aut Caleni intus exiſten- Virginius
tem Antonio prodidit. Virginius uir dicendi ſuauitate pre-
cipuus ſeruos edocuit quēadmodū ob modicas pecunias, nec
ſatis tute illum occidentes odiū ingens ſubituri forent, demum
extremo pauore tenerentur. Sin incolumem ſeruaſſent, eos
gloriā pietatis habituros. Ad hęc ſpes optimas, pecunias etiā
multo plures maiori ſecuritate adepturos eſſe. Quibus ꝑſuaſi
cū eodem ueluti cōſeruo arripuere fugā, & in uia a percuſ-
ſoribus agnitum ſtrenue tutati pugnando conati ſunt. Sed cū
ab ipſis tandem cōprehenſus duceretur uerbis inſinuare cœ-
pit. Sed nō ob eorꝫ inimicitiā ad necem compelli, ſed ob pe
cuniarū duntaxat ſpem. Edocuit itaq; multo iuſtiores, & co
pioſiores, eos aſſecutores fore ſi ad mare ſecum acceſſiſſent,
quo in loco uxor mea inquit nauem pecuniis ſtipatam de-
bebit. Milites hac ſpe deliniti ad mare deſcendunt. Mulier,

ut a uiro mandatũ fuit ad mare quidẽ uenerat, Cæterũ tardante Virginio, rata illũ ad Pompeiũ tranſiuiſſe, nauim abduxerat, ſeruo in littore maris derelicto, q id annũciaret. Seruus Virginiũ intuens ad herũ ſubito accurrit, & nauẽ a longe recedentẽ illi oſtendit, & quæ mulier mandauerat, cur ue ibidẽ relictus eſſet ediſſerit. Id milites clare digno ſcentes cum Virginius aliquãtiſper morari ſuaderet dũ mulierem euocaret, aut ſimul cũ eo ad ſumendas pecunias accedere, ſcaphã ingreſſi, non ſine iugi labore certatim remigantes eundẽ in Siciliã tutum deduxere. Ibi quæ pollicita fuerant adepti, neutiq̃ a ſeruitio eius deſtitere ad inducias

Rebulus. uſq;. Rebulũ nauita quidã intra nauẽ ſuſcipiens quaſi in Siciliam deducturus pecunias ab eo poſtulauit, eundẽ indicare uelle cõminatus niſi tradidiſſet. Ille Themiſtoclis in

Themiſtoclis exẽplũ morẽ cum aufugeret effecit, cõminatus, & illum pariter accuſare uelle, quod ob pecunias ſe intra nauẽ recepiſſet. Ob eam rem conterritus nauita Rebulũ ad Pompeiũ deduxit. Marcus ſub Bruto olim prætor ea ex cauſa proſcriptione damnatus fuerat, Deuicto demum Bruto interceptus ſeruũ eſſe ſimulauit, emptuſq; a Barbula quodam nomine, cum ſolertem illum intueretur, cæteris ſeruis præſidere uoluit, pecuniarum inſuper curam habere conceſſit. Aptum igitur ad omnia ſupra ſeruorum moram expertus, ac prudentem ſi ex proſcriptis aliquis fortaſſe eſſet, & id profiteretur, eum ſeruare uelle pollicitus eſt. Abnuente illo uehementius, & genus nomenq; ac priores dominos uerbis ſimulante, Romã ſecum iuſſit accedere, ratus id negaturum eſſe ſi proſcriptus extitiſſet. At ille intrepidus ſecutus eſt. Circa fores interim conſulum ex amicis Barbulę quiſpiã inſpecto Marco ſerui in morem illum proſequente clam Barbulæ inſuſurras

nit auribus. Ille per Agrippã exorato Cæſare ex proſcriptorũ numero exemit, fuitq; ſubinde Cæſaris amicus Marcus, Nec multo poſt circa Actium contra Antoniũ prætor inſtituitur, ſecutũq; eſt ut eodẽ tempore ſub Antonio præturam gereret Barbula, ſimiliſq; fortuna illi occurrerit. Barbula ſiquidẽ deuicto Antonio captus ab hoſtibus cum ſe ſeruum eſſe ſimularet, & illum præcio inſcius emiſſet Marcus, te Cæſari intimat, ut ſaluus eſſet impetrauit, ſimileq; beneficium illi reddidit. His igitur pares affuere fortunæ, utriſq; inſuper pares permanſere, nam nominis eiuſdem dignitatem in urbe obtinuere ambo. Balbino fugienti, & cum Pompeio demum redeunti, nec multo poſt gerenti conſulatum, Lepidus ſub Cæſare ex potenti ad infimum delatus gradum ex huiuſmodi cauſa aſtitit. Mecœnas Lepidi filium perſequebatur, quod in Cæſarem conſpiraſſe diceretur. Perſequebatur, & matrem ſimili ſuſpitione laborantem cum filio, Lepidum tum debilem quidem haud multifaciens. Iuuenem igitur Mecœnas Cæſari ad Actium præmiſit. Matrem uero ne mulier exiſtens duceretur fide iubere apud conſulem iuſſit ſe ad Cæſarem iuram eſſe. Nemine fideiuſſionem ſubeunte, Lepidus ad Balbini fores plærũq; morabatur, & ius diceti præſens aderat, miniſtris eum a lõge propellẽtibus, uix hæc effari potuit. Mihi quidẽ accuſatores innocentiã adeſſe perhibeñt, neq; cum uxore, aut filio una cõſpiraſſe aiunt. Te autem neutiq; proſcripſi unq; cum in proſcribentium numero aſſiſterent. Ad humanos itaq; caſus intuens, & ad me tibi aſſidentem hãc gratiam exhibe, ut uel me ſpõſore mulier ad Cæſarẽ tranſire queat, uel ego cũ illa ſimul deuinctus eam. Hæc dicente Lepido. Balbinus pietate motus mulierẽ a fideiuſſiõe abſoluit. Cicero a Cicerõe

Agrippa. | Barbula. | Balbinus. | Lepidus qui olim Triũuir. | Mœcenas | Cicero filius.

parente eius, in Græciã præmiſſus, cum fortunã huiuſmodi futurã uereretur, e Græcia ad Brutũ peruenit. Defuncto deinde Bruto ad Pompeiũ pertranſiuit, cum utroq; prætore functus officio. Hũc Cæſar quo ſe a traditione Ciceronis excuſaret, Pontificẽ ſtatim declarauit, nec multo poſt conſulem inſtituit, & Syriæ pretorẽ. Antonio apud Actiũ poſterius deuicto a Cæſare cum conſul adhuc eſſet ius populo plærũq; dixit, ſeditq; pro roſtris eo in loco, quo paritis eius caput, manuſq; pependerãt.

Appius. Appius ſeruis ſuis ſubſtantiã diſtribuit, & in Siciliã cum ipſis ut tranſiret nauẽ conſcẽdit, Illi inſurgente tempeſtate, auri, cupiditate permoti, Appiũ parua quadã rate quaſi tutiorem in ſpẽ deponũt, contigitq; ut præter cunctorum opinionẽ euaderet ille, ſerui perfracta naui ad unũ interirẽt.

Publius. Publius Bruti quæſtor, Antonii domeſticis illum adhortantibus ut Brutũ proderet id facere renuit, & ob id proſcriptus, demum reuerſus inter Cæſaris amicos eſſe meruit. Aduenienti quoq; Cæſari nõnunq̃ Bruti imagines appoſuit. Eaq; ex cauſa laudatus eſt a Cęſare. Hęc autem præter cunctorum opinionẽ, quæ nõnullis proſcriptorum ad diſcrimẽ, aut ſalutẽ eorum contigere, pluribus aliis omiſſis a me potiſſimũ relata ſunt. His igitur Romæ geſtis, quæ ultra cõfinia poſita erant ob huiuſmodi ſeditiones, bellis, turbinibuſq; agitabãtur. Bellorum autẽ uel præcipua fuere circa Libyã Cornificio aduerſus Sextiũ depugnãte, & in Syria Caſſio contra Dolobellã, In Sicilia quoq; clades plurimæ a Pompeio ciuitatibus, captiuitateſq; inferebãtur. Quæ igitur memoria minus digna uiſa ſunt omittẽtes, clariora, et ob aliorum dignitatẽ longe conſpicua in Laodicenſes, Tarſenſes, Rhodios, Pathareos, Xanthioſq; geſta, & eorum quælibet ueluti ab exordio explicabimus.

Lybiæ deſcriptio. Libyæ partẽ Romani ueterẽ

adhuc nominãt, quã olim abſtulere Carthaginenſibus. Eam uero quã Iuba rex tenuit, & poſterius ſub Cæſare illi adæmere, nouã Lybiã appellant. Eſt aũt Numidica. Sextius igitur ſub Cæſare Lybiæ præfectus, quæ noua dicitur Cornificium ex ueteri Libya iuſſit excedere, quaſi Cæſari in partitione triũuiratus uniuerſa Libya ex ſorte contigiſſet. Ille partitionẽ iudicantibus Triũuiris æditã ignorare reſpõdit, neq; prouinciã a Senatu habitã alicui præterq̃ Senatui uelle concedere. Hac ex cauſa adinuicẽ armis contendebãt. Exercitum Cornificius longe maiorẽ, & grauiorem continebat. Sextius leniorem inferiorẽq; ducebat. Ex quo mediterranea quæq; percurrẽs, quæ Cornificio parebãt ad defectionem incitabat, & Ventidiũ Cornificii præfectũ cum pluribus in eum irruentem urbe concluſus repellabãt. Excurrebat, & Lelius alter Cornificii præfectus Libyã quę Sextio ſuberat, & Cirtã urbem ipſo aſſiſtens oppugnabat, omneſq; ad Arabionẽ regem, & ad eos qui Sittiani nũcupantur præmiſſis oratoribus ad belli ſocietatẽ pellicere tentabant. Sittiani nempe a confœderatione huiuſmodi nominati ſunt. Sittius Romæ accuſationẽ propriã ferre non auſus arrepta fuga exercitũ in unũ cõparauit. Deinde ex Italia, & Iberia in Lybiam enauigauit. Lybicis porro regibus ad inuicem contendentibus bello, per partes opẽ attulit. Quibus aũt attuliſſet continue uictoria exultãtibus Sittii nomẽ adeptus eſt. Nam exercitus eius ſplẽdide armis depugnabat. Caio demũ Cæſari in Lybia perſequenti Põpeianos auxiliũ impendit, & Soborrã Iubæ p̃fectũ pilluſtrẽ occidit. Quorũ omniũ ob cauſam p̃miũ a Cæſare ſuſcepit Manaſſis regis prouinciã, non uniuerſam tamen, ſed potentiſſimã eius partẽ. Manaſſes q̃ppe Arabionis pater fuit Iubæ in

Iuba rex.

Cornificius.

Vitidius.

Cirta urbs

Sittiani.

Soborra.

Manaſſes.

bello ſocius. Huius igitur prouinciã Cæſar Sitio, & Boccho Maurusiorũ regi dono cõtulit. Eius partem Sittius his q ſub illo fuerant pariter diuiſit. Arabio ea tẽpeſtate in Iberiã ad Põpeii filios pfugit. Poſtremo C. Cæſare interfecto in Lybiam ad ſuos rediit, & Libycorũ nõnullos continue iuniori

Bocchus rex.

Põpeio pmittẽs in Iberiã, & bellatores inde ſuſcipiens Boccho prouinciã ademit. Sittiũ quoq; interfecit dolo, Ob hæc Pompeianis fauorabilis, cum eorũ partes aſſidua infelicitate corruentes deſperaret. Sittio prioris filio adhæſit, per quẽ Cæſari conciliatus eſt. Hunc & Sittiani ob paternã amicitiã cũ Cæſare comitati ſunt. His igitur cõfiſus Sextius ab obſidiõe ad pugnã pgreditur, & Vẽtidio ui ſupato fugiẽte exercitu ob indignitatẽ interficiens capiẽſq; pſequitur. His pceptis Lelius Cirtã obſidione liberauit, & ad Cornificiũ ſeſe tranſtulit. Sextius rebus geſtis elatus ad ipſum Corni-

Vtica.

ficiũ Vticã uerſus caſtra mouet, & q̃q̃ pluribus fidẽti copiis cõtra aſtitit. Cornificio Lẽliũ cum eqtibus ad inueſtigãdos hoſtes pmittẽter. Sextius Arabionẽ ut a fronte Lelio obſiſteret cum eqtibus pariter ire iubet. Ipſe potioribus ſtipatus e trãſuerſo equitibus irruit, eoſq; cõterruit, adeo ut Leliũ non inferiorẽ adhuc, ne reditu phiberetur trepidantẽ, tumulũ qui in medio patebat coegerit adire. Arabioni uero prius aſſiſtẽtes interimere, & tumulũ circũdare impat. Hęc

Inſigne pliũ.

aiaduertẽs Cornificius maioribus copiis Lelio ut opitularetur accurrit. Sextius a tergo inſtãs ad illũ ſubito defertur, Quẽ ab ſe ut repelleret Cornificius nõ ſine ingi labore depugnabat. Arabio interea inter petras reptãtibus ſuis p pcipitia ad Cornificii exercitũ clã acceſſit. Roſcius caſtrorũ curæ derelictus intercepto uallo a ſcutigerulo q̃dã exerto iugulo interfectus eſt. Cornificius pugna fatigatus p cani-

poꝝ auia ad Leliũ curſu trãſiliit, quę in exercitu geſta erãt penitus ignorãs. Decurrentẽ aũt illũ cõſpicati Arabionis eq̃tes pſequenteſq́ꝫ interficiũt. Hęc ut geſta erant a colle ſummo cõtemplatus Lelius ſibi ipſi necẽ cõſciuit. Ducibus itaq; pſtratis hunc in modũ exercitus per partes fugã arripuit. Quicũq́ꝫ cũ Cornificio ex pſcriptione dãnati fuerãt in Siciliã enauigarunt. Alii ut quiſq; potuit abiere fuga. Sextius Arabionẽ, Sittianoſq́ꝫ oẽs multis adornauit ſpoliis, ciuitates uniuerſis cõceſſa uenia Cæſaris ditiõi ſubdit. Hic igitur bello inter Sextiũ Cornificiũq́ꝫ geſto in Lybia finis datus, breui profecto ſi geſtoꝝ celeritatẽ mente reputes. Quæ uero ad Caſſiũ, Brutũq́ꝫ ptinent parua quidẽ ſi præmiſſa aiaduertas, huiuſmodi fuere. Cum C. Cæſar interfectus eſſet percuſſores eius capitoliũ ſtatim inuaſere. Decreta deinde obliuione omniũ ab eodẽ deſcenderũt. Verum populus in commendatione funeris miſericordia excitus interfectores Cęſaris hinc inde cœpit cõgrere. Hi ciues a tectis abigẽtes ad pũincias ſeparatim profecti ſunt, quas a Cæſare unuſquiſq́ꝫ ex decreto nactus fuerat. Caſſius & Brutus p̃tores adhuc in urbe morabãtur, quibus ſimiliter a Cæſare ut prouinciarũ curæ aſſiſterẽt iniunctũ fuerat, & ut Caſſius Syriæ p̃eſſet, Brutus Macedoniæ. Neq́ꝫ magiſtratus ante tẽpus aſſumere potentes, neq́ꝫ cædis odiũ in urbe pferentes, cum prætores adhuc eſſent, urbe exceſſerãt. His ad indignitatẽ obtegendam Senatus ut annonæ curã agerẽt iniunxerat, ne medio interim tẽpore aufugiſſe uiderentur. Abſentibus illis Syria qdẽ, & Macedõia Antonio, & Dolobellæ, q cõſulatui p̃erãt ex decreto delegãtur. Senatu pmoleſte id ferente, datũ eſt eaꝝ loco ut Cyrenẽ Caſſius adminiſtraret, Cretã Brutus, quas ut inferiores contemnentes illi exercitum pecuniaſq́ꝫ

Cornificius pflis gatur & iterimitur

Annonæ cura.

collegerant ut Syriã, & Macedoniã ultro inuaderent. Et hi circa huiuſmodi curas uerſabãtur. Occiſo autem Trebonio

Decimũ Brutus. a Dolobella in Aſia, Antonio Decimũ inter Celtas obſidẽte ut a nobis p̃miſſũ eſt, cõturbatus Senatus Dolobellã ſimul, & Antoniũ hoſtes iudicauit. Brutũ autem, & Caſſiũ ad priores prouincias reuerti iuſſit. Bruto inſup Illyriũ addendum cenſuit. Cæteros omnes quicũq; Romanoꝝ nationibus exercitibuſq; præeſſent, ab Ionio Syriã uſq; Caſſio, & Bruto ſubeſſe uoluit. His ex cauſis Dolobellã anteueniens Caſſius, in Syriã deducto exercitu ſigna magiſtratus in primis extulit, & duas ſupra decem legiones ex C. Cæſaris exercitu iampridẽ in caſtris cõmorãtes, exercitataſq; primo impetu aſſumpſit. Quippe unum ex ſuis Cæſar in Syria dereliquerat

Cecilius Baſſus. rat cum in Parthos p̃pararet bellũ. Apparatũ autem omnem illi tradidit Cecilius Baſſus. Nam cum dignitatem, & præturã contineret Sextus Iulius adoleſcens Cæſaris affinis, legionẽq; in deliciis inhoneſte duceret, conquerente Baſſo cõ tumeliis eundem inſectatus eſt, poſtremũ omniũ Baſſum appellans. Ob quæ cum minus appareret ille, duci a lictoribus confeſtim iuſſit. Tumultu inter eos turpiter exorto cũ Baſſus telis, enſibuſq; impeteretur, exercitus rei deformitate pſpecta Iulium occidit. Milites facti primũ pœnitentia, deinde Cęſaris timor inſecutus eſt. Iure igitur iurãdo in unũ conſpirantes, niſi uenia illis aut fides p̃beretur, ad mortem uſq; decertare uelle. Baſſũ ad hæc ipſa ſecũ cõpulere. Aliã

Sextus Murcus Minucius Criſpus. quoq; legionẽ inuicem ducẽtes ſtrenue pugnabãt, & Sextum Murcũ cũ tribus legionibus a Cæſare p̃miſſum haud ignaue repellebãt. Murco belli ſocius affuit Minutius Criſpus ex Bithynia tribus comitatus legionibus. Hi Baſſum ſex idm freti legionibus obſeſſum detinebãt. Caſſius obſidiõe

percepta

percepta Baſſi exercitũ ad ſe cõfluentẽ ſuſcepit ultro. Murci ad hæc & Minucii exercitus, militibus ſe ex beneuolentia dedentibus, & ex Senatus mandato ad oia obſequẽtibus in uicem ſibi aſciuit. Prius qppe Albinus a Dolobella miſſus in Aegyptũ quatuor legiones ex ꝓuincia deduxerat, quæ a Põpeii clade Craſſiq; ſup fuerant, Eas ſub Cæſare olim derelictas Cleopatra detinebat. Caſſius Albinũ, coꝝ, quæ agitabantur penitus ignarũ Paleſtina ſubito inuaſit, & exercitũ ſibi tradere coegit, quatuor legionibus aduerſum octo depugnare ueritũ. Sic Caſſius mirũ in modũ duodecim optimuꝝ legionũ cõfeſtim imperator effectus eſt. Nõnulli quoq; ex Parthoꝝ ſagittariis in equis pugnare ſoliti Caſſio adhæſerant, fama apud Parthos iam inde increbreſcente cũ olim Craſſo quæſtor aſtitiſſet eundẽ imperatore ſub longe prudẽtius decretare ſolitũ. Dolobella poſt Trebonii necẽ circa Ioniũ moram agitabat, Tributa quoq; a ciuitatibus exigens claſſem per Luciũ figulũ a Rhodiis, Lyciis. Pãphilis, atq; Ciliciis mercede in unum cõparabat. Cum in prõptu adeſſent omnia Syriã aggredi inſtituit. Terreſtri quidẽ itinere legiones duas idem agitabat, Claſſis uero a Figulo deuecta ſequebatur Caſſii deide copiaꝝ magnitudine ꝑcepta ad Laodiciam urbẽ ſibi amiciſſimã conuertit iter, quã cheroneſo contiguam, & quæ telluris inerant tutantẽ, & ad mare facilem præbentem aditum in primis nouerat. Quo in loco abũde cõmeatũ a mari capere, quo ue libuiſſet claſſem tuto conuertere liceret. Id intelligens Caſſius, ueritusq; ne ab eius manibus Dolobella euaderet, Iſthmũ.n. obtinebat per duo ſtadia diſtantẽ, lapides, omnẽq; materiem ex ouilibus, ſuburbiis, ualiſq; caſtroꝝ in unũ cõferẽs nauiũ cauſa in Phœniciã, Lyciã, Rhodũq; præmiſit. Spretus itaq; ab omnibus

Minucius Criſpus.

Albinus.

Caſſii laus

Lucius figulus.

p̄terq̄ Sidonii in Dolobellā claſsē mouet. Et naues q̄dē abū-
de utriq; ad pugnā aderāt, ex q̄bus quinq; cū ipſis hoibus a
Dolobella capiūtur. Caſſius ad eos, q̄ mādata neglexiſsēt de-
nuo ex ſuis mittit, & ad Cleopatrā Aegypti reginā, ad Sera-
pionē q̄.ꝑ in Cypro ꝓ Cleopatra exercitū ducēte. Tyrii igi-
tur & Aradii, et Serapiō Cleopatra inſcia naues oēs, quas ha-
bebāt Caſſio p̄mittūt, Regina famē, peſtēq;, q̄bus Aegyptus ea
Cleopatra tēpeſtate oppreſſa erat Caſſio dūtaxat obtulit. Ob familiarita-
tem uero primi Cæſaris Dolobellæ fauere inſtituit. Ex hac
igitur ſentētia quatuor legiones ꝑ Albinū ſibi miſit, Alterūq;
exercitū ad eius opem paratū tenuit, uenti nanq; incubue-
rant. Rhodii aūt, & Lycii, neq; Bruto, neq; Caſſio ciuilibus
Dolobellæ interitus. in bellis auxiliū afferre uelle. Dolobellæ naues ad trāſitū de-
diſſe, nullā tamen cū illo belli ſocietatē iniſſe fatebātur. Caſ-
ſius ex his, quæ in præſenti aderant pro tēpore ſeſe inſtruēs,
bis in Dolobellam copias mouit, Ac primū inter ſe acri odio
iniere præliū, Subinde in re nauali inferior Dolobella ap-
paruit. Caſſius elato aggere murum urbis adeo cōcuſſit ut
ruinam minaretur. Cuſtodem aūt noctis Marſum nomine cū
nullo precio corrūpere liceret turmarū duces diurnæ cuſto-
diæ præfectos, ut ſibi obſequerentur induxit. Quieſcente igi-
tur per diē Marſo reſeratis portis Caſſius per partes magna
multitudine ingreſſus eſt. Capta urbe Dolobella cuſtodi cor-
poris caput obtulit monuitq; ut abſciſſum Caſſio afferret quo
proprium ſeruaret. Ille capite deſecto ſeipſum interemit. Pari
Direptio modo Marſus uita ſe priuauit. Caſſius Dolobellę exercitū ad
Laodicæ ſe tranſtulit, Laodicēſium ſacra publicaq; omnia prædæ ex-
urbis. poſuit. Ciuium primores ſupplicio affecit, reliquos grauiori-
bus tributis ſubeſſe uoluit, urbemq; ad extremam tandem
cladem impulit. Poſt Laodiciæ captiuitatē Caſſius in Aegy-

ptum copias mouit Cleopatram magnis copiis, ad Cæſarem, Antoniumq; tranſire audiens, ratus nauigationem illi prohibere, animumq́ eius erga ſe pariter ulciſci poſſe. Nam Aegyptum eo tempore fame in primis cõſtam, audiebat nec exterorum exercitum copioſum admodum Albini militibus a principio emiſſis continere. Verum illum ſpe & impetu geſtarum rerum exultantem Brutus ſumma celeritate ad ſe redire monuit cum iam Cæſar, & Antonius Ionium claſſe trãſire dicerentur. Tanta igitur ſpe deiectus Caſſius haud ſponte in Aegyptum tranſire deſtitit. Parthorum itaq; ſagittarios præmiis affectos a ſe dimiſit. Oratores etiam ad regem eorum delegauit, qui illum ad ſocietatem maiorem ineũdã, uel etiam poſt opus inuitarent. Syriam porro ac pleraſq́ finitimas nationes ad Ioniũ uſq́ percurrit, indeq́ exercitum retro mouẽs fratris filium in Syria cum legione una dereliquit. Ipſe equites in Cappadociam præmiſit, qui Ariobarzanem nihil tale metuentem, quaſi inſidias olim ſibi præſtruxiſſet oppreſſere, pecuniamq́ eius plurimam, omnemq́ aliũ apparatum ad eum adduxere. Tarſenſibus præterea inter ſe diſſidentibus cum alii Caſſium prius uenientẽ, alii Dolobellam poſt illum accedentem corona donauiſſent, utriq; enim per quandam urbis ſignificationẽ id effecerant, contendentibusq́ ad inuicẽ ueluti in mutatione maxia calamitas utroſq́ inuaſerat. Caſſius igitur deuicto Dolobella mille & quingentorum talentorum tributum exoluere illos iuſſit. Ad quod perſoluendum cum impotentes eſſent, aſſiduæq; a militibus ad illos uenientibus fœde cogerentur, omnia publica uenundare, ſacra quoque publicis adiungere coacti ſunt, quęcunq́ ad pompas aut inſignia ſeruabãt concidentes. Quibus nec ſic ſufficientibus ad ferenda onera, magiſtratus quæ

Mors Ariobarzanis.

Contentio Tarſenſiũ

Maxima Tarſenſis urbis cala mitas.

libera apud eos fuere uenui ſubiecerāt. Primi igitur pueri, in nuptæq; puellæ, mulieres deinde, tum ſenes ætate miſerandi paruo precio ab alienabātur. Poſtremo adoleſcentuli, ex quibus plæriq; ſeipſos cōſecere, donec rebus in hūc modū collabentibus Caſſius e Syria rediens miſertus eſt, tributi quoq; reſiduū abſoluit. Tarſus igitur, & Laodicia calamitatibus his oppreſſę ſunt. Caſſius interea & Brutus ad inuicem cōſilia ineūt. Bruto exercitū eo ex loco mutare uiſum, & in Macedoniā ad longe maius opus ſe trāſferre. Hoſtibus quadraginta in bello adeſſe legiones, & earū octo cū Cedicio & Norbano idin Ioniū pertrāſiſſe aiebat. Caſſius cōtra hoſtes haud multi faciendos exiſtimabat, Ex inopia qppe ſeipſos facile oppreſſuros ob multitudinem, Rhodios, Lycioſq; aggrediendos eſſe, utpote illis beneuolos & claſſem continentes, ne inter agendū eos a tergo inuaderent. Cū inter utroſq; cōueniſſet diuiſere copias. Brutus aduerſus Lycios, Caſſius ad Rhodios profectus eſt. In ea qppe inſula eruditus Græcis litteris, atq; inutritus fuerat. Sed ubi cum fortiſſimis uiris nauali prælio eſſet certaturus proprias naues apparare ſtuduit, cōpleuitq;, & in Gnido exercuit. Rodiorų quicūq; prudentiores aderāt cū Romanis ad arma uenire formidabāt. Populus uero q̄maxime exultabat, & qui uetera etiā opera ad diſſimiles illis uiros mēte repetebāt. Naues aūt eorų uel præcipuas tres ac triginta in unū conduxere, alias quoq; ad Gnidum emiſere,

Gnidus.

Caſſium ſimul admonerent ne Rhodios cōtemnerent, quorų ciuitas cōtemptores ſuos cōtinue ultra eſſet, neq; fœdera inſuper, quę Rhodii cū Romanis iniiſſent, ne arma inuicem inferrent. Si quid de ſocietate belli queretur, uelle id a Romanorų Senatu diſcere, Quo iubente ad ſocietatē cōfeſtim uenturos eſſe. Hæc uel præcipue Rhodii aſſerebant. Ille bello pro

uerbis decertare opus eſſe inquit. Fœdera ne arma ad inuicem inferrent prohibere. Verũ Rhodios Dolobellæ cõſpirantes Caſſio inſurrexiſſe. Iubere nũc ut opem metuo afferrent Caſſio indigenti. Eos ironia uti, & ad Romanorum Senatũ uelle mittere fugitiuũ, & errantem ob tyrannos in urbe cõmorantes, qui & ipſi pœnas cõfeſtim penderent, & Rhodii una cũ illis, quos in primis uenerantur, ni ſubito imperata facerẽt, Hæc a Caſſio illis reddita. Quę audiẽtes qui ſanioribus cõſiliis adhæſerant, maiori adhuc trepidatione tenebãtur. Multitudo uero in cõſulto quodã impetu Alexãdrum efflagitabat & Manaſſem quõ Mithridates pluribus nauibus ad eos contẽdiſſet, & Demetrius olim ante Mithridatẽ. Hi igitur Alexandrũ ob hæc in Pritanem ſibi aſciuerãt. Eſt aũt hæc quem maxime imperatoria dignitas, & Manaſſem claſſis ducem inſtituerent. Emiſere tñ denuo ad Caſſiũ legationis cauſa Archelaũ quendam præceptorem olim Græcarũ literarũ ea in inſula ut eũ deprecaretur iucundũ hominem, & Caſſio longe pinguiorem. Is dextera eius apprehenſa ut notũ præcabatur his uerbis. Ne Græcam cõturbes urbẽ Græcorum amice, ne Rhodũ, libertatis uir amator, nec Doricam ſpernas dignitatem nunq̃ ex quo nati ſumus imminutã, nec optimæ obliniſcaris hiſtoriæ, q̃ Romæ Rhodiq́ꝫ didiciſti. Rhodi quidẽ quæcũq; Rhodii erga urbes regeſq́ꝫ alios, & eos maxime qui inexpugnabiles arbitrabãtur eſſe Demetrium, ac Mithridatem pro libertate peregere, pro qua tute laborare aſſeris. Romæ uero quæcũq; nobiſcum & in alios & cõtra Antiochũ magnũ egimus, quorum, apud nos colũnæ a uobis inſcriptæ adhuc extãt monumenta geſtarũ rerum. Et hæc quidem ob genus, dignitatẽq́ꝫ noſtrorum, & felicitatis in hãc uſq́ꝫ diem, liberæq; ſocietatis & electionis in uos o Romani dicta ſint. Tibi aũt o

Alexãder Mithridates. Demetrius.

antiochus magnus.

Caſſi ſingularis quædã ineſt uerecũdia in hãc urbem, & in nutricem tuã eruditricemq; ac medicinalẽ, & larem proprium quẽ incoluiſti, & præceptorum nobis locum, & in me qui te ad alia cõtumeliam afferre credidi, & pro patria bellum gerere, ne tecũ armis cogatur decertare, qui in ea enutritus eruditusq; fuiſti, neue ex duobus alterũ ex neceſſitate eueniat, aut Rhodios oẽs bello occumbere, aut Caſſiũ ab illis pugna ſuperari. Cõſulo etenim ultra quod obſecratus ſum, & tanto pro republica operi aſſiſtenti deos ꝓpitios adcupio. Vos aũt iureiurando deos inuocaſtis cũ nuper per Caiũ Cæſarem

Fœderum uiolatio. nobiſcum cõueniſtis. Fœdera quoq; ſacris addidiſtis, ac dextras inuicem complexi eſtis, quæ aſſidue in hoſtes exerãdæ ſunt, non aũt in amicos & altores. Parce non diis modo, ſed gloriæ quæ ad mortales pertinet, cũ nulla fœderũ uiolatio immanior habenda ſit, q̃ quæ delinquẽtes od omnia infidos reddit amicis, inimiciſq;. Hęc eloquutus ſenior Caſſii dextrã haud quaquã dimittebat, uerum lachrimis rigabat amplius, ſic ut Caſſius ab aſpectu eius erubeſceret, & paſſionem ex

Caſſii reſpõſio ad p̃ceptorẽ. rubore palã ederet uix ut hæc potuerit loqui. Si quidẽ Rhodiis minime cõſuluiſti ne mihi iniuriã inferrent, iniuria me affeciſti. Si uero eos edocens monenſq; nequaq̃ ſuaſiſti opem tibi affero. Aperte quippe iniuria affectus ſum primũ, quod auxiliũ belli expetẽs ab his q me erudierũt, et enutrierũt deſpicior, ac cõtemnor. Deinde quod Dolobellã quẽ neq; erudiere neq; enutriere mihi antetulerũt, et quod itolerabilius eſt. n. mihi modo ſed Bruto, uiriſq; optimis quoſcunq; ex Senatorio ordine tyrãnidem affugiſſe cernitis, & pro libertate patriæ pugnãtes. Et uos o Rhodii libertatis amatores Dolobellam patriã in ſeruitutem aſſerentem nobis anteponitis.

Concertatio. Quibus aũt beneuolos eſſe oportuit negligitis, ciuilibus uos

bellis neutiq̃ immiſcere ſimulâtes. Eſt pfecto inter ciues cõ-certatio, quã nos poteſtatẽ populi affectamus eſſe. Bellũ quod nunc geritur apertum eſt reipublicæ aduerſum monarchiã contendentis, & uos reipublicæ fauentes derelinquitis, deprecanteſq; pro ſuis legibus, amicitiamq; Romanorum præferentes, morte, publicatione bonorũ, ſiue iudicio proſcriptos, nulla miſericordia amplexamini, ſed Senatum hæc damna patientem & opem ſibi afferre nequeuntem conſulere uelle ſimulatis. Iam enim uobis clare innotuit ex his quę a Senatu decreta ſunt omnes, qui orientis plagas incolunt mihi ac Bruto auxilium impendere oportere. At uero nobis finitima acquirentibus quid auxilii impenderitis ob beneficentiam, ac mercedẽ eorũ quæ a nobis ſuſcepiſtis tu ipſe cogita, quoniam nobis libertatis ac ſalutis cura ineſt, uos autem iniuria affectis nullam affertis opem, quos æquum erat & ſi non nobis ad inuicem certantibus adeſſe, attamen imperiũ ſibi uẽdicantes pro Romanorum republica utilitateque repellere cum Dorici ſitis. Cęterum uos rationes & opera haud multifacientes, ſolũ fœdera, quæ uobiſcum egimus nobis anteponitis, & quæ cum Caio Cæſare monarchiæ principe pariter iniuimus. Sed hæc quidem Romanos Rhodioſque in eorum neceſſitatibus inuicem ſibi auxilia afferre admonent. Aſſiſtite igitur nobis in maximis Romanorum caſibus atque periculis. Caſſius eſt qui fœdera uobis anteponit, qui uos ad belli ſocietatem inuocat. Romanus uir & Romanorum prætor, ut Senatus decretum indicat. In quo omnes qui ultra Ionium mare incolunt ditioni noſtræ ſubeſſe uoluit. Hæc eadem & Brutus uobis anteponit, & Pompeius mare ad Senatus imperium conuertens. Ad hæc preces addimus, deprecanturque quicunq; e Senatu Põpeius.

nuper expulſi atq; fugientes partim ad me Brutūq; uenerūt, partim ad Pōpeiū delati ſunt. Eſt.n. ex fœdere ſancitū ut pdi xi, Romanos, & Rhodios ſibi mutuo auxilia ipēdere debere, ſi ad unū dūtaxat neceſſe ſit. Si uero nos neq; prętores, neq;

Dānati. Romanos adhuc, uerum fugitiuos & exteros, aut dānatos, ut qui nos proſcripſere profitentur exiſtimatis non ad nos am plius hæc fœdera ſed ad Romanos o Rhodii uobis extant.

Cōfutatio. Nos igitur exteri, & alieni, & fœderū expertes bellū uobiſcum inienius ſi non ad omnia nobis parueritis. Hæc Caſſius altius ediſſerēs Archelaum a ſe dimiſit. Alexander uero, & Manaſſes Rhodioꝝ duces tribus ſupra triginta comitati na uibus Gnidū uerſus in Caſſiū mouēt, quaſi illū ſubita nauiga tione territuri, & ſi parū ſpei ſibi uēdicarēt, quod in Mithri

Bellū naſuale. datē ad Gnidū deducentes belli exitu feliciter egiſſent. Remis quippe ad oſtentationē uſi prima die in Gnido deduxere morā. Poſtridie uero in Caſſianos exeruere claſſem, quod admirati illi ad eos cōuertūtur, eratq; ab utraq; parte uirtutis ac potētiæ inſigne opus. Rhodii leuibus ratibus ſubito ad hoſtes accurrebāt recurrebātq;, cōuerſionibuſq; utebantur, Romani grauioribus fræti nauibus, cū ſe illis miſcuiſſent, ma gno ipetu eaſdē purgebāt, quaſi pedeſtri pugna decertantes. Caſſio deinde multitudine nauiū hoſtiles obſidēte, Rhodii.n. ulterius adnauigare, & renauigare facile poterant. Sed cū a fronte ſolū impetu ferrētur, reuerterenturq;, experiētia omnis anguſtia loci incluſa deperibat. Nā impetus ab acutis earum proris ad grauiores Romanorum naues infirmus reddebatur. Romanis ex leuioribus ſtabiles quædam affuere, donec tres

Rhodioꝝ claſſis profligatur. Rhodiæ cū ipſis hominibus intercæptæ ſunt duæ colliſæ, ac uinculis iniectæ, aliæ ſemifractæ Rhodū uerſus fuga cōtendere. Romanoꝝ omnes Gnidū redierunt. Ex his plures pu

gna laceratas reſtituere denuo. Et hic quidē naualis belli inter Rhodios Romanoſq; in Gnido finis, Quod Caſſius cum ageretur e monte cōtēplatus eſt. Reparata claſſe ad Loryma enauigauit Rhodiorum in Perea oppidū, peditatūq; omnem ſub Fanio & Lentulo maioribus nauibus. Rhodū præmittit, Ipſe octoginta ſtipatus nauibus horribili apparatu curſum dirigit & ad Rhodū peditatu, claſſeq; depoſita tacitus p̄ſtitit, quaſi hoſtibus ſeipſos dedituris. At illi alacres ad pugnam conuertuntur, duabuſq; amiſſis nauibus ſe ſubito occlu..., demumq; ad mœnia delati uniuerſa cooperuere armis, & eos, qui cū Fanio in litore cōſtiterant cōtinue infeſtātes Caſſio uiciſſim depugnabāt, qui naues ad murorum pugnā imparatas, ad mœnia mari proxima ducebat. Quod animaduertēs Caſſius turres fabricatas adducebat, quas ſubito erigi mādauit. Sic Rhodus duobus exercitibus obſeſſa ad mari pariter terraq; excludebatur, Ciuibus autē tanq̄ ſubito & inopino opere nihil moliētibus haud dubiū erat ciuitatem ipſam, uel ui, uel fame ad hoſtium manus confeſtim peruenturam. Quæ prudentiores eorum intelligentes nōnunq̄ cum Fanio, Lentuloq; loquebantur. His ita ſe habentibus, Caſſius nemine aduertente, media in urbe cū electiore exercitu cōſpectus eſt, ui nulla, aut ſcalarū opera quouis modo pateſcente ad ingreſſum. Credidere plurimi, ac uiſum eſt id fautorum ope reſeratis portis cōtigiſſe pietate urbis ne fame deperiret. Sic Rhodus capitur, & Caſſius ſtatim pro tribunali uiſus eſt, haſta appoſita, ueluti urbe per uim capta. Quietem tamen militibus impoſuit præconis uoce, & his qui uel ui, uel præda deſæuiſſent, mortem eſt cōminatus. Rhodiorum ad quinquaginta nominatim ipſe acciri imperat, quos ad ſe deductos morte mulctauit, reliquos ad quinq; ſupra uiginti non inuentos fuga cōdēnauit.

Loryma.

Fanius.

Proditio occulta.

Rhodus a Caſſio capta.

Spoliatur Rhodu.. Res omnes aurũ & argentũ in ſacris, publiciſq; coactũ ſibi aſciuit, Iuſſit & priuatos quæcũq; poſſiderent ad præſcriptam diem in mediũ afferre. Occulentibus autem mortem indicantibus decimã ſeruis libertatẽ præconis uoce nũciauit. Multi itaq; a principio cum mandatũ non in finem mã. ſurum credidiſſent, occuluere ſua, ſed cum prẽmia indicantibus dari conſpexiſſent, ob timorẽ, dilatione habita, prodidere omnia. Nõnulli itaq; e terra effodientes, alii e puteis haurientes ſuſ·idã e ſepulchris longe primis plura protulerunt. Huiuſmodi igitur Rhodiorũ fuere clades, ad quorũ curam Lucius Varus derelictus eſt. Caſſius ob captionis celeritatem, nec minus pecuniarũ multitudine lætatus cæteris Aſiæ nationibus decẽ annorũ tributa impoſuit, eaq; confeſtim iuſſit afferre, quod ab illis ſerio pfectũ eſt. Interea nũciatur Cleopatrã magnis cum copiis, ingentiq; apparatu & claſſe ad Cæſarẽ per mare, & Antoniũ ire ſtatuiſſe. Eorum nempe partes ob primũ Cæſarẽ cũctis anteponens, amplius ob Caſſii timorẽ properabat. Murcũ itaq; pcipua armatorũ legione ſociatũ ſagittariis nõnullis additis, ſexagita cataphractis nauibus in Pelopõneſum ire iubet, & circa Tenarũ moram agere, Indeq; ex Pelopõneſo uniuerſa pcurrentẽ prædam antecapere. Quæ uero in Lycios geſta ſunt a Bruto, parua quidẽ. Sed quẽ a principio licet reminiſci, huiuſmodi fuere. Cum exercitũ ab Apuleio, quem ipſe ut prædiximus habebat, ac pecuniarũ ſex ſupra decẽ milia talenta quæcũq; ex tributis Aſiæ in unũ cumularat accepiſſet, in Boectiam trãſmiſit. Decreto deinde a Senatu habito ut pecuniis his ad pſentia uteretur, Macedoniæq; præeſſet. Illyrium quoq; ultra Macedoniã teneret ab exercitu qui in Illyrio fuerat legiones tres ſibi uendicauit, Vatinio qui tunc Illyrio pſerat

Lucius Varus.

Bruti hiſtoria.

Senatus decretũ.

eas exhibente. In Macedonia quoq; unam ab Caio Antonii fratre recepit. Quatuor itaq; ad has aggregās octo legionum imperator tādē effectus eſt. Quarū maior pars ſub Cęſare meruerat. Habuit & equitū multitudinē, leuis armaturæ inſuper & ſagittariorū Macedonūq;, quos Italū in morē adornauit. Exercitū nempe ac pecunias in unū colligenti felicitas huiuſmodi ex Thracia obtigit. Polemocratia reguli cuiuſdā uxor uiro ab hoſtibus eius interfecto, pro filio adhuc infante uerita ad Brutū cum eo acceſſit, & uiri theſauros cum filio in poteſtate eius tradidit. Ille infantē Cyzicenis alendū miſit, donec ad parentis regnū trāſferretur. In theſauris autem infinitam uim auri argentiq; repperit, quam ad nummorū fabricam cudi iuſſit. Cum igitur Caſſius ad eum acceſſiſſet, uiſumq; eſſet Lyciis ac Xanthiis inferre bellum, Xanthios præ Lyciis aggredi inſtituit. At hi cognito Bruti aduentu ſuburbia eorū euertere ne in ipſis morā duceret, ne ue lignorū materia uti poſſet. Vrbē porro foſſa ſepientes ab ea depugnabāt. Eius profunditas quinquaginta pedum ſummam anteceſſit. Latitudo profunditatem adęquabat, ſic ut ad eam perſiſtentes telis ſagittiſq; in hoſtes uterentur, ueluti fluuio, quodā impermeabili in medio diuiſi. Brutus foſſam ui ſuperare contendens artificum operimenta adiecerat. Exercitum quoq; per diem noctemq; partiebatur, & materiam a longe ueluti in agone uoce curſuq; transferebat, nihil laboris ſollicitudinis ue interponens, donec opus iam ſperatum quod prohibentibus hoſtibus minime fieri poſſe uidebatur, aut multis menſibus in longum duci, paucis diebus abſoluit, Xanthiiſq; intra urbem redactis obſidere eos pgit, ac nōnullos a machinis, alios impedimentū afferētes ad portas repulit, oēſq; cōtinue immutauit.

Bruti felicitas.

Bruti bellum cōtra Xāthios.

At illi recentes deſeſſis opponentes, q̄q̄ uulneribus affecti
Xāthiorꝫ ꝓbitas. ꝓſiſtebant, donec propugnacula integra manſere. Cum au-
tem & illa corruiſſent, turreſq; diſiectæ forent, Brutus quæ
futura erant meditatus, portis aſſiſtentes ordines retrodu-
cere imperat. Quod Xanthii negligentia, & incuria effe-
ctum arbitrati nocte facibus accenſis ad machinas accur-
runt. Verū ſtatim ex occurſu obuiātibus Romanis ad por
tas repellūtur, & cuſtodibus eas occludentibus ueritis ne
hoſtes cum illis miſcerentur, cædes ingens Xanthiorꝫ q̄ ex-
cluſi fuerant ad portas æditur. Non multo poſt, & reliqui q̄
circa meridiē egreſſi ſunt, ordinibuſq; quoq; denuo cedenti-
bus, machinas omnes uno impetu incendūt. Quibus reſera-
tis portis, ob ꝑriorꝫ cladē ad duo millia ex Romanis ſimul
immiſcentur, aliis ob ingreſſū impellentibus, portæ ipſę ſta-
Cataractę tim delabuntur, ſiue Xanthiis eas demittentibus, ſiue ma-
chinis fortuito delapſis, adeo ut craſſantibus Romanis qui-
dam interirent nōnulli intra urbem, cum portas ulterius re
ſerare nequiſſent, diſiectis retinaculis manerent, Qui ꝑ an-
giportuū anguſtias delati, a Xanthiis, qui ſuperius immine-
bant ui adacti ad forū finitimū effugiunt. Eo in loco ſagittis
Sarpido-nium. impetiti acriter, cum iidem arcubus teliſq; carerēt, ad Sar
pidoniū ne omni ex parte clauderentur ſubito procurrunt.
Romani qui ab extra ſteterant, pro his, q̄ interius erant cō-
turbati, ac uerentes, Bruto eos circūcurrente ad omnē ſe ob
tulere experientiā. Sed cum portas ferro conſtipatas impel-
lere neqrēt, neq; ſcalis aut turribus igne abſumptis ulterius
uti quidā ſcalas ex tempore habendas dictitabāt, alii ligno
rum apices muris appellentes, uelutiper ſcalas aſcendebāt.
Nōnulli funibus clauos annectentes, ſuperius ad murū iacie
bant, cūq; aliqs affixus contineret, per funes nitebātur. Inā-

des Xãthiis finitimi ob innatam cum illis inimicitiã Bruto
adhærentes,ex p̃ruptis, arduiſq; locis lapides ad ima de-
uoluebant. Quos intuentes Romani ob laſſitudinem imita-
bantur, multiq; ex illis ſaucii interibãt. Fuere q̃ murũ trãſ-
gredientes portam reſerarent, quæ denſiſſimis lignis, & in
tranſuerſum poſitis obſepta fuerat. Hi cęteros audaciores eri
gentes ſupra ligna uiciſſim aſſumebãt. Tandẽ plures nume
ro effecti, portã cædere aggrediuntur, & interius minime
munitã ferro, quidã ab extra, aliis intro nitentibus effrin-
gunt Xanthiis magno clamore in Romanos qui ad Sarpi-
doniũ confugerant ruentibus ueriti pro illis Romani qui ad
portas depugnabãt, interius exteriuſq; ſumma ui [illegible]iiciũt,
& ueluti inſania quadã ducti eas reſerant, turmatimq; in-
grediuntur paulo ante ſolis occaſum, magna uoce concla-
mantes, ut iis qui interius ſteterant aduentantiũ ſignum da
rent. Capta urbe, Xanthii ad domos proprias accurrũt. Ca- Capitur
riores ſuos iugulos ultro exhibentes necant, Vlulatu in im- Xanthioꝝ
menſum orto Brutus prædã fieri arbitratus per præconẽ urbs.
milites reuocari imperat. Cum uero quod actũ erat cogno-
uiſſet, animũ eoꝝ miſeratus libertati deditũ, inducias ꝑ nũ-
cios emittit. Illi repulſis qui detulerãt uniuerſis ſuoꝝ in-
teremptis, adhibito ad pyras igne, quas propria in domo
unuſquiſq; p̃parauerat, ſeipſos inſuper iugulantes iniecere flã
mis. Brutus ſacra omnia illæſa p̃ſeruare ſtuduit. Solos Xan- Deſpera-
thioꝝ ſeruos cœpit. Viroꝝ inſuꝑ mulieres quaſdã liberas, tio Xãthio
eaſq; degeneres ad centũ fere & quinquaginta numerũ in- rum.
uenit. Sic Xanthii libertatis cauſa ter a ſeipſis cõſumpti ſunt.
Obſeſſi nempe ab Arpalo Medio, Cyri magni p̃fecto, ne ſer-
uituti ſe ſubiicerent, ſibi ultro intulere necem & Xanthio-
rum urbs ab Arpalo neglecta, ſepulchrũ illis p̃ſtitit. Similẽ

ab Alexandro Philippi filio cladē pertulere, cum tam ingē tium terrarū dominū pati renuiſſent. Brutus ab Xāthiis ad Patareas deſcēdit, urbē Xanthiorū nanalibus adſimilē, exercituq; appoſito ut mandatis eius obſequeretur, in Xanthiorum ſortem pferre mallent, ciues monuit. Acceſſere ad eos Xanthii pprias erūnas deplorātes, ſuadenteſq; ut in melius cōſulerent rebus ſuis. Pataræis nihil ad Xanthios reſpondētibus, reliquū lucis ad cōſultandū illis præbitū Brutus exercitum inde ſuſtulit. Orta luce iterum copias urbi admonuit. Ciues e mœnibus magno clamore ad oia ſe paratos obtulere, portaſq; aperuere. Brutus ingreſſus neminē occidit, aut urbe expulit, aurū ſolū, & argentū quodcūq; in urbe coactū repperit in unum congregās, priuatos etiā quod haberent afferre monuit, his pœnis, & præmiis appoſitis, quæ Rhodiis a Caſſio iniunctæ fuerāt. Itaq; id omne collatū eſt. Seruus herum ſuum quod aurū cælauiſſet accuſauit, & pmiſſo Tribuno aurū illi oſtendit. Adductis ad Brutū oībus, herus tacitus pſtitis. Mater ut filiū ſeruaret clamans ſequebatur, ſe aurū celaſſe dictitans. Seruus a nemine rogatus ut mentientē arguebat, & filiū occuluiſſe inſtantius aiebat. Ea pp indignatus Brutus, iuuenē ex ſilentio, matrē ex paſſione miſeratus illæſos dimiſit, aurū quod attulerāt ſecū deferentes. Seruum uero ultra preceptum heris inſultantem, cruce ſuſpendit. Lentulus ea tempeſtate Adriacū præmiſſus, eſt aūt id Smyrnæorū nauale inclytū, portus cathenas effregit. Vrbem præterea ingreſſus Smyrneis mandata ſuſcipiētibus, pecuniis aſſumptis ad Brutū rediit. Lyciorū interim legati ad Brutū uenere, belli ſocietatem, & quæcunq; cōferre poſſent pollicētes. Tributis igitur Lyciis appoſitis, Xāthiorū liberos eorū urbi attribuit. Naues Lyciorū cū reliqua claſſe Abydū

Brutus pataræas obtinet.

Exēplū æquitatis Bruti

Smyrnæi Bruto ſe dedere.

Lycii ſe dedūt.

enauigare iuſſit, nã & ipſe peditatum omnem eum in locũ deducebat, Caſſiũ ex Ionia uenturũ moraturus, ut ambo ad Sextũ tranſfretarẽt. Interim Murcus in Peloponẽſum claſſe delatus ut Cleopatrã nauigantẽ obſeruaret, cum illã circa Libyã ui tempeſtatis expulſam, claſſem amiſiſſe nouit, nauiumq; naufragia in Lacedæmoniã uſq; delata conſpexit, Reginã ualetudine correptã uix ad propria redire potuiſſe, ne fruſtra tanto exercitu eo in loco moram duceret, Brunduſiũ uerſus claſſem mouit, & in inſulã portui finitimã delatus reliquũ hoſtilis exercitus, aut cõmeatũ in Macedoniã deferri prohibebat. Hũc Antonius longis nauibus quas habebat, haud fere multis, turribuſq; ratibus aduectis oppugnabat, cum exercitũ per partes magnis nauibus emittens, uentũ e terra, ne a Murco interciperentur, uehementiorẽ expectaret. Aſſiduo itaq; labore fatigatus Cæſarẽ q circa Siciliam maritima claſſe cũ Sexto depugnabat, in auxiliũ uocauit. Sic. n. ſeries eaq; rerũ ſeſe habuit. Põpeius qui Sextus dicebatur, magni Pompeii filiorũ ætate iunior, cum primũ a C. Cæſare in Iberia neglectus pſtitiſſet, quaſi nihil magnũ ob adoleſcentiã inexperientiãq; facturus ad oceanũ delatus cum paucis piraticã exercens interceptus eſt, nemine illum ut Pompeiũ dignoſcente. Procedente mox tempore pluribus ad eum accedentibus ingentẽ comparauit manũ, ſeq; Pompeium profeſſus eſt, Ac confeſtim quicũq; ſub patre eius, aut fratre militantes uicti ceſſerant, ad illum ueluti proprium ducem confluxerunt, Arabio quoq; ex Lybia paternis ſpoliatus bonis, ut a nobis præſcriptum eſt, ad eum uenit. Ita maioribus copiis adauctus, opera piraticis longe clariora adorſus eſt. Nam Pompeii nomine per Iberiã omnem populis maxime florente, longe lateq; uulgato, præſides ſub

Antonius.

Cæſaris imperio eam continentes ad manus cum eo uenire formidabāt. Quibus intellectis Cęſar Carrinā amplioribus cum copiis in Iberiam miſit, qui Pompeium debellaret. Ad iis leuior admodū in cōſpectū eius ſtati uenit. Et ſubinde aduolās Carrinā afflixit. Vrbes etiā plęraſq; cū paruas tum magnas ditioni ſuæ ſubdidit. Ea ex cauſa C. Cæſar Aſiniū Pollionē ut Pompeii reprimeret inſultus, ſucceſſorem Carrinæ dedit, qui forte cum illo tum bellum agitabat cum idem Cæſar extinctus eſt, & Senatus Pompeiū ultro reuocauit. Verū ille in Marſiliā delatus, quę Romę fierent intentus expectabat. Electus ſubinde maris imperator ut parens eius ante fuerat, neutiq; ad urbem redire uoluit, naues autem omnes, quæ in portu aſſeruabātur aſſumēs, adiūctis iis, quas prius poſſidebat, ex Iberia mouit. Secuta demū Triumuirorū dominatione, in Siciliā enauigauit, & Bithynicū p̄torem inſulā eam ſibi dare renuentē, arctius obſedit, donec ex proſcriptiōe damnati, & e Roma fugientes, Ircius, & Fanius, eam inſulā Pompeio dari ſuaſerunt. In hunc modum igitur Pompeius Siciliā ſibi uendicauit, qui nauibus abundās, & inſulā Italiæ nactus adiacentem, exercitū porro ingentē obtinēs, qualē prius nunq̄ habuiſſet ex his, qui e Roma fugerant, liberis, ſeruiſq; coactum, & quē Italię urbes quæ uictoribus ab belli p̄mia addictæ fuerant ad illum p̄mittebāt, ad ſummū potentię peruenit. Hi etenim Triūuirorū dominatū, ac uictoriā deteſtabantur animo, & quæcunq; aduerſus eos licuiſſet, clanculum moliebātur. Nā ex urbibus eorū fugientes, quaſi nō ulterius in patria māſuri, ad Pompeiū properabāt Italiæ propinquū, & præ cæteris ea tempeſtate Romanis acceptiſſimum. Accedebāt, & ad eū uiri nautici ex Lybia, & Iberia maritimis

Aſinius Pollio orator.

Bithynicus.

maritimis in rebus expertiſſimi,ſic ut ducibus,nauibus,pe deſtribuſq; copiis necnō pecuniis abūdaret Pompeius. Quæ intelligens Cæſar Saluidenū magna claſſe in Siciliā miſit, facillimū opus exiſtimās,Pōpeiū mari prohibere. Ipſe ex Italia ut Saluideno auxiliaretur,ad Rhegiū peruenit. Pompeius Saluideno ingēti claſſe propius acceſſit. Nauali deinde prælio ad maris fauces circa inſulā exorto Pōpeii naues,cū leuitate,tum nautarū celeritate,& experiētia anteibāt. Romanorū uero magnitudine,& grauitate laborabāt. Cum autem fluctus iuxta pontū moueri ſolitus uehementius inſurgeret; & mare ab utraq; parte ob fluxū ſcinderetur, Pōpeii naues ob undarū aſſuetudinē minus trepidabāt. Quæ uero a Saluideno ducebātur,neq; conſtāter permanentes ob inſuetudinem,neq; remos faciliter cōuertere potentes, neq; gubernaculis ad manus aptus annitentes,turbabātur. His ex cauſis Saluidenus ſole in ueſperā uergente, naues proprias reuocare in primis cogitur. Pōpeius quoq; ex pugna ſe diſſoluit, pari numero ab utraq; parte confractis nauibus. Reliquas ex labore fluctuantes, ſemilacerasq; Saluidenus reparare ſtuduit,cum ad portū qui Balearico mari imminet ſuos reduxiſſet. Interea ſupraueniēs Cæſar Rhegynis, & Hipponēſibus magna ſpe ab uictorū præmiis abſoluere uelle pollicitus eſt,nam mari imminētes in primis uerebatur, deide uocante ipſum Antonio celerrime ad eum Brunduſiū acceſſit; cum in ſiniſtra Pompeius Siciliā haberet,cui bellū decreuerat,inferre. Murcus accedēte Cæſare ne in medio eius Antoniiq; clauderetur.paululū a Brūduſio ſeceſſit,maiores naues in tranſitu obſeruās,quæ exercitū a Brūduſio in Macedoniā deferrent. Hæ etenim ſub triremiū cura mittebantur. Vēto deinde plurimo ad notū incumbēte, depoſito timore

Saluidēus

Præliū inter Pōpeiū & Saluidenum.

arripuere curſum,nulla ulterius cuſtodia indigẽtes,Quam-
obrem cõturbatus Murcus denuo redeũtes inaneſq; opperie-
batur. Verũ ille tum quidem ac poſtea reliquũ tollentes exer-
citus,rotundis uelis,pleniſq; ferebãtur,quo ad uniuerſæ co-
piæ Cęſarq;,& Antonius una tranſiere. Murcus igitur a dę-
monio quodam læſiſe arbitratus,alias ex Italia profecturas,
quæ apparatus,cõmeatum ue deferrent,intẽtus expectabat,
uel ut ſupraueniẽtem exercitũ quoad fas eſſet conturbaret,

Domicius Neronis imperatoris auus.

Domicius quoq; Eneobarbus ex his qui ſub Caſſio militiam
agebant ad eũ uenit,tanq̃ ad utiliſſimum delatus opus,aliis
quinquaginta ſtipatus nauibus,legionẽ alterã,& ſagittarios
ſimul agens,ratusq; iis copiis,quas Cæſar deducebat nullum
aliũde cõmeatũ afferri poſſe,omnem ex Italia delatũ inter-
cludere parabat. In hũc modũ nauibus longis centũ,& tri-
ginta,plurimiſq; actuariis exercitu ingenti adnauigãtes,ma-
ria infeſtabant. Interea Cedicius,& Norbanus,quos a Cæ-
ſare & Antonio octo cũ legionibus in Macedoniã præmiſ-
ſos fuiſſe diximus , ex Macedonia ad Thraciæ montes pro-
perantes,per mille,& quingenta ſtadia præceſſerant,donec

Vrbs Philippi i plurali.

urbem Philippos prætergreſſi,anguſta Torpidorũ,ac Sapeo-
rum,quæ ad Raſcupolis regnũ pertinent intercæperãt quæ
unica ex Aſia in Europã tranſeũtibus notiſſimũ prçſtant iter,
& Caſſianis ex Abydo ad ſextũ tranſmittentibus impedimẽ-
tũ afferebant. Raſcupolis quidẽ,& Raſcus,Thracii reges fra-
tres extitere,unicæ regionis principes. Verũ hi de belli ſo-

Raſcupolis, & Raſcus fratres.

cietate inter ſe diſſidebãt. Nam Raſcus Antonii, Raſcupolis
Caſſii partes ſequebantur,& eorũ quiſq; ter mille equites ſe-
cum agens,egregie pugnabat. Scrutantibus itaq; de itinerũ
progreſſibus, qui circa caſſiũ fuerant,Raſcupolis in hũc mo-
dum retulit. Iter quod p Henũ,& Maroniã deferret,breue,

& cõſuetum eſſe, turpiſq; refertũ, ac per illud ad Sapeorũ anguſta perueniri poſſe. Hoſtibus uero ea loca detinentibus nullum ad ea patere aditũ. Circuitum in triplo longiorem, difficilemq; ſupereſſe, hoſtes neutiq̃ in occurſum uenturos cõmeatus inopia, ſed in Thraciam Macedoniæ loco profecturos eſſe. Quibus perſuaſi p Henum, & Maroniã arripuere iter, per quod in Lyſimachiam, & Cardiam, quæ Thracii Cherroneſi Iſthmũ, ueluti Ianuæ binæ ſuſcipiũt pateſcit aditus. Sequenti die ad nigrũ ſinum peruenere. Ibi copias ſuas recẽſentes armatorũ nouem ſupra decem legiones ſecum militare intelligũt Bruti octo. Caſſii nouẽ, reliquas minime integras, ſed quæ duas adimplerẽt, Ita, ut octoginta millia hominum adeſſe cenſerentur. Equitũ numerus utriq; par. Bruto Celtarum, & Luſitanorũ equitum quatuor millia aderant. Thracũ uero, Illiriorum, Parthenorũ, ac Theſſalorũ duo millia Caſſiũ, Iberorũ, & Celtarum equitum duo millia comitabantur, Sagittariorũ equitum. Arabũ, Mœdorumq;, ac Parthorũ quatuor millia Belli ſocii una ſequebantur, Galatharum tetrarchæ, qui Aſiam incolunt, peditatum alium plurimum agentes, equitum circiter quinq; millia. Tã ingentes copias Brutus & Caſſius ad nigrum ſinum recenſentes, ad gerendum bellum proceſſerunt, reliquis ad neceſſitates alias diſtributis. Luſtrauere pręterea exercitum ſolito more, & ad ea quę polliciti fuerant quibuſdam promiſſa dona tribuere, cũ pecuniæ magnitudine confiderent. Diſponentes itaq; milites huiuſmodi muneribus atque donis, & præſertim eos, qui ſub Caio Cæſare olim militauerant, ne quis ad conſpectum aut appellationem uoui Cæſaris quicquam moliretur. Inſuper eius gratia uiſum eſt exercitum affari. Tribunal ingens appoſitum fuit, in quod Senatores una cum prætoris

Equites. Belli ſocii. Luſtratio exercitus.

bus palā cōſcenderūt. Romanorū copiæ cū cæteris belli ſociis infra perſtitere, & multitudo utraq; ex parte ſeſe intuens læ-tata eſt, cum potentior quodāmodo ſibi ipſi uiſa ſit. Audacia quoq;, & ſpes maxima accreuit omnibus tot in exercitu inſ-tientibus, quæ res militibus erga duces fiduciā adauxit. Pa-riunt quippe beneuolentiā cōmunes ſpes, quaſi deo aliquo in-ter multos conſpirante. Præcones igitur, ac tubicines ſilentiū indixere omnibus. Quo facto Caſſius, nā ætate Brutū ante-ibat, paulū extra ordinem progreſſus in hunc modū locutus eſt. Hoc certamen o cōmilitones, quod uobis cōmune in pri-mis adeſt, ad fidem pariter inducit, & omnia quæ nos pol-liciti fuimus ut exequeremur impulit, quæ res maiorem in-ſuper fidem adiicit, ut in futurum uobis promiſſa tribuamus. Spes aūt in uirtute ueſtra militantibus ſitæ ſunt, & in nobis, quos in hoc ſolio aſpicitis tot taleſq; ex Senatorio ordine p̄ſtantes uiros. Adeſt & magnitudo apparatus nō ignota uobis frumēti, armorū, pecuniarū, nauiū, adhæc ſociorū belli auxi-lia ex regibus & nationibus, ut neceſſe ſit eos adhortari ad promptitudinem & cōcordiam, quos apparatus, & cōmunia belli opera cōiungūt. Quibus aūt ex rebus calumniam infe-rant hi tres uiri, inimici nobis, diligentiſſime intellexiſtis, & ob id prōptiſſime nobiſcū induiſtis arma. Verūtamen neceſ-ſarium uidetur in præſenti cauſam referare, qua potiſſimū ab ipſis ad bellū prouocamur, optimum nobis, & iuſtiſſimā occa-ſionem afferentem. Nos Cæſarē in bellis uobiſcū militantes, & prætoria fugientes dignitate, ad imperium eueximus, & amici illi cōtinue aſtitimus, ita ut nō uideamur ob inimici-tiam ullā inſidias illi præſtruxiſſe. In his uero quæ ad pacē pertinent, nō deteſtandus nobis amicis uiſus eſt, quoniā & in his honorē ab illo cōſecuti fuimus, ſed legibus & reipublicæ

Cōmunes ſpes quid agunt.

Caſſii oratio ad exercitū ſingularis.

ornamento ac dignitati, qbus nullus ordo, aut poteſtas optima, popularíſue ulterius merat, Quæ omnia a patribus noſtris tūc quidem cōſtituta ſunt, cū reges expellentes iureiurando cōfirmarūt, nullos ſe ulterius reges habituros eſſe. Quorum ſacramento inhærētes filii, & maledictionē a ſeipſis abigentes, neutiq̄ in ciuitate uirū unum ſuſtinuere & ſi amicus & utilis ipſis eſſet, qui publicas pecunias, qui exercitū, qui magiſtratuū creationes a Populo principatus gentium a Senatu ad ſe tranſferret, & ſe legiſlatorem pro legibus, dominum pro Populo, imperatorē Senatus uice in omnibus ꝓfiteretur. Ea igitur, quæ fortaſſe minus diligenter a uobis intellecta ſunt, cū uirtutē eius dūtaxat in bello cognoueritis, ex ueſtri ſola parte a nobis intelligite. Vos enim Populus, in gerēdis bellis prætoribus ueſtris ut dominis aſſidue paretis, eandemq́ cōditionem uiciſſim a nobis in pace exigitis. Cōſulente etenim in primis Senatu ne errore ullo teneamini, uos ipſi iudicantes, aut ſortes proferentes per turmas, tribuſue, Cōſules, Tribunos, Prætoreſq; declaratis, & in his qui creantur ut pluri mum iudiciū ueſtrū adhibetis, nōnullos punientes, quoſdam honore dignos deputantes, queadmodū in ſuppliciis aut honoribus digne uobis pręfuere. Hac retributiōe o ciues principatum ueſtrū ad ſummū felicitatis gradū adauxiſtis. Sic.n. dignos extollentes, pares gratias ab illis ſuſcepiſtis. Hac pręterea freti poteſtate Scipionē Cōſulem olim affeciſtis cū in Libya uirtutis teſtimoniū illi redderetis, & ſimiliter Tribunos per ſingulos ut uoluiſtis annos, unūquēq; creauiſtis. Diſſidentibus deinde uobis, ultra quod neceſſe fuit, quę minime mihi referre opus eſt, ſed ex quo Cæſar tyrānidē aſſumpſit, nō magiſtratū ullum, nō Prætorem, nō Cōſulem, non Tribunū ulterius ex decreto declaraſtis. Nemini teſtimoniū attuliſtis,

Scipio minor.

non.n.retributionem q̃ exhiberetis habuiſtis, & ut a princi-paliori exordiar, nemo uobis gratiam debuit, non magiſtra-tus, non imperii, non punitionis aut meriti, quinimmo quod miſerrimũ omniũ deputo, non ipſis Tribunis ueſtris contume-lia affectis opem licuit afferre, ut aliquã uobis perpetuã ſta-tueritis dignitatem, ſacramq; & inuiolabilem ſeruaretis. Sed alios ſacroſanctum magiſtratum ueſtrum contemnentes, & uerendam eius ueſtem in ludibrium auferentes indamnatos & illæſos ex unius mandato, abiiſſe conſpexiſtis, quoniã pro uobis excãdeſcere uiſi ſunt in eos, qui regem illum appellare decreuiſſent. Quã rem ueſtri cauſa pergrauiter Senatus tu-lit. Ad uos quippe nõ ad Senatum tribunitia poteſtas perti-net, cũ nihil de eo uiro palam nobis conqueri liceret, neq; in iudiciũ attrahere ob exercituum eius magnitudinem atq; po-tentiam, Qui cũ ad ciuitatem prius pertinerent, ſibi ipſi uẽ-dicarat. Eam ob rẽ reliquũ tyrannidis modum ulciſci cogitãs in corpus eius cõiurauit, mẽtemq; illam ab optimis proceſſiſ-ſe teſtatus eſt, opus uero paucorꝫ extitiſſe. Quo facto Senatus idem confeſtim communem eius uoluntatem declarauit, & aperte quidem qm̃ præmia tyrannicidis exhibenda decre-uit. Cõtinente uero illum Antonio, conturbationis ſimulatio-ne præſtita, & uobis neutiq̃ dignum arbitrantibus ob præ-mia ciuitati magis, q̃ ob patriæ amorem auxilium afferre, ab illis abſtinuiſtis ne Cæſari iniuriam inferre uideremini, non aũt tyrannidem delere uoluiſſe. Obliuionẽ igitur omniũ habendam Senatus cenſuit, & apertius inſuper necis cauſam a nullo proſequendam. Nõ multo poſt Antonio multitudinem in nos concitante, Senatus adminiſtrationẽ nationũ potẽtiſſi-marum ac principatuũ nobis tribuit, omniq; telluri quæ ab Ionio & Syriam pertinet imperare uoluit. Vtrũ ne ut ſcele-

Attẽde Senatũ cõiuraſſe in Cæſarem.

ratos puniens? an ut tyrannicidas inſigni purpura faſcibuſq; ac litoribus adornens? Quo more uiciſſim adoleſcentē Pompeium qui nihil in his cooperatus fuerat, Pompeii illius magni filium, qui primus pro republica arma induit, quod paululum circa Iberiam in tyrannidem latens peregiſſet, non ſolum ab exilio reuocare ſtuduit, uerum paternorum bonorum prçcium illi ex publicis pecuniis reddendū cenſuit. Maris prætera imperatorem ſtatuit, ut & ipſe magiſtratui alicui præſideret popularis exiſtēs. Quod opus igitur clarius, aut quod certius ſignū a Senatu queritis? Hæc enim omnia ex eius ſententia facta ſunt niſi uerbo ſolū id uobis confiteri quod & dicit & facit, & dicens ſimul inſignia dona largietur; cū dicere & reddere fas illi fuerit, Nunc autem quemadmodum ciues noſtri ſeſe habeant intelligitis. Nulla indicta cauſa proſcribuntur & quę illis adſunt in publicum feruntur. Ipſi in domibus, angiportis, templiſq; trucidantur, a militibus ſeruis inimiçis longe repulſi, nec per ſe turrim locis oībus, legibus etiam fugientes abire permittentibus. In foro præterea in quo nec hoſtis quidem caput illatum eſt unquā, ſed arma dumtaxat & nauium roſtra conferri ſolent, nunc conſulum, prætorum, tribunorum, ædilium & equeſtris ordinis uirorum capita abſciſſa uiſuntur, & huiuſmodi facinora agentibus præmia conſtituta ſunt. Hæc igitur inſurrectio quædam, & quanta prius unquam uiolentia erga omnes, captiuitates publicæ, diuerſa odia, cum mulierum tum filiorum, libertorum, ſeruorumque. Ad tantum enim cladis & ad has mutationes conuerſa ciuitas. Et his quidem facinoroſis hi tres uiri duces adſunt. Ipſi ante alios fratres patruos mutuo inter ſe proſcribentes. Dicite cum urbs ab agreſtibus barbaris capta eſt, quę his ſimilia

Pompeius adoleſcēs.

peracta ſunt? Nullis capita abſcidere Celtę. Nō defunctos cō-
Celtæ. tumelia perſecuti ſunt. Non adhuc bellum gerentibus latere
aut fugere prohibuerūt, Neq; nos urbē ullam q̄ manu cœpi-
mus hunc in modum pertractauimus, neq; aliis ut id face-
rent perſuaſimus, qualia nūc non priuata ciuitas, ſed aliarum
longe illuſtrior atq; prior ab his ſuſtinet, qui rempublicā cō
Roma. ſtituere uelle profitentur. Quid ſimile Tarquinus fecit, quem
ob unius mulieris contumeliam ex amore prodeuntē, regem
adhuc urbe eiecerūt, nec ob unicum duntaxat facinus, ul-
Tarqnius. terius regnare Romæ uoluerunt. Et hæc agētes o ciues hi
tres uiri ſceleratos nos appellant, & Cæſaris necem ulciſci
uelle prædicant, proſcribuntq; qui minime affuere cū inte-
rēptus eſt. Ex quibus plæriq; adſunt ex his quos cernitis ob
diuitias, aut nobilitatem, aut popularis ſtatus uoluntatem ab
Pōpeius ipſis proſcriptos eſſe, Eo modo quo Pompeius longe in Iberia
tunc exiſtens cū hæc a nobis cōfecta ſunt, nobiſcum reus eſt,
q̄m ipſius pater popularis fuit, Eamq; ob cauſam quod a Se-
natu reuocatus & maris imperator creatus eſt hi tres eum
proſcripſere uiri. An mulieres ad Cæſaris necē conſpirarunt,
quas ad tributorū onera proſcribuntur? Quid populus quem
ad centum millium numerū ſub pœnis, & indiciis ob noxium
cenſum afferre imperāt, & uectigalibus exemptū ad onera
cōpellunt? Quæ tamē ſic agentes, nec dū his, qui ſub ipſis mi-
litant promiſſa adimpleuere munera. Nos aūt a quibus nihil
impiū patratū eſt, quæ polliciti eramus uobis exhibuimus, &
parata alia ad retributionē ſeruamus āpliorē. Sic nobis deus
Deus. tanq̄ iuſta operātibus p̄ſtat auxiliū. Ab eo eni quæ ad hoies
ptinent cognoſcere debetis ad ciues ueſtros flectētes oculos,
quos plerūq; uobis p̄ſidētes aſpexiſtis prætores, cōſules & ad
ſummū dignitatis elatos gradū laudatos uiros nūc ad uos ut

ad pios & populi fautores fugientes cernitis, partes ueſtras extollētes, & oia nobis ꝓſpera exoptātes. Multo quippe iuſtiora a nobis præmia eos cōſeruantibus ꝓmiſſa ſunt, q̄ ab illis bis q occidiſſent pollicentur. Nūqd aiaduertūt Caiū Cæſarē, quod principatū ſolus ſibi uēdicaret noſtris manibus interfectum eſſe? Et eos q id ſibi præſtitiſſent, a nobis nullius precii habēdos fore? nec in ipſis ſed populi in medio rēpublicā eſſe poſituros, quēadmodū patriis ex legibus cōſcripta eſt? Cū nec abſimili opiniōe atq; ſentētia bellū inter utroſq; aſſumptū ſit, ſed ob poteſtatē atq; tyrānidē ab illis quā in ꝓſcriptionibus palam oſtenderūt a nobis minime qui ob patriæ dūtaxat libertatem depugnamus, ita ut ſub legibus ut æquū eſt priuatim degat. Quēadmodū igitur hi uiri, & ante hos imortales dii de rebus noſtris iudicent uidetis. Maxima; ſemper in bellis æqui iuſtiq; ſpes proponitur. Neq; quod ſub Cæſare militaueritis aliquando, in animo nobis ſit, Non.n. illius quouis modo milites, ſed patriæ fuiſtis. Neq; ſtipēdia aut munera nobis præbita Cæſaris propria fuere, ſed reipublicæ. Sicuti neq; in præſenti exercitus iſte Caſſii eſt habēdus, neq; Bruti magiſq̄ Romanoꝝ ciuiū. Nos aūt uobiſcū cōmilitones Romanoꝝ prætores ſumus. Quæ ſi bellum cōtra nos agentes intelligerent, liceret omnibus nullo periculo deponere arma, & exercitus omnes urbi cōdonare, & quæ utilia illi forent præeligere, quæ ut eligant adhortamur. Sed ex quo admittere recuſant non etiā per proſcriptiones, & omnia alia quæ faciūt admittēt. Eamus itaq; cōmilitones certa ſpe confiſi audacia minime ſeruili pro Senatus libertate, populiq; Romanorum depugnātes. Acclamantibus omnibus eamus, & ſtatim duci deprecantibus, promptitudine eoꝝ exhilaratus Caſſius iterū per præconem ſilentiū indixit, & ſubinde in hunc modum

Tyrānis. Nota. Intermiſſio oratiōs.

fari cœpit. Dii omnes iuſtorꝝ duces prælioꝝ pro fide nobis cõmilitones, ac prõptitudine gratias cõdignas reddãt. Quæ uero ad prouidẽtiã imperatorꝝ humanã pertinẽt, quod plura ac meliora quã hoſtibus noſtris nobis adſint his uerbis diſcite. Legiones armatorꝝ pares numero illis ducimus; Plures ad neceſſaria multis in locis dereliqmus. Equitatu & claſſe longe ſupamus, tum ſociis belli, regibus, nationibuſq; ad Mœdos uſq;, & Parthos. Ipſi nobis dũtaxat a fronte imminent. Nos illis a tergo quo pariter inſtamus. Pompeiũ nobiſcũ conſpirantẽ in Sicilia habemus, Murcũ in Ionio. Adeſt & Norbanus magno exercitu & cõmeatu duabus ſeptus legionibus quẽ ſagittarii aſſidue claſſe infeſtantes pſequũtur. Quæcũq; alia maris terræq; ab inimicis poſt nos pura relinquentes. Pecuniæ nobis ſuppetũt, quas nõnulli belloꝝ neruos ſolẽt appellare. Ipſis uero nullæ adſunt, neq; pollicita ſuis militibus adimplere potuerũt. Non proſcriptorꝝ bona ad opinionẽ eorum ſucceſsere, nemine ex eorꝝ numero qui boni habentur, pſcriptorꝝ prædia inuidiæ ſubiecta cõparente, Neq; aliũde qd capiant ulterius mouere. Italia ſeditionibus, tributis, proſcriptionibuſq; uexata. Nobis uero in tanta rerũ ſollicitudine & præſentia abunde ſuppetũt adeo ut alia confeſtim uobis tradituri ſimus, & multa ſuper his, quæ a nationibus a tergo exiſtentibus collata peruehũtur, cõmeatus, itineriſq; ſeminaria, magnis ſuffectura exercitibus, quorum illis ſumma eſt inopia, niſi ſi quę ex ſola Macedonia montana natione, aut ex Theſſalia prouincia arctiſſima difficillime ſuſcipiũt, quæ terra magno labore illis cõuectare opus eſt. Siquid ex Lybia, aut Lucania, aut Apulia afferre cupiunt, omnibus in locis a Pompeio, Murco, Domitioq; intercludũtur nobis nobis per ſingulos dies, minimoq; labore, non a mari modo

Reſumptio oratiõis a Caſſio.

Pecũiæ bel loꝝ nerui.

inſuliſq; omnibus, ſed mediterraneis quoq; ex locis a Thracia uſq; ad fluuiũ Euphratẽ copiæ offeruntur & hæc nullo prohibente, cum nullus nobis a tergo inſtet hoſtis ut in nobis ſit & bellũ accelerare, & per ociũ hoſtes inopia ſimul ſameq; conterere. Tot & tanta uobis adſunt cõmilitones ultra ſollicitudinẽ humanã pparata. Reliqua autem illis a uobis, diiſq; immortalibus conuenienter accident. Nos omnia quæ uobis in primis polliciti fuimus exhibẽtes, & fidẽ neſtram munerũ multitudine digne cõpenſantes, maius inſup certamen quod ex deoꝝ ſententia futurũ eſt, ampliore proſequemur gratia, ac nunc quidẽ his qui ad id promptiſſime acceſſerint. Huius igitur cõcionis cauſa ſtatim ab ipſo Tribunali militi mille quingentas dragmas Italas, turme duci qui cuplum, Tribuno amplius ad eundẽ tribuemus modũ. Hæc effatus & uerbo & opere muneribuſq; eos inſtruens cõcionẽ dimiſit. Ipſi pſiſtentes Caſſiũ ac Brutũ ſummis extulere laudibus, ac pro illis quæ æqua forent facturos ſe obtulerunt. Hi uero munera illis confeſtim pſoluerunt, & alia porro ad occaſiones multas illuſtrioribus impenderũt, & q ſuſcepiſſẽt cõtinue armatos per partes emittebãt, nec multo poſt ipſi inſecuti ſunt. Binas aquilas ad eos aduolãtes in argenteis uexillis conſediſſe fama eſt, ſe inuicẽ roſtris, unguibuſq; lacerãtes, uel ut aliis placet ſe mutuo obſeruantes ac manẽtes, quæ publicis alimoniis a Prætoribus educatæ ſunt, eaq; die quæ pugnã anteceſſit uolãtes abierũt. Per biduum itaq; nigrum ſinum tranſeuntes ad Henum peruenerunt, ſupra quæ illum quæcũq; alia uſq; ad Serrium mortem maritima omnia ſibi uẽdicarũt. Serrio pelagus uerſus inclinãte ipſi p mediterranea arripuere iter. Tulliũ ad hæc Cimbrũ cum nautis, & armatoꝝ legione una ac ſagittariis qbuſdã

Finis orationis Caſſii

Oſtentũ.

litus maris adnauigare iubent quod iampridē inhoſpitū fue rat quēquā tellure opima. Thracibus minime mari utentia bus aut ad maritima deſcēdētibus, aliorų Gręcorų metu, & Heraclidarų eas pelagi oras detinentiū. Floruere qppe mer catorų cōmerciis, & agricultura olim ea loca, oblectātibus

Philippus Amintæ. ſe in his Thracibus ob montiū uarietatem donec Philippus Amintæ filius Græcos alios & in primis Heraclidas in bel lum mouit, ita ut his tēporibus pręter ſacellū unicum nihil ꝑtereuntibus intueri datū ſit. Hoc itaq; deſolatū litus Tul lius undequaq; ꝑcurrens, ut a Bruto imperatū fuerat regio nes accōmodas metiebatur, diuidebatq; exercitibus naui buſq; per partes aduentabat, ut Norbanus anguſta illa, ue luti cuſtodiæ inutilia deſereret. Quæ res ad uotum contin git. Norbanus quippe nauiū dubitatione ꝑmotus ad Sapeo

Cedicius. rum anguſta tumultuari cœpit, & Cediciū ex Turpiliis ma gna trepidatione in auxilium uocauit, cui ille ſubito affuit. Turpilliorų igitur derelictis anguſtiis, Brutus agmen præ cedere imperat. Simulatione deprehenſa, Norbanus & Ce dicius Sapeorų loco ſumma ui ꝑmuniunt, adeo ut militibus

Stratagēma. Bruti neutiq̃ per ea pateret aditus. Deſperatio igitur eorų mentibus denuo incidit, ne circuitū quē prius euitaſſent, a principio cogerentur ingredi & obſeſſa circūquaq; peragra re, deficiente tempore ad id cōmodo. Sic igitur ſe habētes,

Raſcupolis cōſiliū. Raſcupolis his uerbis allocutus eſt. Compēdiariū adeſſe iter iuxta ipſum Sapeorų montē dierū trium, hominibus quidem in præſenti inuium ob rupiū aſperitatē, & inaquoſa loca ſil uis referta undiq;. Cæterū ſi aquā deferre uelint, & per ſe mitas anguſtas progredi, quæ tranſitū tamen præbeāt ex ar borum condenſitate, ne ab auibus quidem præſentiri poſſe, quarta die ad Arpeſſū fluuiū facile uenturos, qui in Hermū

deſlui, ex quo per diem unam ad Philippos delati, inopine Arpeſſus
hoſtes præuenirent, quos debellare ad ultimũ liceret, cum fluuius.
nullus illis aliunde pateret reditus. Quibus edocti milites, Hermus.
q̃q̃ itineris difficultate deterriti, nihilominus ſpe adhibita
tam ingentẽ exercitũ deprehendi poſſe, partem ex ſuis cum
Lucio Bibulo præmittũt, qui una cum Raſcũpoli iter cape-
rent. Hi igitur ſummo labore cum eodẽ tamen ſollicitudine
& impetu uſi, pceſſere, freti potiſſimũ quod ex iis quos præ
miſerant nõnulli rediiſſẽt. flumen ſe a proſpectu uidiſſe refe-
rentes. Quarta die, itineris aſperitate defeſſi, ac ſiti laborã
tes deficiente aqua, quã trium dierum itinerationẽ accele-
rantes deferebãt, quod ea loca inaquoſa dicerẽtur, trepidare
& ne per inſidias circũducerentur expaueſcere cœperunt,
nõ quod his qui redierãt, fluuiũ uidiſſe dicẽtibus, minus cre
derent, uerum per diuerſa itinera ſe duci exiſtimantes ex-
candeſcere, & exclamare, & Raſcupolim ad eos accurren-
tem, & adhortantẽ intuentes criminari, repellere a ſe nite-
bantur. Bibulo ſuppliciter orante ut reſiduũ itineris æquani L. Bibulus
miter perferre uellent, fluuius circa ueſperã a primis conſpe
ctus eſt, & ſtatim acclamatio maxima, ut æquũ erat, cũ læ-
titia auditur, quæ ab his qui ſequebantur excepta ad poſtre
mos peruenit. Brutus igitur, & Caſſius intellecta re præru
pta quæq; reliquos agentes deferũtur. Ea uociferatio minime
hoſtes latuit, adeo ut eos p̃uenire nequiuerint. Nam Raſcu-
polis frater Raſcus ex clamore quid erat ſuſpicatus, hoſtium Raſcus.
adeſſe aduentũ ingenti admiratione correptus eſt tam im-
menſum exercitũ per inaquoſa iter tenere potuiſſe, quæ ne
feris ex ſiluarũ opacitate peruia exiſtimaret, ac ſubito Nor-
banum, cæteroſq; certiores facit. Illi ex Sapeorũ locis nocte Amphipo
fugiẽtes Amphipolim uenere. Sic Thraces ambo fratres præ- lis urbs.

fidia exercitibus ſuis p̄ſtitere, unus ꝑ ignota deducens loca
alter ne id etiā ignorans actū. Milites interim Bruti admi
rabili audacia in Philippos deſcendere. Eo loci Tullius uio
ciſſim delatus eſt, & uniuerſus conſedit exercitus. Philippi
ciuitas eſt quę Datos olim dicebatur, Crenida ante Dati no
mē appellata. Fontes quippe plurimi circa collē, uberibus ſca
turiunt aquis. Eum locū Philippus ut accōmodū metatus ſu
per Thraces uallo ſepſit, & a ſe Philippos nūcupauit. Con
dita eſt. n. ciuitas in p̄rupto quodā colle, cuius magnitudo
collis latitudinē cōplexa eſt, habetq; a ſeptētrione ſaltus &
nemora, ad quę Raſcupolis Bruti exercitū cōſidere monuit.
A meridie palus adiacet, & mare ultra illam. Ab oriente
Sapeorū, & Torpilorū uiſuntur anguſtia. Ex occidente cam
pus ampliſſimus ad Murcinū uſq; & Drabiſcū & Strymo
nis fluuiū per trecēta & qnquaginta ſtadia ꝑtenditur, gra
mine uberrimus, & amœnus, In quo puellā ꝑ uim cōpreſ
ſam florē induiſſe fama eſt & fluuius ſubinde Zigacus. In
eo die licet exiſtētis iugū, currūq; confractū eſſe memorāt,
& ob id fluuio nomen editū. Eſt aūt campus ad imū procliuis
Collis Dionyſius. ita ut aptiſſimus ſit his q a ſuperiori a Philippis aduerſus eos
qui ab Amphipoli progrediūtur. Philipporū præterea collis
Templa aurea. non longe alius, quē Dionyſiū nominat, in quo aurea templa
eo nomine conſecrata ſunt. A Philippis per decē ſtadia pro
greſſo, alii bini colles ſeſe offerunt, ab illis ꝑ octo ſupra de
cem ſtadia diſtantes. Ipſi ab inuicē per octo ſegregati ſta
dia. Horū in altero qui ad meridiē uergit Caſſius caſtrame
tatus eſt, Brutus altera ex parte in colle q ad Arcton per
tinet cōſedit, & Norbanū ulterius cedentē minime inſecuti
ſunt. Iam. n. Antonius aduentare dicebatur, Cæſare ob ua
Epidānus. letudinē in Epidāno cōmorante. Erat itaq; campus ad præ

liandum paccōmodus, colles admetanda caſtra opportuni. His uero in circuitu una ex parte paludes ſtagnaq; iacebāt uſq; ad Strymonis fluuiū, ex alia anguſta loca & impmeabilia. Inter utroſq; colles octo ſtadiorum planicies inerat, per uia & in Aſiā & Europā quaſi per portas quaſdā itinera emittebat. Hanc illi ad uallo ad uallū muniere muro portas quaſdā in medio linquētes, ita ut bini exercitus, unius dūtaxat imaginē præferrent. Decurrebat & iuxta fluuius, quē Gangā nōnulli, quidā Gāgitim uocant, & mare a tergo aderat, a quo apparatus omnes ingreſſus & ingreſſus uidebantur habituri. Thaſum quippe ut horreum belli per centum ſtadia diſtantē conſtituerāt. Ingreſſum autem triremibus Neapolim, quæ per octoginta ſtadia aberat. Loco itaq; con fiſi exercitus munierāt. Interea Antonius ſumma celeritate exercitū agebat, ratus Amphipolim ad belli cōmoditatē protinus inuadere. Vrbē deinde a Norbano munitā intelligēs exhilaratus eſt, omnēq; apparatū cum una legione, quā Pinarius ducebat in ea dereliqt. Ipſe audacter admodū progreſſus in campo cōſtitit, ac per octo ſtadia ab hoſtilibus caſtris caſtra poſuit. Tūc uero exercituū exilitatē, ac copiā inſpicere palā licuit. Bruti.n. & Caſſii milites roſido in loco, Antonii imo in campo metabātur. Illi ex mōtibus prodibāt, Antonii ex paludibus. Illi ex fluuio aquationē aſſumebant, Antonii ex puteis, quos repente effoderāt. Cōmeatū prætærea paucorum ſtadiorum ſpacio ex Thaſo illi afferebant. Antoniani p quinquaginta ſupra trecēta ſtadia, ab Amphipoli adducebant. Creditū eſt etiā Antoniū neceſſitate compulſum id egiſſe. Cumq; nullū irriguū locū obtineret, reſiduū uero campi, utpote decliue, plærunq; ſtagnante fluuio latioribus inundaret aquis, fontes laticū dulces, & perennes effoſſis

Strymon fluuius.

Ganga fluuius.

Thaſus urbs.

Neapolis.

Audacia ex inopia. puteis inueniſſe. Huiuſmodi igitur audacia, quæ ex inopia proceſſerat, cũ ſic illis proximus ex itinere, magno animo fre-tus acceſſiſſet, hoſtes uehemẽtiſſime cõterruit. Caſtella itaq; plurima, & ea ſumma celeritate, foſſis, muris, ualliſq; munie-bant. Vallabant, & hoſtes quæ reſidua campoꝝ ſupfuerant. Caſſius Antonii impetũ furenti ad ſimilẽ intuens, qcquid ſu-perat campi, & ab exercitu in paludẽ ob anguſtiã loci aut multifecerat, uiciſſim præmuniuit, ita ut nihil omni ex parte munimine careret, niſi quæ a Bruti latere prærupta inerãt. Caſſii, ex parte palus, & mare paludẽ ultra cõtinebat. Cæ-terũ qcquid ſpacii medio interfuit, id omne foſſis, uallis, mu-ris, portiſq; firmauere. Sic ambo exercitus caſtris ſe inuicem tutati ſunt. Interea equitũ, uelitũq; leuibus qbuſdam interiſe præliis uires experiebãtur. At cum omnia quæ animo con-ceperant pfecta uiderentur, Cæſarq; applicuiſſet, nondũ ta-men in bellum firmus, lectica.n.in exercitũ, delatus uenerat ſubito qui ex parte eius ſteterãt explicauere aciem, contra Bruti milites editori in loco ſe pugnæ præparãrũt, nec pro-pterea ad ima deſcendere, minime prœliũ inire decernentes ſola, cõmeatuũ inopia hoſtes expugnare rati. Erat peditũ nu-merus utriſq; nouẽ ſupra decem legionũ. Verũ qui a Bruti

Copiarum numerus. parte ſteterãt aliquãdo inferiores numero fuere, Qui a Cæ-ſaris parte, ſuperiores. Equitũ Thracum Cæſari & Antonio tria ſupra decem millia. Bruto & Caſſio uiginti millia ade-rant, ita ut uiroꝝ multitudine, imperatoꝝ audacia ac uirtu-te, armoꝝ inſup apparatu ſplẽdidiſſimũ utraq; ex parte ſpe-

Inſignẽ nota appara tum. ctaculũ ederent. Per plures igitur dies cum prœliũ inire di-ſtuliſſent, nihil inſigne peractum eſt, ob eos, qui circa Brutũ erãt, dum hoſtes cõmeatibus prohibere meditãtur, Ipſi Aſiã ꝓpinquã admodũ, & neceſſaria exhibẽtẽ cõtinerit, uniuerſa

e mari quibus indigerent ſuſcepturi, Hoſtibus contra nihil uel domeſticũ ſupereſſet. Non.n.ab Aegypto per negotiatores quippiã aſſumere licebat ob ſterilitatẽ, famẽq; regionis neq; ex Iberia aut Libya aut Pompeium, neq; ex Italia ob Murcũ & Domiciũ, neq; Macedonia, & Theſſalia in longum illis ſuffecturæ uidebãtur, quæ ſolæ ea tẽpeſtate commeatũ exercitibus eorũ ſuppeditabãt. Quę omnia intelligẽtes Bruti milites, tempus in longũ differre ſatagebãt. Antonius hæc ipſa ueritus per uim, eos ad prælium prouocare inſtituit, & paludẽ, ſi qua poſſet, perviã clanculũ efficere, ut a tergo hoſtibus adhuc inſciis profectus, cõmeatũ q a Taſo ferebatur interciperet. Subito itaq; ſuis ad præliũ inſtructis utraq; ex parte uniuerſis elatis ſignis, ut oẽs in aciem eduxiſſe uideretur, partẽ eorũ die noctuq; ſemitam quandã peranguſtã in palude iubet ſubſternere, arũdines ſenſim incidentes, & tellurẽ, lapideſq; utrinq; iniicientes ne agger ſolueretur. Profunda uero utroq; ex latere lignis in crucem actis cõfirmauit, iũxitq; pontibus miro ſilentio ne quis præſentiſceret. Aſpectũ quippe operis, arundinũ opacitas circa ſemitã celabat hoſtibus decem dierũ ſpacio perfectis omnibus inſidias recto tramite p̃ noctẽ propere emittit, & quæ deſtituta erant ſpacia in medio apprehẽdit, ad caſtella plura cõmuniuit, Caſſius operis machinationẽ & fraudẽ admiratus, & quæ ab Antonio caſtella erecta fuerãt excludere feſtinans, paludẽ omnẽ quæ ſupererat muro uallauit, a caſtris uſq; ad mare omnia ſubſternens, ac pontes inſtruens & uallum conſtratis in locis & ualidis imponẽs, & quæ ab Antonio facta erant ſemitã eripiens, ne in ea exiſtentes excurrere ullo in loco poſſent, aut ipſe ſuis auxilium afferre. His circa meridiẽ ab Antonio perceptis, nulla interpoſita mora, cum

Aegyptus

Antonii in re militari aſtus.

Caſſii opa i Antoniũ.

ira & impetu exercitum, quem ex aduerſa parte inſtructum tenuit, propere cõuertens ad Caſſii munimenta, quæ paludis & exercitus in medio erecta fuerant educit, ferramẽta, ſcalaſq; in unũ afferens, quaſi effracto uallo in caſtro eius irrupturus. Cõcurſu itaq; facto cũ audacia e latere ex aduerſoq; campi in medio inter utrunſq; exercitum, Bruti milites ad cõtumeliã id referentes tam audacter diſcurrentibus eos hoſtibus in armis exiſtentes, præfecti cuiuſdam mãdato exiti feruntur, & quoſcunq; ex tranſuerſo inſurgẽtes impetu cæſdũt. Inchoato iã belli opere, & exercitu Cæſaris a frõte ipſis cõſtituto, in eũ decurrunt, ac cõuerſum fugientemq; inſequi nituntur, donec per ipſum erupere oẽs, qui Cæſari cũ Antonio cõmunis fuit, abſente tamen Cæſare ob inſomniũ & diem illum obſeruãte diligentius, ut ab eodẽ in cõmẽtariis ſuis pſcriptum eſt. Antonius pugnã iam effuſam intuens, lætitia correptus eſt, quaſi neceſſitate duceretur, nã cõmeatus uerebatur inopiã. Cõuertere igitur milites in campo noluit ne phalangem diſſoluendo cõturbaret. Vt igitur inſigne quippiam acturus, magno impetu aciem mouit, & curſu pariter aſcenſum capit. Repulſus deinde nõ ſine iugi labore perſtitit, donec per uim Caſſianæ phalangi ſeſe immiſcuit, ordinem ſibi appoſitum cõſeruanti adhuc, & quod actũ fuerat, ueluti irrationabile quoddã admiranti. Qua repulſa ingenti animo ad ualli murũ ſe proripuit, qui campi in medio paludiſq; conſtiterat, uallum ſumma ui dilacerãs, & foſſam tellure obruens, ædificium quoq; ſuffodiens mira celeritate, & qui pro portis ſteterant, fœda ſtrage undiq; proſternens, & quæcũq; a muro proiiciebãtur operiens intrepidus, donec per portas tandẽ ingreſſus eſt. Alii per ualli ſciſſuras intrauerũt, qui deſcẽdẽtibus inſurrexere Caſſianis. Et hæc tanta celeritate effecta

Antonii audacia.

Vincitur Cæſaris exercitus a Bruto.

Virtute Antonii uincitur Caſſius

ſunt,ut his qui ad paludem perſiſtebāt,operis cauſa in auxi-
liū accelerātibus,ipſi occurrerēt,iam murum ualli detinen-
tes. Auertentes itaq; illos uehementi impetu,& ad paludem
uſq; propellentes,ad Caſſii caſtra demum redierūt,quicunq;
ſoli cū Antonio intra murū progreſſi fuerant,reliqua alia mul-
titudine utrinq; ex parte ab extra depugnante. Caſtra inte-
rim quaſi deſtituta pauci tuebātur. Qua ex cauſa Antonius fa-
cillime illis potitus eſt. Et iā Caſſiani milites exteriori quoq;
ex parte uicti ceſſerāt,cū caſtra ab hoſtibus intercepta cō-
ſpicati in fugā nullo ordine palātes abeūt, Sic ut ab utriſq;
prœliū cōfectum uideretur. Brutus quippe ſiniſtram hoſtium
aciē,occupatis eorum caſtris loco mouerat. Antonius alia ex *Victoria*
parte deuicto Caſſio,admirabili audacia hoſtiū caſtra p̄daba- *mirabilis*
tur, Eratq; cædes utrinq; uaria. Ob amplitudinē uero cāpi, *utraq; ex*
& pulueris in immēſum elati nebulam,uix ſe inuicē intueri *parte.*
poterāt donec ſe mutuo interrogātes reliquos ad ſigna reuo-
cabāt. At illi gerulonibus potius q̄ militibus ad ſimules redi-
bāt. Neq; tūc q̄dē una lætari, aut ſe mutuo intueri licebat,
cū alii quæcūq; attuliſſent,ab aliis temere aggreſſi p̄iicerēt,
quæ res magnā turbationē utriſq; attulit. Eo in p̄lio ad octo
milia Caſſianoꝝ lixis & ſeruis additis cecidiſſe exiſtimātur.
Ex cęſaris parte bis totidē interiiſſe. Caſſius caſtris exutus,cū *Quantum*
nec ulterius ad exercitū redire poſſet, Philippoꝝ collē pro- *obeſt pul-*
pere aſcendit,eminus quæ geſta erāt inſpecturus. Cæterū ob *uis.*
puluerem undiq; elatū,minus diligenter uniuerſa proſpecta-
bat. Caſtra duntaxat ab hoſtibus capta eſſe decernebat. Pin-
darum itaq; ſcutiferum eius enſem exerere,& necem acce- *Pindarus.*
lerare imperat, Cunctante Pindaro, ſuperueniens quidam,
Brutum altera ex parte uictoria potitū hoſtiū caſtra depræ-
dari nunciat. Quo audito Caſſius,hoc ſolū reſpōdit. Viciſſe

nos illi uictoriam dicito omnem. Deinde ad pindarũ cõuerſus quid cũctaris inquit? cor me a turpitudine iſta nõ eximis? Pindarus igitur herum ſuum iugulum ultro præbentem neci tradidit. Sic plerīq; Caſſium interiiſſe autumant. Alii referunt accedentibus ad eum, ut uictoriã annunciarent Bruti militibus, hoſtes ſuſpicatum. Tiriniũ qui ueritatẽ ſcrutaretur præmiſiſſe, quem ut Caſſii beneuolũ circumſidentibus cum lęticia militibus, & ob id magna uoce cõclamantibus, inter hoſtium manus incidiſſe exiſtimantem, hæc dixiſſe. Suſtinuimus raptũ ab hoſtibus intueri amicum, & ad tabernaculum quoddam cũ Pindaro ſeceſſiſſe, nec ulterius Pindarũ ab ullo fuiſſe cõſpectum. Quamobrem nonnulli credidere neutiq̃ iubente illo, a Pindaro interfectũ eſſe. In hunc modum Caſſium deceſſiſſe memorant, eomet die qui natalis illi fuerat, in quo prælium incidit. Titinius ob eius tarditatem, Caſſiũ ſe interemiſſe autumans, ſe quoq; pariter occidit. Brutus cognita Caſſii nece multis lachrymis ut optimũ Romanorũ lamentatus eſt, quaſi neminem illi parem ob uirtutem ulterius futurum, agendi promptitudine, ac celeritate, & ſimul beatũ teſtatus eſt, a curis, cogitationibusq; liberatũ, quæ ipſum ad tã ingentis operis finem excitarent. Deinde amicis corpus exhibens clam ab omnibus ſepeliri iuſſit, ne intuentes milites ad fletum concitaret. Ipſe cibi, ſomniq; expers uniuerſam noctem in confirmãdis Caſſii copiis abſumpſit. Orta luce hoſtibus ſe ad bellũ præparantibus, ne numero debilitati uiderẽtur eſſe Brutus eorũ percepto aſtu. Induamus & nos arma inquit, ut pari ſimulatione nõ inferiores illis eſſe uideamur. Eductis in aciem militibus, hoſtes retroceſſere. Quibus illudens Brutus, Hi inquit ut defeſſos nos, prouocantes, minime experiri auſi ſunt. Eamet die qua in Philippis inter utroſq;

Titinii fidelis obitus

Laus Caſſii.

Claſſis Cæſaris, & Antonii ſu pata fuit.

certatum fuerat, ingens clades in Ionio pariter accepta eſt. Domicius Caluinus onerariis nauibus duas Cæteri legiões, quæ Martiæ ob audaciam earũ cognominabantur afferebat. Prætoriã inſuper cohortem, duũ millium uiroꝝ equitum turmas quatuor, aliamq; multitudinẽ collectam ad bellum, quã triremes eoꝝ paucæ ſequebãtur. His centum & triginta nauibus longis occurrentes Murcus & Domicius eas ſtrenue aggrediũtur. Ex onerariis itaq; nauibus paucæ ſublato uelo fugam primæ arripiũt. Reliquæ inclinante cõfeſtim uento, in tranquillo maris diſtitutæ capiunt, felicitate quadã deoꝝ immortalium traditæ hoſtibus. Vnamquãq; etenim earum inuadentes immergere tentabant, neq; triremes illas ſubſequentes, & ob paruitatem undiq; cõcluſæ aliquid opis afferre poterant. Erat igitur periclitantium hinc inde uarium & ingens præliũ, cum naues celeri ſtudio rudentibus in unum cõferre properarent teliſq; ad inuicem inſtruerẽt, ne hoſtes arripere eas poſſent. Quam connexionem Murcus incidere feſtinans, ſagittas igne accenſas rudentibus iniecit, a quibus celerrime connexio omnis diſſoluta eſt naueſq; fuga elapſæ ignem mutuo euitare conabãtur. Illi cõfeſtim ad triremes cõuertuntur, ad inſequendũ, aggrediendũue parati. Quibus indignati milites & præſertim martiales quod ui ſuperiores ob impotentiã agendi, tã fœde necarentur, quidã ſe iniecere flãmis, alii triremes hoſtiũ ingreſſi, necem intulere aliis, aut ab illis paſſi ſunt, Naues ſemiuſtæ ꝑ longũ euaſere, uiros deferentes, quoſdam ab igne, alios fame, ſitiq; cõſumptos. Quidã uela aut aſſeres tenẽtes, ad petras, deſertaq; litora truduntur. Fuere ex iis, q̃ miꝝ imodũ ſeruati euaderẽt, alii ad qnq; ſuplati dies, fame enecti, pice, aut uela, funeſue ingẽtes duxere uitam, donec a fluctibus ad terram pellerentur. Fuere

Domicius Caluinus.

Naualе prœliũ.

multi q ſe hoſtibus ultro traderēt,clade macerati.Tradidere & ſeptē ſupra decē hoſtibus triremes,quarū uiros Murcus ad ſe trāſtulit.Prætor eorū Caluinus naui propria prouectus,quinto die Brūdiſiū acceſſit,cū extinctus crederetur.Sic una die,eadē & in Philippis & in Ionio clades ſimul incidit,ſiue naufragiū,ſiue nauale præliū uelimus appellare.Is.n.cōcurſus operū,poſterius cognitus, timorē ingentē attulit.Brutus in cōcionē uocato exercitu, in hūc modum locutus dicitur. Nullū eſt præter heſternū præliū o cōmilitones in quo non potiores hoſtibus ueſtris extiteritis.Pugnā quippe prōptiſſime incepiſtis, etiam nullo ſigno dato,& quartā legionē,cuius apud hoſtes celebre nomen eſt,in qua eorū cornu maxime cōſiderat,& qui cū illo in ordine conſtiterant,ad caſtra uſque diſſipaſtis. Quinimo caſtra ipſa quæ primum inuaſiſtis,diripuiſtiſque,ſic ut longe iniectā nobis cladem, quæ in ſiniſtro cornu accepta eſt uiceritis & cū pliū uno impetu pficere poſſetis,pdā maluiſtis iuadere,quā hoſtes neci deuictos tradere.Plurimi qdē e uobis illos ptereuntes ad eorū res uertere curſum.Et in hoc duo illi diripuere ſimul,quā noſtri uidelicet exercitus fuere,& alterius.Nā eorū oīa ī poteſtate habuimus,Ita ut calamitatis huius acceptio, in duplo nobis cōſtet.Quātū uero & acie illis pſtiterimus, quantūue in cæteris ſupiores ſimus,facile a captiuis cognoſcere poteritis,de frumēti inopia,& cōtentione ob idipſum ac uexatione ingenti,modicaq; ipſius ſuſcipiēdi ſpe,iam palā facta.Nō.n. ex Sicilia aut Sardinia aut Libya aut Iberia frumentū illis licet cōuectare ob Pompeiū Murcūq;, & Aenobarbū ducētis & ſexaginta nauibus intercludētes illis maria.Iā Macedoniā omnē exhauſere, & ex ſola Thracia modicū qd accipiūt,& qtū illis pœne ſufficit.Cū eos ad pu

Aduerte famem, Caluinus prætor.

Cōuocatio exercitus in cōcionē a Bruto.

Inopia frumēti quātū obſit.

quã accelerãtes cõſpexeritis, tũc a fame ſtimulatos, mortẽ
in manibus deferre cogitetis. Nos cõtra ut fames ꝑ nobis in
eos militet, oĩno ſtudeamus, ut infirmioribus, & fame ene-
ctis cũ opus fuerit occurrere poſſimus. Neq; ꝓmptitudine Salubre
ꝓpter tẽpus efferamur, neq; tarditatẽ qſpiã expictiã putet eẽ cõſiliũ.
aut celeritatẽ, ad mare q a tergo eſt deflectẽs oculos, quod
nobis tã ingẽtes ſubminiſtrat copias, cõmeatus affert, p̄lii hu-
ius uictoriã ſine ꝑiculo exhibet, Quã expectetis, neq; diſ-
fidatis, ſi inſurrexerint atq; ꝓuocarint, deteriores nobis fa-
cti, quẽadmodũ heſternũ p̄liũ clare edocuit. Sed aliũ timo-
rem medicãtes prõptitudinẽ quã nos continere nequeo, effun-
datis omnẽ, cum ipſe iuſſero. Victoriæ p̄mia integra, cũ per-
fectis rebus noſtris, de nobis dii iudiciũ dederint, nobis tri-
buam. Nũc heſternæ uirtutis gratia mille dragmas unicuiq;
militi, ducibus ueſtris æque p̄mia debita ꝑſoluã. Sic Brutus
locutus eſt. Nec multo poſt munera legionibus ſingulis im-
pendit. Sunt qui putẽt Lacedæmonẽ & Theſſalonicã urbes
inclytas a Bruto in prædã militibus ꝓmiſſas eſſe. Cæterũ
Cæſar & Antonius Brutũ tunc pugnã detrectantẽ intuen-
tes, exercitũ in unũ congregarũt, quẽ Antonius his uerbis
allocutus eſt. Heſternũ opus o milites, ſatis animaduerti ab Oratio
hoſtibus uerbo quidẽ fuiſſe diuiſum, quaſi quoſdam e nobis Antonii.
inſecuturi eſſent, exercitũq; direpturi, re autem ut uniuer-
ſum noſtrum eſſe oſtenderẽt. Polliceor nobis neq; craſtina
eos die, neq; inſequente prælium ſponte eſſe inituros. Cer-
tiſſima heſternæ cladis eorum fides eſt; atq; trepidationis
quando quidem ueluti in gymnicis contentionibus infe-
riores loco cedunt. Non in tantum eorum caſtra protende-
runt, ut Thracum ſolitudinem ædificantes inhabitare cu-
piant, ſed ea inſurgentibus nobis ob timorem cinxere muro,

intra tabernacula deſides ob heſternæ cladis metũ cõmorã tes, & quod antiquior eoꝝ impator, atq; expertior deſperãtis rebus ſeipſum interemit. Maximũ ꝑterea calamitatis eoꝝ iudiciũ eſt, quod prouocãtibus nobis, neq; in pugnã prodeũt, neq; a montibus in aciẽ deſcendunt, manuũ loco in præruptis fiduciam ſuam apponentes. Quãobrem fidenti animo eſtote o milites, & quẽadmodũ heſterna die a uobis factũ ẽ, ſic illos denuo licet inuitos, in pugnã cogite, turpe exiſtimãtes dubitãtibus cedere, aut a formidãtibus cohibere manũ, & cũ uiri ſitis eorum mœnibus eſſe infirmiores. Non enim huc acceſſimus tanq̃ in campis acturi uitã. Nec etiã cõmorantibus quicq̃ nobis abunde erit. Verum a prudentibus celeriter bella cõficienda ſunt, ut diutius in pace uiuatur. Tẽpus igitur, & opera noſtra meditemur. Heſternũ opus ſine querela omittamus. Solũ uirtutẽ ueſtrã, cum ab imperatoribus ueſtris exigetur, palã edite. Neq; heſternæ direptionis aut prædæ memineritis, aut pro re minima mœſtitiã capiatis animo. Non pro his quæ poſſidemus diuites eſse poſſumus, uerũ ſi prouincias imperio ſubiiciamus noſtro, non ideo eorum cauſa quæ erepta ſunt cõturbari, nos neceſſe eſt, quæ apud hoſtes noſtros integra adhuc & ſalua ꝑmanent, cum etiam quæ ſua ſunt, nobis quoq; uictoribus ultra hæc ſint ꝑbituri, potiſſimũ ſi ea acceleremus inuadere, & ad præliũ una properemus. Quæ abũde adhuc fuerant heſterna die illis eripuimus, & fortaſſe utiliora rebus noſtris. Nam quæcũq; ex Aſia per uim abſtulere, rapuereq;, in unũ cõgeſſerunt. Vos tanq̃ a patria profecti, quæ cariora fuerant domi reliquiſtis, quæ neceſſaria ſolum erant afferentes. Siquid precioſum illis inerat, ueſtoꝝ potius imperatoꝝ fuiſſe exiſtimandũ eſt, quę oĩa pro ueſtra uictoria uobis tradere pa

Optia ad hortatio.

Magnum munus.

rati ſumus, & ulterius huius damni cauſa, uictoriæ pręmia uirtuti ueſtræ impẽdere, unicuiq; militi dragmas qnquies mille, duci turmę qncuplũ. Tribuno in duplo amplius. Hæc effatus poſtridie copias iterũ in bellũ mouit. Non deſcendẽtibus Bruti militibus, animo grauatus, educere pſeuerauit. Brutus interea aciem paratã tenuit, ne per uim cogeretur decertare. Itinera per quæ neceſſaria afferebãtur, cõmuniuit. Erat collis non longe a Caſſii exercitu, quem hoſtes haud facile ſuperare peterãt ob propinqtatẽ eoꝝ, qui ſagittas emittebant a Caſſio olim diligenter cuſtoditus, nequis, eum locũ inopine inuaderet. Hũc a Bruto deſtitutũ Cæſaris, milites nocte profecti, quatuor legionibus propere inſcẽdunt, crates, culcitraſq; quã plures in obiectũ his qui ſagittatis utebãtur afferentes. Quo munito, alias decẽ legiones per quinq; ſtadia diſtãtes, uerſus mare ſtatuere. Porro ultra quatuor illas primas, duas addidere, ueluti omnia uſq; ad mare in poteſtate eoꝝ ſuſcepturi, et ulterius mare ipſum per paludes, uel alium modũ adituri, quo cõmeatus hoſtibus adimerent. Aduerſus hæc Brutus cõtraria opera commentus eſt. Nam alia caſtra eoꝝ caſtris oppoſuit, ad quæ Cęſaris milites aduerſa & ipſi opera machinati ſunt. Iam fames haud occulte pualere cępat, cuius magnitudo timorq; p ſingulos augebatur dies. Non. n. ex Theſſalia quæ exercitibus abũde eſſent ferebãtur, neq; a mari ſpes ulla aderat, hoſtilibus nauibus circũquaq; maria oĩa obtinẽtibus. Nũciata inſup clades, nuper in Ionio habita apud utroſq;, adhuc magis auxerat timorẽ, aduẽtãte hyeme, cũ in locis maxime paluſtribus caſtra haberẽt. Quibus ex rebus pmoti hoſtes, armatoꝝ legionẽ in Achaiã miſere, quæ opportuna ppararet, ſummaq; celeritate illis mitteret. Ergo ulterius tã ingẽti

Interceptio loci. Fames. Achaia.

diſcrimine in incũbente, cũ neq; famẽ tolerare neq; aliis ma‑
chinationibus ſe amplius tueri, aut in reſiduo cãpi iuxta ho‑
ſtilem murũ caſtra munire poſſent, magno clamore prodeun‑
tes Brutũ, ſalibus, cõniciiſq; inceſſebant, & utrũ obſeſſi in

Deſꝑatio.

more, an inſania potius ducente, pugnã detractaret, ignorare
dictitabant. Quæ omnia cũ a principio a Bruto eſſent co‑
gnita, tũc amplius certior effectus, purgẽtis eos famis, & ui
ctoriæ in Ionio adeptæ, & deſꝑeratiõis ex inopia eorũ pro‑
deuntis, obſidionem & quæcũq; alia ſe perpeti malle aiebat,
quã ad manus cũ his accedere, qui fame torquerentur, ſeq;
deſꝑeratis rebus ſuis, morti obiicerẽt, nec ullam niſi in mani‑
bus ſpẽ apponerẽt. Cæterũ Bruti milites ob inſcitiã, haud pa‑
ria imperatori ſuo ſentiebãt. Egre itaq; ferẽtes intra uallum,
mulierũ in more nullo opere trepidantes cõtineri, palã que‑
rebantur. Excandeſcebãt & eorũ duces, qui q̃q̃ Bruti conſi‑
lium extollerẽt, hoſtes tamẽ ab exercitu uꝫ prompto paratoq;

Natura Bruti.

facillime deleri poſſe exiſtimabãt. His cauſam præbebat Bru‑
ti facilitas eiuſq; clementia erga oẽs, quæ nulla in Caſſio

Natura Caſſii.

aderãt, auſtero a natura, & ad oĩa ambitione maxime æſtuã‑
ti. Quãobrem illi ex mãdato parebant milites, nequaq̃ illius
officiis ſe immiſcentes, neq; cauſas inquirere audẽtes, aut q̃cq̃
cõſulentes, quod ipſe ſtatuiſſet, quorũ nihil Brutus faciebat,
ſed una milites ad cõſilia accerſere ob humanitatẽ æquũ pu‑
tabat eſſe. Tandẽ exercitu ꝑ cohortes ac deinde ꝑ concur‑

Querimonia exercitus.

ſus apertius cõquerente atq; dicẽte. Quid tandẽ impator no‑
ſter meditatur? In quo nuꝑ uictoriã adepti deliquimus? ho‑
ſtes ꝑſequẽtes, aut aduerſos nobis occidentes, aut exercitum
eorũ diripiẽtes. Brutus ſpõte audire negligebat, neq; in con‑
cionẽ deducere curabat, ne indecentius a multitudine, ad ea
quæ irrationabilia erãt, cogi uideretur, potiſſimũ a merce‑

nariis militibus, quibus leuiū ſeruoꝝ in morē a natura inſitū eſt, ad alios cōtinue dños, ſalutis ſuæ ſpē apponere, aut ad æmulos & repugnātes libētius ſe cōferre. Inſtantibuſq; deinde ꝑtinacius ducibus, & exercituū primoribus, ſuadētibuſq; ut militū prōptitudine uti uellet, fortaſſis eos ſplendidū qppiā acturos eſſe, ſi qd ſiniſtri inter pugnandū accidiſſet, denuo eos ad mœnia retrouerti poſſe, & caſtra in oppoſitū obiicere hoſtibus, indignatus Brutus maxime erga duces, quod minus caute exercitui cōſuleret, ipſo uictoriā ſine diſcrimine & ꝑiculo ullo pollicēte eoꝝ temeritati proprioq; diſcrimini aſſenſus eſt, hoc ſolū inquiens. Pōpeii Magni in morē ad bellū cogimur, militum imperio magis q̄ ductu noſtro pugnaturi. Quod Brutū in primis dixiſſe crediderim, ut id quod uehemētius timebat, diligētius occuleret, ne exercitus ſub Cæſare aſſuetus, & impatiēs ad illū ꝑtrāſiret. Quēadmodū ipſe & Caſſius a principio ueriti, oēm indignationis cām, quæ cū eo oriri poſſet euitarant. His igitur ex cauſis inductus Brutus, q̄q̄ inuitus, milites tamē in aciē eduxit, diſpoſuitq; ante ualli mœnia, & ne longe a tumulo ſecederent eos monuit, ut facilē cū opus eſſet redeundi haberēt aditū, & in hoſtes cōmodius inſurgerēt. Erat utraq; ex ꝑte apparatus ingēs, & cupiditas maxima ineūdi ꝑlii. Illis qdē ob inediæ timorē, his uero ob iuſti reuerentiā, cū imperatorē educēntē pr̄ nimi eos egiſſent, ne deteriores eoꝝ pollicitationibus uiderentur eſſe, neue infirmioribus debiliores, temeritatiſq; pœnis potius ob noxii, quā ueri iudicii laude digni cenſerentur. Quæ oīa cōmemorās illis Brutus inſigni ꝑuectus equo, ſingulas ꝑcurrebat acies ſeuero intuēs uultu, & ut tēpus poſtulabat breuibus his alloq̄batur uerbis. Vos pugnā elegiſtis o milites, uos aliter cēſentē, & uictoriā i māibus hntē, ad bellū cōpuliſtis.

Bis militū temeritate corruit romana respublica.

Belli apparatus.

Non igitur ſpe ueſtra me aut uoſiipſos defraudetis. Collem propugnatorẽ a fronte retinetis. Quæcũq; a tergo imminẽt ueſtra ſunt. Hoſtes noſtri dubio in loco reſidẽt, ueſtri in medio, famiſq; deſtituti. Hæc referens hinc inde uertebat curſum, uir ætatis ſuæ præſtãtiſſimus, quem omnes ordines ut bene ſperaret hortabantur, Ac ſummis laudibus, magno clamore præmittebant. Interea parte ex altera Cæſar & Antonius proprias diſcurrentes acies, dextras ad aſtantes protendebant, & aſperius adhuc ſuos incitabãt, famẽ non ulterius celantes, cuius recordatio audaciã in tempore eſſet allatura. Inuenimus o milites aiebant hoſtes noſtros, quos extra murũ munimentaq; inuenire concupiuimus. Nullus itaq; inſurgens turpiter cedat, aut alterius cõminatione ſit inferior. Neq; famẽ mortem quidem difficilẽ & inexcogitatã, refertamq; doloribus, potius q̃ hoſtiũ corpora & caſtra appetat, quæ temeritate, ferro & deſperatione exhibuere nobis. Præſentia celeritate in primis indigent, ita ut nihil in ſequentẽ diem differendũ, uerum hodie de tota belli mole decernendum ſit ad uictoriã uſq;, aut inſignem mortẽ. Victoribus una die, uno opere cõmeatus, pecunias, naues, exercitus, & uictoriæ ipſius præmia licet adipiſci. Hæc tantũ nobis cordi ſint, ut cum primũ in illos impetu feremur, feſtinationis & celeritatis eorũ recordemur, & eos præcipites a caſtrorũ portis excludẽtes a præruptis locis ad camporũ ima cõpellamus, ne prælia denuo excitent, neue per inertiã in nos quicq̃ ulterius moliri queant, qui ob debilitatẽ, nullam in pugnãdo ſpem, ſed ab armis abſtinendo poſuerũt. Sic Cæſar & Antonius ſuos ad bellum adhortati ſunt, ac propere omnibus uerecũdia affuit ne indigni imperatoribus ſuis uiderentur, & ut famẽ in immenſum iam adauctã, ob cladẽ

Adhortationes Cæſaris et Antonii ad ſuos.

Famis timor.

mari acceptā, euitarent, animo prius eligentes ſpe optima in prælio ſi opus eſſet mortem pati, q̃ ab inexcogitata famis nece turpiter abſumi. Sic ſe habentibus omnibus, & ad proximum ſibi quoq; uertente oculos, animus adhuc augebatur magis, audaciaq; indeſinenti replebātur, nihil tunc quidem æſtimantes quod inuicē ciues eſſent, neq; id memoria omnino retinētes, cęterum ut hoſtes genere, ac natura mutuo ſe truci intuebantur uultu, In tantum repentinus eorū furor ſolitam quoq; naturæ uim extinxerat. Hoc ſolū utriq; mēte uolutabāt diem illam, hoc prælio, uniuerſa Romanorū facta iudicio ſuppoſiturā eſſe. Iam die in apparatu circa nonā ferme conſumpto horā, aquilæ duæ campi in medio aduolantes, mutuis inter ſe occurrere odiis. Qua ex re ſilentium uniuerſos tenuit. Fugiente deinde præpete qui a Bruti parte ſteterat, clamor in immēſum tollitur, uexillaq; ab utraq; parte erecta ſunt. Impetus porro ingens, & admirabilis, ſagittarū, lapidū, telorūq; cū ſtrepitu auditur. Nihil. n. illis lege opus erat, qui nulla alia fere arte, quā in gerendis præliis uſi eſſent. Itaq; nudis enſibus ſe inuicē cōplexi, corpora ferro petebant, petebāturq;, ſeq; uiciſſim ex ordine pellebant. Illi quidem ob ſalutē magis, q̃ ob uictoriā acriter pugnātes, Hi ob uictoriā & imperatoris ſolamen proprii, quem inuitum in bellū egerant. Ergo cædes horrida, & ſuſpiria ubiq; reſonabant. Corpora quoq; ab his omni ex parte efferebātur, cū alios ex aduerſo obiicerent, qui pene illos ordines ſeruarēt. Imperatores ipſos diſcurrētes, circūſpiciente undequaq; ad impetum cogebāt. Laborantes quoq; nomine inuocabant, & ut amplius labori aſſiſterent hortabātur. Recentes etiam de feſſis opponebāt, ut animus his qui a fronte aderant cōtinue augeretur. Tandē Cęſaris milites, ſiue famis metu, ſiue Cę-

Oſtentū.

Belli principium.

Cæſaris felicitas. ſaris felicitate ducti, non enim Bruti acies adhuc ceſſerat, phalangem hoſtiũ ueluti machinam grauem cõuertentes, cõmouere incipiunt, q̃q̃ illi pedibus adhuc inſtiterent, retro pulli, rurſuſq; cũ audacia ſe conuerterent. Sed poſtq̃ oppreſſi ordines, paſſim diſſoluti ſunt, celerius uertere greſſum, & ſecunda poſt eos, tertiaq; cõſtituta acies loco ceſſit. Ipſi inuicem pmixti, nullo ordine, a ſeipſis, & ab hoſtibus aſſidue incũbentibus fœde cõculcantur, donec aperte arripuere fugã. Cæſariani milites intellecta q̃primũ fuga, fortiſſime incumbentes, caſtrorum portas non ſine periculo inuadunt deſuperq; & a fronte eos deturbantes multos ob ingreſſum pepulerũt. Qua ex cauſa cõfuſi hoſtes nõnulli uerſus mare, quidam ad montes, per Zygaci fluẽta amnis ſe proripiunt. Conuerſione fieri cœpta, Imperatores reliquũ operis inter ſe partiti ſunt, Cæſar in caſtris fugientes occupabat, caſtraq; tuebatur. Antonius omni in loco aderat, omnibuſq; fugientibus uel conſiſtentibus adhuc accurrebat, cæteriſq; exercitibus eorum illatus patenti impetu uniuerſa per uim ſimul cõpellebat, duces ueritus ne a manibus elapſi, nouas denuo copias ad bellum cõpararent. Porro equites ed itinera ac pugnæ exitus mittebat, qui fugientes exciperẽt. Alii igitur a monte in montem prætervecti, Raſco duce, qui ab itinerum peritiã ad id munus electus fuerat, caſtra crepidineſq; ſcrutãtes, quoſcũq; a fuga uenabantur alii intra munimenta deprehenſos continebant. Quidam Brutũ inſequebantur. Quos a curſu minime ceſſantes intuens Lucilius parũ ſubſtitit, & quaſi Brutus ipſe eſſet, ad Antoniũ non ad Cęſarẽ duci p̃cabatur. Qua ex cauſa adhuc magis Brutũ eum eſſe crediderunt, utpote implacabilem euitantem hoſtẽ. Cũ ad illum duceretur, Antonius percepta re cõpoſito proceſſit ordine, fortunã uiri ſimul ac dignitatem

Vincitur Bruti exercitus.

Antonii diligentia in bello.

uirtuteq; ſecũ cogitans, quo pacto eum eſſet ſuſcepturus uerſabat animo. Verum cũ appropinquaſſet Lucillius & in conſpectũ audaciſſime ueniſſet, Brutus inquit a nullo captus ẽ, nec unq̃ a malitia capietur uirtus. Ego his illudẽs tibi adſum. Eo ſermone equites rubore ſuffuſos intuẽs Antonius, ut paucos ſolaretur, nõ deteriorem prædam o uenatores cœpiſtis, inquit, uerum meliorẽ quã putatis attuliſtis, inquantũ hoſte potior eſt amicus. Hoc dicto Lucillium cuidam ex neceſſariis ſeruandũ tradidit, quo poſterius ut fido uſus eſt. Brutus interea non exigua multitudine ſtipatus, ad montes procurrit, quaſi ea nocte reuocaturus exercitum, aut mare uerſus iter aſſumpturus. Sed poſtq̃ omnia præſidiis diligentius cuſtodiri cõperit, pernox cũ reliquis in armis cõſtitit. Fama eſt illum ad aſtra proſpectantem hæc dixiſſe. Teq; Ioue haud latuit, qui bo℞ eſt cauſa malo℞, Antonium annotantem, qui cũ Bruto & Caſſio conſpirare poſſet miniſter fuiſſet Octauii. Quod carmen deinceps in periculis propriis dum acto℞ ſuo℞ pœnituiſſet retuliſſe ferũt Antoniũ. Eamet nocte Antonius ut Brutũ a fuga cohiberet armatus, pſtitit, uallũ cadaueribus & ſpoliis Bruto circũponẽs. Nã Cæſar ad mediã fere noctem ob ualetudinem labore fatigatus exercitũ Norbano cuſtodiendũ dederat. Procedente nocte, Brutus animaduerſis hoſtiũ inſidiis cũ non amplius quã quatuor legionibus uti poſſet, diligentiq; cuſtodia undequaq; circũſeptus eſſet, primores exercitus, facti pœnitentia confuſos & erubeſcentes adhortatus eſt, ut ſi qua liceret cuſtodias aggredi & propria recuperare niterẽtur, quæ a ſuis in caſtris derelictis ſeruabantur. Illi aũt ſponte id opus attentantes, longe æquanimiores ac prius iam effecti, fortuna eos deſerẽte, Bruto reſpõdere. Scire ſe impatori ſuo indigne cõſuluiſſe bellum, & cũ

Bruti uerba.

Fortuna.

plærūq; fortunā experti eſſent, nullā ulterius ſpem in rebus ſuis eſſe poſituros. Quibus auditis Brutus ad amicos conuerſus, in nullo deinceps inquit ſic ſe habentibus rebus patriæ utiles eſſe poſſumus, ac unū ex domeſticis Stratonē nomine

Strato.

ſibi cariſſimū acciri, necēq; accelerare iuſſit. Illo uero ut diligentius conſuleret Bruto ſuadente, alium quendā ex ſeruis poſtulauit. Tum Strato non egebis inquit o Brute amico potius q̄ ſeruo ad nouiſſima mandata tua quo dicto latus illi enſe aperuit, neq; auertente ſe Bruto neq; impellēte. In hūc modū Caſſius & Brutus uiri nobiliſſimi, ac clariſſimi obiere mortē.

Mors Bruti uiri magnanimi.

Virtuti ſi unū eximas ſemꝑ dediti. Nam. C. Cęſar Pompeianas proſecutos partes ex hoſtibus amicos ſibi fecerat, ex amicis deinde filioꝝ loco habuerat, quos ſenatus cōtinuo amore proſecutus eſt, ac poſt cladē miſertus. Hoꝝ dūtaxat duoꝝ cauſa, cæteris obliuionē necis dederat, abeuntibus quoq; prouincias decreuerat, ne profugi uiderentur eſſe non tamen C. Cæſaris contemnēs necem, aut iis quæ geſta erant delectatus, cum unum ob uirtutem, fortunāq; admiraretur. Nam defunctū publico decorauit funere. Opera etiā eius immortalia ex decreto haberi ſtatuit. Prouicias & magiſtratus ex ſcriptis eius diutiſſime obſeruari uoluit, nihil melius iis, quæ Cæſar decreuiſſet ineniri poſſe ratus. Verū eiuſdem ad utroſq; ſtudiū ac ſuaꝝ rerū timor eum ad ſuſpitionē calumniæ impulit. Tanto apud omnes honore proſecuti ſunt, & cæteris exulibus etiam optimis digniores habiti, Pompeio proximi, neq; conciliationis immeritā habitæ cauſam uenia non indigni uiſi ſunt. Cum autem a longe diſceſſiſſent deſperata uenia, & agendoꝝ neceſſitas incumberet, duobus nec bis integris annis, armoꝝ uiginti legiones, totidēq; equitū millia in unū coegerūt. Naues longas ſupra

ducentas

ducentas, apparatũ quoq; cõgruẽtem tantis copiis, porro infinitam pecuniarũ uim a uolentibus pariter & inuitis abſtulerũt populos urbeſq; expugnarũt, & aduerſantes plurimos ad deditionem cõpulerunt, a Macedonia ad Euphratẽ uſq; imperium eorũ propagantes. Quoſcũq; prꝫterea uiciſſent, in ſocietate belli allectos, fidiſſimos ſibi reddiderũt. Vſi ſunt regum, dynnaſtarũ, Parthorũq; in bellis ope q̃q̃ inimicorũ latino nomini. Et hęc minoribus in rebus. Cũ uero ad maiora ſe uertiſſent, minime eoſdem perpeſſi ſunt ne gentem barbarã, aduerſamq; Romano populo in eum aſſueſceret. Verũ quod omniũ admirabiliſſimũ eſt, exercitũ ut plurimum ex Cæſaris collectum copiis, felicitatis eius beneuolentiã cupidũ Cæſaris percuſſores ipſi in cõtrariam uertere partem & in Cæſaris filiũ incidentes, fideliorem q̃ ipſi in cõtrariam uertere partem, & in Cæſaris filiũ incitantes, fideliorem q̃ ipſi & Antonio eius collegæ & propugnatori experti ſunt. Nõ enim quiſpiam ex his Brutum aut Caſſium uictos dereliquit, qui Antoniũ ad Brunduſiũ & ante experientiam belli reliquere occaſionem laborũ prętendentes. Sub Põpeio prętera, & deinceps non pro ſeipſis, ſed ob popularis ſtatus nomen, inſigne quidem illis, q̃q̃ continue inutile pugnarunt. Sed dum nihil patriæ ſe prodeſſe arbitrantur, uiciſſim ſe ambo cõtempſerũt. In actionibus rerũ gerendarum, curiſq; Caſſius pertinacem ſe & incõmutabilem præſtitit, quẽadmodũ athletæ ad angoniſtem ſolent. Nam ad bella continue uertebat animum. Brutus quocunq; in loco ad conueniendum, audiendumq; facillimus, utpote q philoſophiæ ingenue dediſſet operã. Ab huiuſmodi itaq; uiris, contrarium in omnibus, nec ſimplex quidem facinus in Cęſarem emerſit, nec modico profecta in re. Nam in amicum pręter æquum iuſtumq; deliquere. In bene

Caſſii & bruti laudes.

factorē quoq; qui eos ex prælio q̃q̃ ingratos conſeruauerat. In imperatorē prętereа nefande cōſpirātes in Senatu potiſſimum ſacrum uirum, & ſacra amictum ueſte trucidantes, principem qualem utiliorem nemine patriæ imperioq; fuiſſe ſatis conſtat, ut a Dæmone ipſos coarguente plerumq; indicatū eſt. Nam Caſſio exercitum perpugnanti lictor diadema inuerſum attulit. Et uictoriæ eiuſdem inſigne aureū, in terram corruit. Alites exercitui inſidentes ſæpenumero mœſtum clangorem edidere. Apum inſuper examina cōtinue uolitantia uiſa ſunt. Ferunt brutū cum in Samo ſupra mare natalem ſuū celebraret, nec lęte admodū his in rebus ſe haberet, hūc uerſum, nulla ratione adductū, ꝓtuliſſe. Sed me ſors miſera &, latonæ perdidit infans. Ex Aſia quoq; in Europam tranſmiſſuro cū exercitu, nocte deficiente pene lumine horrendam uigilanti aſtitiſſe imaginem, q̃ cum impauide rogaret illi, quiſnam hominū aut deoꝝ eſſet, hoc ſolum reſpōdiſſe. Tuus o Brute dæmon malus, in Philippis me uidebis, eāq; nouiſſima in pugna, quæ in Philippis acta eſt, iterū illi apparuiſſe. Exercitui e caſtris exeūti æthiopem obuium factū memorant, quem iniquum omen aduerſati interemere milites. Diuinū & illud habebitur, Caſſium in ambguo adhuc pręlio ſpem omnem abieciſſe. Brutum a tarditatis optimo conſilio a ſuis per uim cōpulſum, inter manus ſe inieciſſe hominū fame pereūtium, cum ipſe cōmeatu abunde potiretur, claſſe etiam longe ſuperaret, idq; a domeſticis potius, q̃ ab hoſtibus ſuis ꝑtuliſſe. Et cū uterq; bella plura peregiſſet nihil in pręliis paſſos eſſe, uerū ambos necis propriæ fuiſſe authores, quēadmodum & Cæſaris fuere prius. Has igitur Caſſius, Brutuſq; dedere pœnas. Antonius Bruti cadauere in uesto purpurea ueſte cōtegi, adoleriq; flāmis, reliquias uero ad Seruiliam eius

Sacer uir

Dæmon.

Patrocli uerba morientis apud Homerū,

Aetiops.

matrem mitti iuſſit. Bruti milites cũ primũ eũ interiiſſe uulgatum eſt, legatos ad Cæſarem miſere, & Antoniũ, a quibus ſubinde ueniam adepti, inter copias eorum relati ſunt. Qui quatuor ſupra decem milium adimpleuere numerũ. Munitiones uniuerſas, quæ multæ ab his aſſeruabantur, ſimul tradiderunt. Cæſaris & Antonii exercitibus caſtra omnia diripere conceſſum. Ex illuſtribus autem uiris qui circa Brutũ extitere, nõnulli in bello perierũt, quidam imperatoribus ſe ſponte tradidere. Alii ex induſtria ad mortem uſq; produxere pugnã. Inter hos Lucius Caſſius Caſſii prioris ex fratre nepos, & Vticenſis Catonis filius Cato nomine, qui cum plærunq; inter hoſtes irruiſſet, cedentibus tandẽ ſuis galeam exuit, ut uel notus fieret, uel egregie occumberet, uel utrunq; potius aſſequeretur. Labeo ſapientiæ nomine illuſtris, Labeonis eius parens, cuius ob legũ experientiam celebre nomẽ eſt, locum in tabernaculo ad corporis ſui modulum effodit, & quę cõiugi, filiiſq; indicaret, ſeruis ſuis ex ordine diſſeruit. Epiſtolas etiã familiaribus afferendas dedit. Vnũ præterea ex his fideliorem dextra apprehenſum ad ſe cõuertens, ut Romanis in liberãdis ſeruis mos fuit, gladium ſibi tradidit, iugulumq; ultro obtulit. Sic illi tabernaculum ſepulchrum præſtitit. Raſcus Thrax multos ex mõtibus in exercitum adduxerat, quorum cauſa cum gratiam expeteret. Raſcupolim germanũ ſuũ uenia donari petiit, qđ ab Impatoribus facile cõceſſum eſt. Ex quo ſatis liquet non a principio inter ſe fuiſſe hoſtes, uerum ob exercituum duorum magnitudinem, atque ambiguitatem, qui per regionem eorum tranſituri eſſent, in euentu dubios, fortunam inter ſe partitos eſſe, ut uictus a uictore cõſeruari poſſet. Portia Bruti conſors, Catonis iunioris ſoror, intellecta amborum nece, cum a domeſticis diligentius

Seruilia Bruti mater.

Romanorũ mos i liberãdis ſeruis.

Raſcus Thrax.

Portia Bruti conſors.

cuſtodiretur, prunas ab igne accenſas rapuit, carboneſq; abſorbuit. Ex cæteris illuſtriores, qui Thaſum ſe cõtulerãt, quidam enauigarũt alii ſe cum reſiduo exercitu Meſſalæ Corniſicio, & Lucio Bibulo collegis tradidere, ut quæ pro ſe ipſis deliberaſſent pari modo de oibus conſulerent. Nõnulli Antonio ſe dedentes, eodẽ Thaſum uerſus nauigãte, qcquid pecuniarũ, armorũ, cõmeatus, ac apparatus prope infiniti in oppido aderat, illi pbuere. Sic Cæſari, & Antonio ob ſingularem quandã audaciã, duobus pedeſtribus pliis tam inſignis uictoria parta eſt, qualẽ neminẽ ante eos cõſecutũ fuiſſe conſtat. Non. n. huiuſmodi exercitus, tanq̃ ingens Romanorũ manus utraq; ex parte ante eos bello dimicauit, non ciuili more inſtructa, ſed ex optimis collecta uiris, neq; bellorum inexptis adhuc, uerũ iampridẽ inter ſe mutuis pbatis armis, neq; alienigenas barbaraſue nationes ſolitis euertere, ſed q eiuſdẽ linguæ homines eius belli artibus inſtructos, eiuſdẽ pterea exercitationis ac tollerãtiæ inter ſe inexpugnabiles ſupare didiciſſent. Nec ulli pfecto unq̃ tanto impetu, & audacia in bello uſi ſunt, ciues ſimul exiſtẽtes, tum domeſtici ſub eiſdẽ aſſueti ducibus. Argumentũ huius rei abũde erit defunctorũ multitudo, cum æquata pugna nõ inferior apud uictores cõſpiceretur numerus. Cæſaris & Antonii milites imperatorũ ſuaſionibus rite perfuncti ſunt, una die, & uno ope extremã famis neciſq; formidinẽ, abundãti cõmeatu ſtabiliq; ſalute, & illuſtri uictoria cõmutantes. Cõtingit nempe illis quod a prudentioribus ea in pugna Romano populo uaticinatũ eſt, ut eius reſpublica eo ex prælio iudicium eſſet ſubitura, & ad democratiã tranſiret denuo. Neq; uero laboribus eum in modũ ãplius uexata eſt, unico dũtaxat non multo poſt excepto ope cõtentione. ſ. inter Cæ

Lucius Bibulus.

Inſignis uictoria.

Crudelis pugna.

ſarem,& Antoniũ nouiſſime Romanis orta. Quæ aũt ſub Põpeio,& Caſſii Brutiq́ꝫ beneuolis,hinc inde ꝑfugis poſt Brutum geſta ſunt,reliq̃as tam imměſi apparatus obtinentibus, neutiq̃ p̃miſſis audacia ſe æquarũt,neq; uirorꝫ,ciuitatũ ue, aut imperatorꝫ ad prouincias impetu ſimilia extiterũt. Non .n. illuſtriũ illis q̃ppiã non ſenatus adhuc,neq; gloria ipſa,ut Caſſio,Brutoq; ulterius acceſſit.

Appiani Alexãdrini ſophiſtæ ciuiliũ bellorꝫ Liber Quartus finit. Incipit eiuſdẽ Quintus,& Vltimus.

Traductio.P.Candidi.

POST Caſſii, Brutiq́ꝫ necẽ Cæſar in Italiã profectus eſt, Antonius uero in Aſiã quo in loco Cleopatra Aegypti regina ad eum uenit, ac ꝓtinus uiſa eundẽ ad amoris ſui cupiditatẽ impulit. Qui tamẽ amor utroſq́ꝫ ſimul,& Aegyptũ inſuꝑ extremis tandẽ calamitatibus inuoluit. Eã ob rẽ Aegyptus ipſa huius libri pars quædã erit,uerũ modica, nec ſatis digna ſcriptione noſtra, & ꝓpterea ciuilibus,quæ plura ſunt,incerta bellis. Quippe alia poſt Brutũ, & Caſſiũ ciuilia denuo inſurrexere bella, nullo duce,ut in aliis præſidente omnibus,uerũ per partes geſta,donec Sextus Pompeius,magni Põpeii filiorꝫ ætate iunior. Bruti ſeditionis reſiduus auctor interiit,Lepiduſq́ꝫ a principatus ſui parte collapſus eſt, ac omnis Romanorꝫ uis, atq; poteſtas ad duos tandem Antoniũ.ſ.& Cæſarẽ peruenit. Quæ ſingula in hũc fere modũ geſta referũtur. Caſſius cognomine Parmenſis,ſub priore Caſſio, & Bruto relictus in Aſia quo naues,& exercitũ,& pecunias colligeret,de

Cleopatra

Aegyptus.

Sextus Pompeius.

Caſſius Parmẽſis.

functo Caſſio, nulla ſpe adempta Bruti rebus Rhodiorum triginta naues, quas repleri poſſe exiſtimabat, elegit. Reliquas ſacra dũtaxat excepta, ne quid noui mollirentur, igne cremauit, & cum eiſdẽ propriiſq; comitatus inde diſceſſit. Clodius ad Rhodios nauibus tribus ſupra decẽ miſſus a Bruto Rhodios nouis rebus elatos intuens, Iam.n. Brutus deceſſerat, pſidia armatorum triũ milliũ ex urbe ſuſtulit, & ad naualia cum reliqs ſeſe tranſtulit. Nam & Torulus aliis pluribus ſtipatus nauibus, pecuniiſq;, quas e Rhodo ad parandã eam, claſſem ſuſtulit eo aduenerat. Et qcũq; circa Aſiæ oras morabãtur, ueluti ad potẽtiã quãdã p partes ad huiuſmodi miniſteriũ acceſſerãt, ac quibus potuerãt armatis remigibuſq; ex ſeruis, aut captiuis additis, ad inſulas inſulareſq; adnauigãtes replerãt claſſem. Venere inſup ad eos Cicero Ciceronis filius, & alii quicũq; illuſtres e Thaſo pfugerãt, ac confeſtim multitudo & cõcurſus imperatorum exercituũ, nauiumq; non contẽnendus in unũ affuit. Aſſumẽtes pterea a Lepido alias copias, quas Bruto ad Cretam attribuerat, ad Murcũ & Domiciũ magna pditos claſſe delati, Ioniũ pcurrebant æquor. Eorum pars cum Murco in Siciliã ſe tranſtulerat, & potentiã non mediocrẽ Põpeio addiderat. Alii cũ Domicio ipſo pſiſtentes factionẽ quandã ſeperatim per ſe fecerant, Hæ igitur quæ e Caſſii Brutiq; apparatu reliquæ ſupfuerant, tum primũ firmauere uires. Cęſar, & Antonius poſt uictoriã in Philippis habitã, ſacrificia diis imortalibus adoleuere ſplendida. Deinde laudatis exercitibus, atq; adornatis uictoria pręmiis, Cæſar in Italiã ut militibus agros, domoſq; deligeret pfectus eſt, Hoc.n. onus ob ualetudinẽ, ſibi aſſumpſerat. Antonius ad nationes, quæ ultra mare incolunt, deflexit iter, pecunias in unũ coacturus. Quas enim

Ciceronis filius.

Sacrificia

prius polliciti fuerant, a primis collectas nationibus, exercitibus impẽderãt, & quaſcũq; Lepidus habuerat, ulterius addiderant. Galliã porro quæ intra Alpes ſita eſt, ex decreto prioris Cæſaris, nouo poſcẽte Cæſare, immunẽ dereliquerant. Et quoniã Lepidus cum Põpeio conſpiraſſe ferebatur, ex decreto ſtatuerant, ſi calũniã accuſatio ſuperet. Cæſarẽ alia pro his quæ habuiſſet, conferre Lepido. Dimiſerunt q̃ppe ab exercitu ea tẽpeſtate multitudinẽ, ingentẽ eorũ, qui militiã integre exercuerãt, octo millibus dũtaxat exceptis, quos iterum militare deprecãtes ipſi inter ſeſe diuidentes, ad prætorias cohortes addiderãt. Reſiduus illis exercitus cum his qui a Bruto receſſerãt, legionem undecim peditũ quatuor ſupra decem millia equitũ fuiſſe dicitur. Ex quibus Antonius peregre proficiſcẽs, equitũ decem millia, legiones ſex ſecũ duxit. Equitum dũtaxat quatuor millia legiones quinq; Cæſari attributæ ſunt, & quos ex Antonii copiis cũ Caleno in Italia relictis ſibi aſſumpſerat. Cæſar igitur in Italiã ut prædiximus profectus eſt. Antonius Ephesum delatus, Ioui magnificẽtiſſime perſolutis uotis ſuperſtites e Bruti Caſſiiq; calamitatibus in templo ſupplices uenia donauit, Petronio, Quintoq; exceptis. Petronius quidẽ in Cæſaris necem conſpiraſſe dicebatur. Quintus in Laodicia urbe Dolobellam Caſſio ultro prodidiſſe. Græcos inſuper cæteraſq; nationes, quæ circa Pergamum Aſiam incolunt, fœderum cauſa per oratorem conuocauit, quos ſubinde his uerbis allocutus eſt. Vos quidem o Græci, cum Attalus uobis imperaret, ex teſtamento reipublicæ noſtræ dereliquit, ac confeſtim Attalo ipſo potiores uobis fuimus. Nam quæ idem tributa pendebatis, ultro condonauimus, quouſq; inſurgentibus in nos ambitioſis quibuſdam uiris, cum pecuniis egeremus

Gallia.

Quæ ab Antonio i Aſia i promerendis uictricibus copiis agitata ſũt

non pro facultatibus, & opibus impoſuimus uobis onera, ſine piculo tributa uendicare cupientes. Verũ unũquẽq; fructuũ ſuorũ portionẽ, ut cum æmulis noſtris cõmuniter illis potiremur, afferre iuſſimus, qui tamen hæc præter Senatus autoritatẽ, & cum iniuria extorquentes, multo plura a nobis exegerũt. C. Cæſar tertiã pecuniarũ partẽ, quas illis cõtuliſtis, ex tributo dereliqt. Cõtumelias etiã ſedauit omnes. Nam ab agricolis pecunias uobis exigere cõceſſit, quẽ tamẽ clementia huiuſmodi utentẽ optimi noſtrorũ ciuiũ tyrannũ appellarũt. His uos pecunias multas contuliſtis, quẽq; benefactoris ueſtri pcuſſoribus, et nobis hoſtibus, necem eius uiri, ut par erat, uindicãtibus. Iuſtã itaq; fortunã, non ut uoluiſtis, ſed ut dignũ fuit, bello diſcernẽtes, ut aduerſariorũ noſtrorũ propugnatoribus & beneuolis oportet uti. Mulctã igitur nobis inferre neceſſe eſt. Cæterũ cum intellexerimus, non libenter quidẽ uos, ſed neceſſitate potius, ad id coactos eſſe, a maioribus pœnis abſtinendũ duximus. Pecuniarũ, tellurisq; indigemus, tum urbiũ ad exhibenda quæ militibus uictoriæ promiſſa ſunt, præmia. Octo & uiginti armatorũ legiones nobis adſunt, quæ cum reliquis ad bellũ conſtitutis, centũ & ſeptuaginta milliũ, equitibus exceptis, adimpleuere numerum. Adeſt & alterius exercitus electa multitudo. Ex huiuſmodi uirorũ copia neceſſitatẽ noſtrã diſcernere poteſtis. His agros & urbes diſtributurus in Italiã cõceſſit Cæſar, uel ſi unico uerbo rem explicare opus eſt, cõſtitutus Italiam. Vos ne tellure, urbibus, domibus, templis quoq;, ac ſepulchris depellamus, pecunia mulctabimus, nec omni profecto quã habetis, nõ.n. poſſibile id uobis, ſed ut partem licet tenuem, cõferatis. Quod optime intelligẽtibus pergratũ eſſe credimus. Nam quæ hoſtibus noſtris duorũ ſpacio annorũ,

Ingentes copiæ.

Perfidus uir, & ſimulator.

decem tributa perſoluentes contuliſtis, eadem quoq; nobis aſſumere perabunde fuerit, uerum unicũ intra annũ, ſic.n. neceſſitas, & conſcientia ueſtræ cogit caritatis, tantũ dũtaxat imponemus, quoniã nulli peccato par pœna impenditur. In hunc modũ Antonius elocutus eſt, octo ſupra uiginti legionibus relaturus gratiã quas tres ſupra quadraginta olim extitiſſe, cum Mutinæ inuicem cõciliati ſunt, Et hæc quæ illis promiſerũt, fuiſſe intelligo. Cęterũ aſſidue bellorum clades ad tam infimũ eas adduxere numerũ. Hæc referente Antonio audientes Græci cum fletu humi ſe ſternentes, neceſſitatem a Bruto, Caſſioq; inditã neq; æquã erratibus eorũ, ſed miſericordia potius, dignã attulerũt. Daturos ſe ſponte benefactoribus ſuis, ſi haberent, uerũ ab hoſtibus ſpoliatos eſſe, quibus.n. pecunias ſolũ cõferre, ſed apparatus omnes pro pecuniis abiicere, coacti forẽt, illi autem incudendis nũmis abſumpſiſſent. Tandẽ rogãtes ac deprecantes, ut nouem annorum tributa duobus annis cõferre poſſent, exorarũt, quæ nõ ſolũ regibus, dynaſtis liberiſq; ciuitatibus, uerũ iuſta uniuſcuiuſq; poteſtatẽ iniuncta ſunt. Eodẽ nationes peragrante, Lucius Caſſii frater, & quicũq; alii ex timore delituerãt. intellecta uenia, quæ cæteris in Epheſo cõceſſa fuerat, ultro ſupplicatũ acceſſere. Quos omnes præter eos, qui in Cæſarẽ olim cõſpirauerãt, his.n. implacabilis ſemper fuit, uenia donauit. Vrbes quoq; maximas oppreſſas calamitatibus conſolatus eſt. Lycios tributis immunes eſſe iuſſit, Xanthios eorum urbem reſtituere adhortatus eſt, Rhodiis Andrũ, Tenũ, Naxum, & Gnidũ tradidit, Quas non multo poſt quaſi ex forte legalius illis impãtes abſtulere, Laodicenſes, Tarſenſẽſq; liberos, ac tributorum immunes eſſe uoluit, ex Tarſenſibus precio uenũdatos edito liberauit, Atheniẽſibus ad eũ acce

Cõſcientia optima.

Græcorum reſpõſio cũ fletu.

Athenienſes. dentibus ultra Tenũ, Eginam quoq; tradidit, Icũ prӕterea, ac Ceum, Sciatum, Peparethum, Epipariũq;, Phrybiam inſuper, Maſiam, Galathas, qui Aſiam incolũt, Cappadociam, Cilitiam, Syriam inferiorẽ, & Paleſtinam, Turionãq;, & quaſcunq; alias Syriorũ nationes, grauioribus tributorũ oneribus
Tributa duplicia. afflixit, quę ſeperatim regibus, & populis impoſuit, ut Ariarathi in Cappadocia, ac Syſeno. Cui etiam ad obtinendum regnum adiutor affuit matris eius pulchritudine ductus ac Feſtiuitate. In Syria tyrãnos ex urbibus pepulit. In Cilicia
Cleopatra autem accedente ad eum Cleopatra, quod Cӕſaris laborum nullam attigiſſet partem, conqueſtus eſt. Verum ea nõ tam ſe a crimine purgante q̃ actorũ exhibente rationem, quod quatuor legiones per Dolobellam emiſiſſet, exercitumq; alium paratum tenuiſſet a tẽpeſtate prӕpedita, Dolobella celerrime bello ſuperato minitante inſuper Caſſio ni una militaret. Ipſis prӕterea in Ionio pugnantibus cum exercitu, & apparatu magno, adnauigaſſet, nullo Caſſii timore habito, aut Murci, qui claſſe maria omnia obſideret, quoad tempeſtate correpta naues oẽs amiſiſſet, ipſa graui ualitudine fere ad interitũ oppreſſa eſſet. Quibus ex rebus gratiӕ ſibi potius habundӕ forent q̃ poſterius deuictis inferẽda arma. Antonius ultra aſpectũ prudẽtia eius ſtupefactus, iuuenili quodã amore ſubito exarſit quẽq̃ quadrageſimum ętatis attigiſſet annũ, uerũ pronior ad huiuſmodi libidines ſemper habitus. Ferũt quippe eiuſdem uirgunculӕ adhuc pulchritudine correptũ, ardentius eã concupiſſe, cum Gabinio in Alexandriam proficiſcenti ad bellũ, ipſe prӕfectus equitũ adoleſcentior comes acceſſiſſet. Statim igitur, quӕ Antonio ad omnia diligentia & cura affuit, uno impetu extincta eſt. Quicquid Cleopatra imperaſſet, nec difficulter q̃dem tam de iuſtis, quẽ de ſacris

exequebatur, poſteaquã ſororem eius Arſinoë ſupplicẽ Militi in Leucophryenis Dianæ templo præmittens interenit, & Serapionem in Cypro pro ea depugnantem cum Caſſio, & pro Tyriis ad ſe ſupplicem profectum. Tyrios Cleopatræ tradere coegit. Et alterum item deprecantem Aradios illi prodere. Hunc ignotum quendam Ptolemęo Cleopatræ fratre non apparente nauali pugna, quæ in Nilo contra Cæſarem geſta eſt, Aradii habuiſſe dicuntur, qui ſe Ptolemæum profiteretur eſſe. Ac etiam in Epheſo Dianæ flaminem, quẽ Megabyſſum exiſtimant, quod aliquando Arſinoem ueluti reginã ſuſcipi imperaſſet, Epheſiis Cleopatram deprecantibus facile conceſſit. Adeo Antonius ad omnia propere immutatus eſt, quæ paſſio principium ac finem omnium ſubinde calamitatum illi attulit. Enauigante etenim in patriam Cleopatra. Antonius equites ad Palmyram urbem non longe ab Euphrate fluuio ſitam modica quædam ciuilibus imponens, ut eam diriperent emiſit, quoniam Romanis & Parthis finitima ad utroſque accommoda futura eſſet. Negotiatores in ea habitantes ex Perſia Indorum res, & Arabum ſolent connectare. Igitur ueluti Romanorum partes diſpoſiturus in urbe, re ipſa ut militibus in prædam traderet adire illam iubet. Palmyrenei intellecta fraude, neceſſariis in contrariam fluminis partem euectis præparatis etiam arcubus in aduerſa ripa, ad quorum uſum promptiſſimi habentur, ſi quis uim afferre uellet urbem diſtiterant, quam uacuam offendentes equites, nullo cum ipſis inito prælio, ac ne præda quidem abacta diſceſſere. Quæ res non multo poſt Antonio Parthicum uidetur intuliſſe bellum, multis ex Syria tyrannis in eam fugientibus. Nam Syria ad Antiochum uſq; Euſebium, & Antiochũ eiuſdem filium ab his qui a Seleuco Nicatore originẽ

Megabyſſus. i. magnus lintheo amictus.

Palmyra urbs.

Seleucus Nicator,

duxere regebatur, ut a nobis in libro quē de Syriis edidimus perſcriptū eſt. Pōpeio deinde Syriam Romanis uendicante, & Scaurū prætorem in ea ſtatuente, Senatus poſt Scaurū Prętores alios inſtituit, & Gabiniū q Alexandrinos bello aggreſſus eſt impoſuit. Gabinii diſceſſu Craſſus ei pūinciæ præfuit, qui habito cū Parthis prælio uita exceſſit. Hūc Bibulus Prætor inſecutus eſt. Nouiſſime poſt Cæſaris necem ſeditiones in ea a tyrānis emerſerūt, qbus Parthoꝝ imperiū ſecutis a Craſſi clade, Parthi Syriā occuparūt tyrānis potiſſimū fauentes, quos in Parthie ne fugientes Antonius urbe expulit, plurimis tributa grauiora inferens ac Palmyreneis, illata iniuria, prouinciā tumultu excitā, minime confirmare aggreſſus, militibus per urbes in biberna diſtributis, in Aegyptū poſt Cleopatram profectus eſt. Illa uenientē apparatu ſplēdido ſuſcepit. Eo loci Antonius depoſitis imperii ſignis, atq; apparatibus, priuato habitu, uictuq; tranſegit hyemē, ſiue quod alieno in principatu, & regia urbe morā duceret, ſiue quod hyemē, ueluti in ſpectaculis qbuſdā ageret. Exutus nempe curis omnibus, & imperii obſequiis, ſtolā quadratā Græcoꝝ more, ꝓ patria & domeſtica induit. Calciamēta candida qualia Atheniēſiū ſacerdotes, & Alexādrinoꝝ, quos Phecaſios uocāt deferre cō ſueuerūt, ſibi aſſumpſit. Deābulabatq; uel ad tēpla, aut gymnaſia, aut ad philologoꝝ cōuerſationes, aut Gręcoꝝ conuēticula ſub Cleopatra, cū qua præcipue in aduentu hæc peregit. In his itaq; obuerſabatur Antonius, Cæſarē interea Romam redeūtem grauior ualetudo afflixit, ita ut nō ſine periculo Brunduſium delatus, ex rumore interiiſſe crederetur. Conualeſcēs deinde urbē ingreſſus eſt, & Antonii præfectis literas, quas attulerat exhibuit. Hi Calenū duas Cęſari legiones cōcedere iuſſerūt. In Libya præterea ad Sextiū miſere,

Syrię prętores.

Quę i Italia a Cæſare i ꝓmerendis uictricibus copiis geſta ſunt.

ut Libya excederet, eãq; prouinciã ex mãdato illi traderet. Quæ omnia ab ipſis pfecta ſunt. Cæſar Lepido cũ nihil indignũ egiſſe cõperiſſet. Libyã prior nationum loco aſcripſit ac reliqua quæ ex pſcriptione in publicũ ablata fuerant, coemere curauit. Cum uero milites per colonias diſtribuere, agroſq; illis aſſignare niteretur, magna ſollicitudine & cura tenebatur. Nã urbes, quæ a principio illis pollicitæ fuerant, ad belli præmia poſcebãt. Quæ res totã fere Italiã, uel illorũ libidini ſubiicere, uel ad alia loca ex neceſſitate eos mittere cogebat. Agrorũ pterea precia expetebãt, nullis aſſiſtentibus pecuniis. Quæ palã facta cũ iuuenes pariter, ac ſenes intelligerent. Romã cõtinue p partes aduentabãt. Mulieres porro cũ pueris in foro, tẽpliſq; paſſim illachrymabant, nihil impiũ egiſſe dictitantes. Seq; cũ Itali forent, ab agris, dominibuſq; ueluti belli iure captos, indigne deturbari. Sup quæ audientes Romani angebantur animo, atq; deflebãt, potiſſimum cũ nulla utilitate urbis, ſed eorũ cauſa, ac reipu. mutatione, bellũ geri animaduerterent, præmiaq; ob inde illis dari. Colonias etiã cõcitari, ne popularis ſtatus ulterius locũ eſſet habiturus cohabitãtibus una cũ ducibus, mercenariiſq; exercitibus, qui ad omnia, quæ illi cõcupiſſent, parati aſſiſterent. At uero Cæſar neceſſitatẽ exponebat urbibus, quæ neutiq̃ ſufficere adhuc illis uidebãtur, Neq; ſe cohibãt milites uerũ finitimos non ſine iniuria aggreſſi, longe plura quã illis pollicita eſſent, rapiebãt, quæ potiora etiã forent auferentes, Neq; increpante eo qui munera exibebat. Ad multa quippe Cæſari ſilentiũ indixerãt, potiſſimũ cũ imperatores ad tuendũ principatũ illis indigentes ultro ſpernerent. Iam. n. annorũ quinq; tempus illi effluxerat, & neceſſitas ſecuritatẽ utrorũq; expoſtare uidebatur. Nam & imperatoribus ad tuendũ principatũ

Militũ proterua.

exercitu opus erat, & exercitui, ut quæ abſtulerat retinere poſſet, ſtabili opus erat imperio, & cū ſeipſos ad id agēdū impotentes cernerēt, ex neceſſitate interim coacti depugnabāt. Multa pꝛter hæc indigētibus e ſacris mutuo ſumpta, tribuerat Cæſar. Qua ex cauſa ad illū ꝗprimū uertebāt oculos, & plurimoꝝ gratia illi acceſſerat, ut pote qui agros, urbes, pecunias, habitacula quoq; eſſet pbiturus, & omniū nō ſine iuidia q hæc adepti forēt celebraretur uoce, & cōtumelias exercitus gratia pferret. Quæ ſingula mēte repetētes Lucius Antonius Antonii frater, tum forte cōſulatū gerēs, & Antonii uxor Fuluia, & ex abſentia Antonio fauens Lucius Manius, ne uniuerſa Cæſaris opa agi uiderētur, ne ue ſolus gratiā aſſumeret ſibi Antonius bn̄uolētia & caritate fraudaretur, habitatiōes militū abſente Antonio differri ſuaſere. Cū difficile id eſſet ob inſtātē militū ſollicitudinē atq; curā q Antonii legiōes p habitacula diſponerēt, decernēdos eſſe eoſ ꝑ ab ſe exigēdos poſtularunt, quas decreto Antonii ſolū Cæſari cōceſſas dicerēt. Queſti iſup neq; dāte Antonio cōceſſas eſſe. Ipſi Fuluiā, Antoniiq; liberos inuidioſe admodū in exercitū ducētes, ne Antonii gloriæ, benignitatiſue obliuiſceretur, aut bn̄ficioꝝ, quę ab illo ſuſcepiſſēt, pcabātur. Creuerat iam.n. & apud milites & apud alios Antonii gloria belli in Philippis acti, ob Cęſaris ualetudinē, cū id opus Antonii tm̄modo arbitrarētur eſſe. Cæſar eoꝝ quæ in illū tentarentur minime ignarus, Antonii tn̄ gratia facile cōceſſit. Sic habitatiōes, q Antonii legionibus impenderēt, eoꝝ arbitrio pmiſſi ſunt. Illi militibus ſubinde cōtulerūt, & ut Cæſare indulgētiores erga ſuos uiderentur eſſe, multos adhuc amplius iniuria affecere. Nam & plæraq; urbes non longe ab iis quæ diſtributæ fuerāt incolebātur, quæ plura a mili

Cōtentiōis origo iter Octauiū, & Luciū Antonii.

Opus Antonii.

tibus indigna ſuſtinētes, ad Cæſarē clamabāt, habitationes huiuſmodi ꝓſcriptionibus lōge iniquores eſſe, illas qdē in hoſtes, has ad nihil delinquentes inſtrui. Hæc Cæſar minime ignorabat, uerū difficillima illi erāt. Nam argentū quod cultoribus in telluris ꝑmiū daretur, nequaq̄ aderat, neq̄ꝫ uictoriæ ꝑmia incūbētibus adhuc hoſtibus ſuſcipe ab ullo poterat, Pōpeio maria obſidēte, & famē indicēte urbi. Aenobarbo ꝑterea & Murco exercitū & claſſem aliā in unū cōparātibus, deſpectiores ſe quoq; apud illos futuros intelligebāt, ni ꝑmia priora ſuſcepiſſent, plurimū illis cōſpectū ad quinquēnale impiū, & exercitus bn̄uolētia lōge āplius opus ee, & ob id cōtumeliaꝝ ac cōtēptus nullā ratione habēdā existimabat. Nempe in theatro ꝑſente illo, miles quidā ſeſſione indignus ad equitū ꝓceſſit ordines, quā ex re populus turbatus eſt. Cęſare illū aſſurgere imperāte, milites ira cōciti, ac illum circūſtātes, excedentē theatro iterū reuocāt, eos q minime inſpexerāt, ad rixā cōcitare rati. Nam redeuntē e carcere duci prodiderūt, abnuentē deinde illū & ut res geſta fuerat palā enarrantē, arguere & ueluti cōmunia prodentē increpare incipiūt. Hæc aūt in theatro facta ſunt, uocati deinde ad diſtributionē milites Martiū in campū ex feſtinatione etiam noctu peruenerūt. Cæſare tardius ad eos accedente, ira ſublati ſunt. Cum Nonius turmaꝝ dux, ſumma fiducia eos argueret, & honeſtatē ab ipſis ad imperatorem deferret, ualetudinē porro non ſuperbiā eius excuſaret, ut adulatorē ſalibus primū inſectati ſunt. Increbreſcente in maius ira, conuiciis aggreſſi, e campo pepulerunt, ac fugientem inſecuti, cum forte ad Tybrim declinaſſet, ꝑcipitauere in fluuiū, exceptū quoq; eo loci abiecere, quo Cæſari iter futurum erat, ad campum accedenti. Amici itaq̄ꝫ

Difficultas.

Nonius.

Audaciā attēde Cæſaris cū optima rōne.

Rō militū arrogātiæ.

ut a congreſſu illoꝝ abſtineret, iraq; uehementiorē euitaret monuerūt. At is ultro ad illos uenit, ratus ſe furorē militū incenſurū magis, ſi cōſpectū eoꝝ euitaſſet. Deinde corpus proiectum intuens, cū paulū e uia declinaſſet, ueluti paucoꝝ facinus id eſſe queſtus, ut in futurū ſibi ipſi mitiores forēt, adhortatus eſt. Nullaq; interiecta mora, agros partiri cœpit, & ut digniores dona expoſcerent cōceſſit, ac indignis quibuſdā p̄ter mentē eius cōtulit, quoad multitudo grauitatē eius admirata, poſt pœnitētiā gauiſa eſt, quaſi ſibi ipſi culpā inferēs, eoſq; qui Nonio attuliſſent manus, ſi agnoſceret, ut punire p̄ſuaſit. Ille eos ſe cognoſcere pfeſſus, ſibi ſoli notū præter cæteros, punire uelle dixit, neq; ullam apud eos eſſe culpā. Sic milites uenia ſimul & honore doniſq; adornati, cōfeſtim ex mutatione p̄conis eū extulere plurimis. Huiuſce uero indignitatis, & arrogātiæ erga impatores maxime duæ ueriſimiliter coniecturæ afferri queūt. Et fortaſſis cauſa erit, quod Prætores ut plurimū creandoꝝ muneꝝ, ut in ciuilibus bellis, exptes erant, nec exercitus eoꝝ ullis patriis moribus ad comitia accerſebātur, neq; utilitate patriæ potius, aut reipublicæ cōmuni bono, quā ducentiū eos auſpiciis in unū conſpirauerūt, neq; neceſſitate legū, ſed pollicitationibus allecti propriis, neq; ad cōmunes ſed ad p̄prios dūtaxat ferebantur hoſtes, neq; in exteros ſed in ciues & collegas pugnaturi. Hæc enim oīa militarē illis ademerant timorē. Non. n. militare ſe magis exiſtimabāt, quā ex eoꝝ uoluntate, & gratia afferre opē. Impatores quoq; ducētibus ipſis ad p̄pria ex neceſſitate tranſiſſe credebāt. Cauſam etiam attuliſſe dixerim, ut quod olim apud Romanos tranſfugam haberi, uenia indignū fuit, tūc munerū quæ offerebātur gratia dignū habebatur. Quod & exercitus ex multitudine agebāt, & illuſtrium præterea nōnulli.

nõnulli. Nõ trãſfugas ſe arbitrãtes, cũ ad ſibi ſimilia trãſiſſẽt. Nã ſimilia tũc erãt oĩa. Nec alia ipſis ad cõmunẽ cũ Romanis inimicitiã diſſimilitudo inerat, Et eadẽ imperatorũ ſimulatio, quaſi oẽs ad utilitatẽ patriæ auxiliũ afferrent. Quæ res proniores ad mutationẽ eoſdem reddidit, ueluti qui omni in loco patriæ ſe opẽ allaturos crederẽt, Hæc prætores eorũ intelligẽtes, nõ legũ cauſa potius q̃ munerũ & utilitatũ imperatores ſuos ꝑpeſſi ſunt. Sic omnia ad ſeditionẽ denuo collapſa, quę exercitus ad indignitatẽ cõtra ſeditionis duces impulit. Interea fames urbẽ purgebat. Nihil. n. e mari ob Põpeiũ, aut ex Italia bellorũ cauſa diſtributis ad culturã agris ferebatur, quicq̃d aũt ex his fieret, ab exercitibus conſumebatur. Multi adhuc ꝑ noctẽ latrociniis uniuerſam infeſtabã turbẽ, Et quod deterius erat, nullo timore in oẽs graſſabãtur. Eius rei culpa potiſſimũ ad milites referebatur. Iã multitudo pręcluſis officinis duces ſibi erexerat, utpote quæ nullis artibus, aut magiſtratibus neceſſe ſibi duceret in deſolata & exhauſta urbe. Lucio igitur Antonio populari admodũ triũuiratus munus deteſtãte, aſſerẽteq́ nullo unq̃ tẽpore ceſſaturũ eſſe, offenſiones multæ in Cæſarẽ ꝓdibãt, amplioresq́; in dies rixæ pullulabant. Cultores oẽs, q e ꝓpriis expulſi agris potitis cuiuſlibet ſupplices effecti erant, ad ſe uenĩẽtes ſolus admittebat, auxiliũq́; pollicebatur, ipſis ad quæcũq́ libuiſſet, pari modo opem ſuã offerẽtibus. Qua ex cauſa Antonii exercitus de ipſo grauiſſime cõqueſtus eſt. Sic Cęſar Fuluiã quę Antonio cõtraria eſſẽt opari faſſus, intẽpeſtiuũ illi ꝑparare dicebat bellũ, donec Manius maligne admodũ Fuluiã tãdẽ in deterius cõuertit. Is nẽpe q̃ſcẽte Italia Cleopatrã Antoniũ detẽturũ ꝓdicabat. Inſurgẽte uero bello q̃ citiſſime ad ſe rediturum eſſe. Fuluia muliebri paſſione ducta, Luciũ ad cõtentionẽ ſpõte impulit.

Simulatio imperatorum.

Lucii Antonii ſeditio.

Homo uarius.

Egrediēte itaq; Cæſare ad reſidua militibus ꝓbēda loca, An-
Brutii. tonii filios, q eū ſequerētur cum Lucio emiſit, ut nō amplius
apud milites authoritatis Cęſari q̄ filiis ineſſet. Eqtibus igi-
tur Cæſaris ad Brutioꝝ maritima, quæ Pōpeius olim diri-
puerat egreſſis, ratus Lucius, ſiue ſpōte a ſeipſo cōmētus eq-
tes in Antonii filios emitti, ad Antonii colonias celeri curſu
ſe ꝓripuit, multiſq; ad tutelā ſui i unū cōparatis, Cæſarē apud
milites arguere conatus eſt, ueluti Antonio iſenſum. Cęſar cō
tra oia ſibi cū Antonio cōmunia, & pacifica eſſe docuit, Lu-
ciū alia ratiōe inter eos lites ſerere ut triūuiratū oppugna-
ret p quē colonias ſibi aſcriptas tuto demū eſſēt habituri. Eqtes
in Brutios ad mādata eius exequēda ꝓceſſiſſe. Hæc ꝓfe-
cti exercituū, duceſq; audiētes cū eodē in Theano collocuti,
his uerbis cōuenere. Cōſules q̄ patriæ neceſſaria ſolū forēt ꝓ
uidere. Neminē ex Triūuiris illos ꝓhibere. Nulli ex iis qui in
Philippis militaſſēt agros ipartire poſſe, Pecūiaſq; in publicū
redactas, & cōdēnatiōes eoꝝ q uenales adhuc eſſent nō at-
tingere. Antonii exercitū p Italiā æque partiendū eſſe, neq;
aliū ex Italia amplius eligēdū. Cæſari i Pōpeii militāti duas
Antonii legiōes tribuēdas fore. Alpes patere iis, q a Cæſare
in Iberiā ꝓficiſcerētur, neq; Aſiniū Pollionē ꝓhibere ulterius
Luciū his cōtentū, cuſtodiā corpori āmouere, intrepideq; in
urbe uitā agere. Hæc p exercitus primores adinuicē decre-
Saluidēus ta. Ex qbus duo poſtrema illa ſolū cōfecta ſunt. Et Saluidenus
licet inuito eo alpes trāſgreſſus eſt. Cū cętera neutiq̄ fierēt
uel in lōgū ducerētur. Lucius Preneſte ꝓfectus eſt Cæſarē ſe
uereri inquiens pricipatus cā circūſeptū armis, cū ipſe nullo
cuſtode in publicū ꝓdiret. Seceſſit & Fuluia Lepidū ſibi exē
plo eſſe referēs, ut filii caueret. Hæc .n. in primis Cęſari obii-
ciebātur, quæ ab utriſq; Antonio pariter conſcripta ſunt, Et

amici cũ epiſtolis ad eũ miſſi,q ſingula edocerēt. Quæ ſi mi nime ꝑgrēs inueniret,aptius reſcriberet. Subito itaq; exer citũ ꝑ ſ ̄cti iureiurãdo ſanciẽtes. Se qđ iuſtũ eſſet inter Im peratores iudicaturos eſſe,& diſſentiẽtes ad idē inducturos, eos,q cũ Lucio erãt uiciſſim poſtularũt. Nõ aſſẽtiẽtibus illis, Cęſar inuidioſe admodũ ad exercituũ duces. Romanorũq; op timos de his cõqueſtus eſt. Illi ad Luciũ arrepto curſu,ut ur bis. Italiæq; miſereretur ob ciuiliũ bellorũ metus depẽcati ſũt, aliquẽ q̃q; eligeret,q medius īter eos,& imꝑatores eorũ iu dicaret. Erubeſcente Lucio,nõ ob ea ſolũ,q̃ dicebãtur,ſed ob eos etiã q referrent. Manius audacter admodũ Antoniũ nil aliud,q̃ in exteris pecunias accumulare dixit. Cęſarē exer citus,& opportuna q̃q; Italię muneribus,& obſeqis ſibi aſci ſcere. Celtarũ ꝑuiciã Antonio añ cõceſſam decepto eo liber tati reſtitutã eẽ. Italiã fere oẽm octo ſupra decẽ urbiũ loco, militibus attribui, & q̃tuor ultra trigīta legiõibus,ꝑro octo ſupra decẽ urbiũ loco,militibus attribui,& q̃tuor ultra trigi ta legiõibus, ꝑ octo ac uiginti,q una militaſſent impẽdi. Nõ agros mõ,ſed pecunias e tẽplis ab eo eripi,quaſiſſet, in Põpe iũ eſſet ꝓfecturus,ad qđ ipotẽs oĩno eſſet urbe iãpridẽ fame laborãte. Diuidere ꝓmia militibus,ut in Antoniũ eos irrita ret,cũ quæ in publicũ relata forẽt,nõ uenũdare magiſq̃ elar giri uideretur. Neceſſe eſſe ſi re ipſa pacẽ cupiat,eorũq; con ſtituta forent ſubire rationẽ. In futurũ uero quæ cõmuni utili tati cõſulentibus uiſa ſint,ea ſolũ facere. Sic Manius ſingulari audacia,nec Cæſarẽ alicuius operis fore dñm, nec Antonio pactionem ullã affirmandã eſſe cenſuit, utrũq; cũ iniuncta pegiſſet. Imꝑatorẽ bñdũ eſſe,& eorũ q̃ publice uenũdarẽtur, ad inuicem retinere poteſtatẽ. Omnino itaq; Cæſar ſe ab his oppugnari intuẽs,nõ nihil uerebatur,& ſe uterq; eorũ ꝑpara

Probitatẽ atẽde ꝓfe ctorum.

Manii au dacia.

bat. Duę legiões olim Cęſari paternę aderāt i Ancona urbe cōſtitutę, quæ cū Antonio militabāt. Hæ utriuſq; apparatum ſentiētes, ob cōmunionē beneuolētiā, ac familiaritatē uerecūdia ductæ, legatos inuicē miſere Romā, q ambos cōciliarēt. Cæſare illis referēte, nō cū Antonio pugnare ſe, ſed a Lucio oppugnari, exercituū primores allocuti ad Luciū oratores deſtināt, q eū cū Cæſare in iudiciū uocarent. Iā. n. quæ facturi eſſēt, ſi id recuſarēt clare licebat intueri. Lucio cōditionē admittēte, locus cauſę diffinitus eſt, urbs. ſ. Gabiorų, inter Romā Prænesteq; media, & ſeſſio uiciſſim iudicibus aſcripta. Tribunalia inſup duo in medio erecta, ueluti indicio facturis uerba. Primus Cæſar adueniens, eqtes ad locū p quē Lucius trāſiturus erat emiſit, iſidias ſi quę forte adeſſēt, ſcrutaturos. Illi eqtibus qbuſdā Lucii pcurſoribus, ac uiciſſim exploratoris ea loca, obuiā facti nōnullos interemere. Qua ex cauſa Lucius aggreſſionē, ut aiebat ueritus retroceſſit. Reuocātibus deinde illū exercituū pfectis & tuto aſſuturū illū pollicētibus neutiq aſſēſus eſt. Sic cōciliatiões nullo pfecto opere ſoluūtur bellūq ab utroq meditari cœptū, accerbioribus etiā epiſtolis inter ſe cōtēdere aggreſſi ſunt. Lucio ſex legionū exercitus aderat, quas ipſe ad cōſulatū accedēs cōgregarat. Huic Antonii undecim aliæ acceſſerāt, qbus Calēus pſidebat, & hę p Italiā diſtributæ oēm. Cæſaris legiões quatuor Capuę fuere, & Pretorię quædā circa ipm, ſex quoq; alias Saluidenus ex Iberia adduxerat, & Lucio pecuniæ a natiōibus, quę minime ab Antonio expugnatæ fuerant. Cæſari uero quas ab oibus acceperat, atq expugnarat, Sardis exceptis, & quas mutuo ex ſacris retributiōis gratiā pollicitus aſſumpſerat Romę a capitolio, ab Antonio Libanubio a Nemis ac Tybure, qbus in locis theſauri nūc uel maxie ſacrarų pecuniarų aſſeruātur

Gabiorum urbs nunc Gallicanū.

Ambigua ſuſpicio.

Calenus.

Saluidēus.

copioſiſſimi, Nā quæ Italiā extra idē poſſidebat, ea temporũ turbatiōibus diſcidiiſq; agitabantur. Nēpe Pōpeius ob ꝓſcriptiōes & exercituū incolatus, Lucii præterea diſſēſionē ad ſūmū gloriæ potētiæq; ꝑuenerat. Quicūq;.n. ꝓ ſeipſis ſolliciti, aut q ꝓpria abſtuliſſet, aut rēpublicā penitus auerterēt, ad illū ferebātur. Alia porro iuuentus lucri cauſa ad militiā feſtinās, & ſub q potiſſimū militaret haud multifaciēs, cū ubiq; Romanis miſceretur ad Pōpeiū pcipue inclinabat, ueluti iuſtiores eligētē partes, & q ad ingētē opū abūdātiā ob pdas mari abactas ꝑueniſſet. Naues plurimas haberet, maximum quoq; rerū apparatū. Nā Murcus duas agēs legiones ſagittarios porro qngētos, pecunias multas. Ad hæc naues octoginta, ad illū uenerāt, aliūq; exercitū ex Cephalenia accerſierat, Sic ut a nōnullis creditū ſit Pōpeiū ſi ſe audacter his rebus intulliſſet, Italiæ tūc fame, diſſēſiōibuſq; laborātis, & ad ipſum inclinātis, maxime fuiſſe potitūꝝ. Cateꝝ Pōpeio ob inſcitiā, nō Italiā aggredi, ſed opē potius afferre uiſum, donec res eius inferiores tādē effectæ ſunt. Quippe Sextius equitū Antonii pfectus in Libya, iā antea exercitū iubente, Lucio, Fagioni Cæſaris pfecto dederat, & ſubinde q repeterēt ad eū miſerat. Quo recuſante cū eodē gerebat bellū nōnullos ex militātibus, aliāq; Libycoꝝ multitudinē, & a regibus q̃ multos in unū cōgregās, Fagio pugna ſupatis, utroq; amiſſo cornu exercitibus ſe inuicē ſuſcipiētibus, ex ꝓditiōe id eueniſſe ratus, ſeipſum interemit, ac cōfeſtim Sextius utrāq; Libyam aſſecutus eſt, Lucius Bocchū Mauruſioꝝ regē ut cū Carrina bellū gereret, q Iberiā Cæſari tradiderat adhortatus eſt. Aenobarbus octoginta nauibus, duabus pterea legiōibus, ac ſagittarioꝝ, funditorūq;, nec nō uelitū, & gladiatoꝝ ingenti manu Ioniū deprædabatur æquor, Et quæcūq; Triūuirū ſue

Murcus.

Cephalēia

Inſcitia Pōpeii.

Sextius.

Fagio.

bie a impio depopulabatur. Ad Brũduſium quoq; delatus Cæſaris triremes ꝑlio aggreſſus partẽ itercæpat, partẽ igne cõburẽs, Brũduſinis, intra mœnia cõcluſis, regionẽ deuaſtabat oẽm. His ex cauſis cõmotus Cæſar, militũ legionẽ Brũduſiũ ire iuſſit, & Saluidenũ in Iberiã euntẽ magna celeritate ad ſe reuocauit, unaq; Cæſar & Lucius q exercitus p Italiã colligerẽt cõtinue mittebãt. Exteroꝶ quoq; icitatiões maiores minoreſue ab utroq; fiebãt, inſidiæ ẽt plærunq; interueniebãt. Veꝶ Italoꝶ bñuolẽtia ut plurimũ ad Luciũ inclinabat, quaſi pro ipſis in ſortẽ diſtributis depugnãtẽ. Neq; ſolũ urbes exercitibus deſcriptæ, uerũ uniuerſa Italia timore ducta, ne ſimilia illis pateretur, aſſurrexerat. Et q pecũias ex eoꝶ ſacris ob Cæſarẽ abſtulerãt, ex urbibus expellẽtes populi, interficienteſue, mœnia i poteſtate ſibi aſſũpſerãt, & ad Luciũ una cõfluebãt. Itidẽ & ad Cæſarẽ, q p colonias ab eo diſtributi fuerãt accedebãt, ueluti ad domeſticũ iã iter ſe diuiſi bellũ.

Cæſaris oratio ad Senatũ, & equeſtrem ordinem.

Quibus ex rebus Cæſar Senatũ, equeſtrẽq; ordinẽ in unũ cõuocãs, his uerbis allocutus eſt. Deſpicior eqdem ſatis ſcio ab his q circa Luciũ ſunt, quaſi ob debilitatẽ, timiditatẽue eos minime ultus fieri ꝑpter q̃ nũc ordines ueſtros alloquẽtem me uituperãt. Mihi qdem ualidior in dies exercitus fit, atq; audacior, qcũq; cõtumelia mecũ affectus a Lucio, ſortiõe ſua ſpoliatur, omniſq; alius qcũq; adeſt, ualidiora ẽt & cætera exurgũt, una dũtaxat ſentẽtia excepta. Nõ.n. mihi iocũdũ ciuilibus cõcertare bellis niſi ad ea neceſſitate ipellar maxima, neq; i reliqs ad inuicem abuti ciuibus, potiſſimũ ciuili bello, qd a uobis nõ ex Macedonia aut Thracia audiẽdũ ſit, ſed in ipſa Italia agẽdũ, q̃ ultra tot uiroꝶ cladẽ atq; interitũ tot ingentes calamitates, ueluti ſtadiũ quoddã effecta nobis, paſſura uideatur. Hæc quippe ego addubito, & adhuc teſtor

neq; iniuria me affeciſſe Antoniũ, neq; ob illa affectũ eē, ſolũ nos ut Luciũ, meoſq; ſequaces arguatis pſuadeo, meq; illi ut cõſilietis uehemẽter cupio. Qui ſi mihi nõ obtẽperarint, mi-nuſue crediderint, faciã ut uniuerſi intelligãt, cõſilii rectitudinẽ uſq; nũc affuiſſe mihi, nõ timiditatẽ. Vos aũt ut apud Antoniũ teſtes mihi, ſitis deprecor, & ob Lucii ſuſpicionem una cõſurgatis. Hæc a Cæſare palã dicta. Quorum cauſa hi denuo Preneſte pfecti ſunt. Quibus Lucius hoc ſolũ reſulit, Cur ad hoſt; aſſumptionẽ operum uterq; eoꝝ delatus eſſet, diſſimulare Cæſarẽ, q nup legionẽ, ut a reditu phibere Antoniũ, Brũduſiũ emiſerit. Manius etiã Antonii epiſtolã ptulit, ſiue cõfictã a ſe, ſiue uere editã, hac ſentẽtia pugnaturũ, ſe ſi quis dignitatem eius deſtruat. Rogãtibus iis q e Senatu aderant, quis dignitatem eius impugnaret, & ob id eos in iudicium uocãtibus Manius plura alia ſophiſtice admodũ his inſeruit, quoad illi infecto negotio abiere, nec ad iudiciũ cum Cæſare ulterius uenere, ſiue a ſeipſo unuſquiſq; renũciaret, ſiue alia ex cauſa, ſiue rubore duceretur. Sic bellũ continuo apertũ eſt. Ad quod Cæſar pficiſcens Lepidũ duabus cũ legionibus cuſtodiæ urbis dereliquit. Ea tempeſtatẽ multi illuſtriũ, tũ uel maxime triũuiratũ deteſtari uiſi ſunt, Nã ad Luciũ trãſiere omnes. Belli aũt principia huiuſmodi fuere. Duæ Lucii legiones apud Albam diſſidentes, eiectis ducibus ad defectionem inclinarunt. Feſtinantibus ad has Cæſare, & Lucio, præueniens Lucius iterũ pecuniaꝝ oblationibus, pollicitationibuſq; leniuit. Firmio deide exercitũ aliũ ad Luciũ ducẽte, Cæſar Firmiũ aggreſſus, accurrẽtis ad collẽ exercitus poſtrema inuaſit. Cũ nocte ad Sentiã urbẽ acceſſiſſet, quę earũdẽ partiũ dicebatur eſſe, Cæſar inſidias uerĩtus, minime nocte inſecutus eſt. Orta luce Sentiã ſimul & Firmii

Preneſte.

Supba Lucii reſponſio.

Manius.

Belli principia Alba

Firmius.

Sentia urbs.

exercitū obſedit. Lucius Romā properās, tres acies p̄miſit,
quæ in urbē accurrētes neutiq̃ ꝑ noctē cōſpectæ ſunt. Ipſe
Nonius. magno exercitu equitū, gladiorūq; ꝓceſſit. Nonio cuſtode ꝑ
portas illū admittēte, & exercitū q ſub eo fuerat exhibente,
Lepidus ad Cæſarē aufugit. Lucius Romanos affatus, Cęſa-
rem, ac Lepidū nefandi magiſtratus pœnas cōtinuo daturos
eſſe dixit. Fratrē eius eundē magiſtratū ultro ponere, & cō
ſulatū q legalior habetur, ꝓ eo accipe, & legitimā, patriāq;
dignitatē ꝓ tyrānica uelle aſſumere. Ob quæ exultātibus cū
ctis, & triūuiratus dignitatē diſſolui exiſtimātibus, ipſe im-
Lucius im pator a populo appellatus, in Cæſarē ꝓgreditur, exercitūq;
pator ap- aliū ex coloniis ab Antonio cōditis i unū cōgregās, urbes in
pellatus. poteſtatē redegit. Hæ aūt Antonii partes ſequebātur, Barba
Barbatius tius Antonii quæſtor, non nihil Antonio infenſus, & ob id
reuerſus in patriā, interrogātibus dicere ſolebat, Antoniū
iis qui in Cęſarē ꝓ cōmuni eoꝝ poteſtatē depugnarēt ſuba-
iraſci. Qua ex re fere oēs niſi ſi qs circūuentus eſſet, Barba-
tio aſſentiētes, a Lucio ad Cæſarē trāſibāt. Lucius aūt Sal-
uideno cū ingētibus copiis a Celtis ad Cæſarē ꝓficiſcēti oc-
Saluidēus. currit. Saluidenū Aſinius Pollio, Vētidiuſq; ſequebātur An-
Agrippa. tonii p̄tores q ꝓgredi ulterius ipſum uetuere. Agrippa Cę-
Subriū. ſari amiciſſimus ne Saluidenus intercluderetur extimeſcēs
Subriū intercepit, locū Lucio accōmodiſſimū, ratus Luciū
omiſſo Saluidēo in ipſum motuꝝ copias, & Lucio a tergo
inſtāte. Saluideno auxiliū afferre poſſe. Nec eū fefellit opio,
nam Lucius ſpe defraudatus, uerſus Aſiniū Ventidiūq; pro-
ceſſit. Inſurgētibus utroq; ex latere Saluideno & Agrippa,
opperiētibuſq; ut illū inter āguſta deprehēderēt, cū inſidiæ
apparuiſſent, Lucius utroſq; aggredi nō auſus, Peruſiā ſe cō
tulit, urbē mœnibus copiiſq; munitā, iuxtaq; eā caſtrametā-

tus eſt, Ventidii copias opperiẽs, ac ſimul ipſum, Peruſiãq;
urbẽ Agrippa, Saluidenus, & Cæſar ſupueniẽs, tribus exer
citibus, circũdedere. Porro exercitũ aliũ Cæſar omni ex par
te magna celeritate cõparauit, quaſi in hoc belli moles uni
uerſa cõſiſteret, ſi quis Luciũ oppreſſiſſet. Pręmiſit & alios,
q ad Ventidiũ uenıẽtibus ſe obiiciẽtes, neq; hi p ſeipſos ac-
celerare nõ auſi, ſubſtitere, pliũ neutiq̃ expectãtes Antonii
mentẽ adhuc clare diſcernẽtes, cũ ad exercitus imperiũ iu-
xta dignitatẽ neuter eorũ aſſiſteret. Lucius neq; in pugnã
pgredi auſus pluribus ac lõge melioribus bellicoſioribuſq;
incũbẽtibus, cũ ipſe exercitũ maiori ex parte nouis collectũ
copiis haberet, neq; ad iter ſe apponere tot undiq; illũ cir
cũſtãtibus Maniũ ad Ventidiũ Aſiniũq; pmiſit, ut obſeſſo
celerẽ afferrẽt opẽ Tiſſiniũ etiã cũ eqtibus quatuor millibus
ad diripienda Cæſaris oppida ire iubet ut inde diſcederet.
Ipſe Peruſiã ingreſſus eſt, ueluti munitiſſima in urbe trãſa
cturus hyemẽ, ſi neceſſitas impelleret, donec Vẽtidii copiæ
acceſſiſſent. At ſtatim Cæſar uniuerſo exercitu ſumma cele-
ritate Peruſiã uallo, foſſaq; pcinxit, ſex & qnquagita ſtadia
cõplexus ob mõtuoſitatẽ urbis brachia lõge uſq; ad Tyberi
ptendẽs, ne quis urbẽ ingrederetur. Ex aduerſo Lucius aliis
foſſis ualliſq; i illũ nitebatur, mõtis ſemitã undiq; cõmuniẽs.
Et Fuluia Vẽtidiũ & Aſiniũ, Ateiũ quoq; et Calenũ ex Cel
tis accelerabat, ut Lucio auxiliũ afferrẽt. Aliũ iſup exercitũ
i unũ cõgregãs Plãcũ ad Luciũ pmiſerat. Plãcus Romã pfi-
ciſcente Cæſare, legionẽ i itinere dephẽſam ad internitionẽ
fere amiſit. Aſinio Vẽtidio ſegniter admodũ cũctantibus,
nõdũ ſatis pſpecta Antonii uoluntate, cũ a Fuluia & Manio
ſubinde exciti ad Luciũ accelerãtes, obſtãtes quoſq; repelle
rent, Cæſar Agrippa comite, relicta urbi cuſtodia, illis oc-

Tres Cæ-
ſaris exer
citus attẽde

Inſignis et
puulgata
Peruſinæ
urbis obſi-
dio.

ptiuũ abduxerũt. Porro Atiliũ regulũ alterũ imperatorẽ noſtrũ, ob fœdera ad eos redeũtẽ afflixere tormẽtis. Quod autem Hannibal uel bello, uel inſidiis, uel iureiurãdo uiolato ciuitates, aut exercitus noſtros, aut Ligurũ cõfederatos populi Romani decepit, eorũ urbes diripuerit, aut cum eo militantes ad id induxerit longũ eſſet enumerare. Hoc ſolũ dixerim quadringẽtas nobis affuiſſe urbes, quarũ captiuos partim foſſis obruerit, partim fluminibus immerſerit per quorũ corpora tanq̃ per pontes ductaret exercitũ. Alios elephãtis obterendos ſubiecit. Fuere quos inuicẽ pugnare cogeret, fratres fratribus, patres filiis opponens. Nuper aũt legatis pro pace ad nos miſſis, non rogauerũt modo Carthagineſes uerũ iureiurãdo cõfirmarunt. Demũ cũ legati eorũ apud nos adhuc eſſent, naues noſtras in Libya dep̃dati ſunt militibus in

uincula coniectis tm̄ ipſis ignorātiæ ob crudelitatē̄ īmeſt. His igitur quicq̄ miſericordiæ aūt moderationis ab aliis im pendi debet, qui nihil moderatū, nihil manſuetū norūt, quiq; uictoriā adepti, ut Scipio inquit neutiq̄ Romanoꝝ nomē no bis reliqſſent. Sed fides illis incōcuſſa dextera inuiolata eſt. Quæ fœdera, quæ iura excogitari queūt quæ iſti non cōtē pſerint, quæ tam iuſte facta, aut gratis data quæ pro nihilo non habuerint. Non imitabimur inquit eos. Sed quę fœdera a nobis diſſolui poſſunt qui nunq̄ fœdus iecimus. At crude litatem eoꝝ, ut aiunt, non ſequemur. Amicos ergo & ſocios tam crudeles habebimus, neutrū certe laude dignū. Cæteꝝ ſe nobis lege, belli permiſcere queādmodū multi ſæpe fece runt. Scrutemur igitur an pro iis quæ daturi ſimus gratias ſint habituri, an potius ex fœdere impoſitū ſibi exiſtiment. Differūt hæc.n. inter ſe. Quouſq; uero hæc nobiſcū cōpoſue rint uiolabūt denuo excuſationē quādā fœderū, ut olim præ ferētes quaſi a nobis inique ſpoliati ſint. Dubia uero ad diſ ſentionem ſunt aptiſſima. Cum autē ſeipſos nobis dederit, ar miſq; adeptis corpora in poteſtate noſtra fuerint, ſentiētq̀ ſe nihil habere proprii, idq̀ animis eoꝝ infixū ſteterit, quicqd a nobis oblatū erit, tanq̄ alienū ultro cupient. Sin aliter Sci pioni uiſum eſt ſententias rogare licet. Sin inſciis uobis hæc ipſe cū Carthaginēſibus egit, qd nobis rē cōſultandā defert. Ego uero tanq̄ primoribus uobis in indicio quę ſentirē, apire nolui, quæ ne utilitati publicæ cōuenire exiſtimaui. Hæc a publio in hūc modū relata ſunt. Senatus p ſingulos ſētētiā rogare cœpit. Plures igitur Scipionis mētē ſecuti ſunt. Et hęc tertia cū Romāis ac Carthaginēſibus fuere fœdera, ad q̄ po tiſſimū Scipio illis uidetur induxiſſe ſiue eoꝝ rōne quę prius dicta ſūt, ſiue qꝫ Carthaginēſibus pricipatū ademiſſe abūde

Dubia diſſentionem afferūt.

ad felicitatē uiſum eſt. Sunt qui putent Scipionem utilitati publicę conſulentē, urbem illā Romanis finitimā, atq; emulam ſeruari maluiſſe ne aliquādo ſecūdis elati rebus, p ociū ignauiāq; torpeſcerent. Quod & paulopoſt Catonē illis dixiſſe ferunt cum Rhodios infenſos ſermone cōpeſceret. Scipio poſt hæc ex Libya in Italiā profectus uniuerſas copias claſſe traduxit, Romāq; ad triūphū reuerſus eſt, quod omniū ante ſe ſplendidiſſimū dicitur egiſſe. Eius forma, ut nunc fit, ab illis ſeruata eſt. Fuit autē huiuſmodi. Sertis redemiti omnes p̄cinētibus tubis, currus ſpoliis refertos deducebāt. Ferebātur & ligneæ turres captaꝝ urbiū ſimulachra p̄ferentes. Scripturæ deinde & imagines eaꝝ quas geſſiſſent. Aurum deinceps & argentū partim rudibus maſſis, partim notis, aut huiuſmodi impreſſum figuris. Coronæ p̄terea quas uirtutis gratia urbes aut ſocii, aut exercitus urbi parentes militibus dediſſent. Cādidi ſubinde boues & elephāti illos ſequebantur. Poſt hos Carthaginenſiū, ac Numidaꝝ principes bello capti. Imperatorē lictores p̄ibant purpureis amicti ueſtibus, tum citharedoꝝ, ac tibyarum turba ad Hetruſcæ ſimilitudinē prōptę. Hi ſuccincti, coroniſq; aureis redemiti, ſuo quiq; ordine canētes pſallenteſq; prodibant. Hos Lidyos appellāt, ut facile crediderim Hetruſcas a Lidyis ſumpſiſſe originē. Hoꝝ in medio qſpiā talari ueſte fimbriis, ac armillis auro ſplēdētibus amictus, geſtus uarios edebat, hoſtibuſq; deuictis inſultās riſus undiq; ciebat. Poſt thuris & odoꝝ copia imperatorē circūſteterat, quē curru deaurato multiſariamq; notis refulgenti candidi uehebant equi, aureā capite geſtante coronā lapillis ornatā gēmiſq;. Hic ueſtem ſuccinctus purpureā patrio more aureis intextā ſyderibus, altera manu eburneū ſceptrū, altera laurū pręferebat, quā Romani

Triumphi forma conſueta.

uictoriæ

uictoriȩ inſigne profitetur. Vehebātur & cum eo pueri uirgineſq;, & ad habenas hincinde cognati iuuenes, denūq; exercitū ſecuti fuerāt ſcriptores, miniſtri, ſcutiferi ue, poſtremo exercitus in turmas acieſq; diuiſus currū ſequebantur. Milites quoq; lauro redemiti laurū manu ferentes, q̄bus meritorū inſignia adiūcta aderāt, quȩ primores hos quidē laudibus ferrent, hos ſalibus inſectarētur, nōnullos infamiā notarent, ſimplex deniq; triūphi forma & quā unuſquiſq; ſermōe facile explicare queat. Cum in Capitoliū uentū eſſet, Scipio depoſito apparatu epulū, ut amicis mos erat in tēplo p̄buit. Et hic finis ſecundi belli Romanis, ac Carthaginēſibus fuit, quid in Iberia inchoatū, in Libya finē habuiſſe cōſtat, ictis inter utroſq; fœderibus olympiade apud Grȩcos quarta & quadrageſima ſupra centeſimā Maſſiniſſa deinde Romanorū potētia fretus illato Carthaginēſibus bello, plurimū agri ueluti ad ſe ptinētis per uim ademerāt. Ea ex re Carthaginēſes Romanorū opē iplorare coacti. Maſſiniſſam cōciliari precabātur. Illi legatos ex ſuis miſere, q̄bus editū fuerat, ut Maſſiniſſæ clanculū fauerēt. Per hūc modū Maſſiniſſa Carthaginenſium agros magna ex parte adeptus eſt, fœderaq; inter utroſq; icta, quæ p annos q̄nquaginta p̄manſere, quo potiſſimū tpe Carthago floruit, in paceq; cōſtituta, ad ſummū potentiæ dignitatiſq; puenit ob agrorū aūt fertilitatē mariſq; cōmoda, ut in felicitate mos eſt, diſcidētibus inter ſe ciuibus hi Romanorū partes ſeq. Illi populo fauere, nōnulli Maſſiniſſæ hærere certabāt. Erāt aūt facinoris, capita plæriq;, q gloria & uirtute lōge p̄cellerēt. Romanis plurimū fauebat Hanno cognomine Magnus Maſſiniſſæ prior aderat Hanni- Hāno magnus.
bal Sarus appellatus. Populariū uero partes Amilchar Sānitis, Carthaloq;, ſequebatur, qui Romanos obſeruabant,

Celtiberis aduerſos, Maſſiniſam ſubinde ab aliis Iberis obſideri cōſpicientes, Carthaloni ſuadent, ut opē illi afferat, ut quæ in principio regionem præteruectus, eoſq; inuaderet Maſſiniſæ aduerſabātur, ac in medio utrorūq; tellure cōſiſterāt, Verū ille multis interfectis, pluribus expulſis, Libycos qui in agris morabātur, in Numidas cōcitat. Qua ex re uaria denuo inter illos prælia extitere, quouſq; Romanorū legati ad cōciliandos eos iterū miſſi, uenerūt qbus uiciſſim, ut prius a Senatu editū fuerat, ut Maſſiniſę clā fauerēt. Hi igitur q̄cūq; a rege ꝑ aſtū intercepta fuerant, hoc pacto firmauere. Primū qdē nihil dixere, aut ab ullo dici paſſi ſunt, ne qs ut in iudicio plerūq; fit, qcq̄ auferre Maſſiniſę poſſet. In medio autem ꝓgreſſi manus extenderūt. Hæc eorū ad utroſq; mādata cōciliationeſq; fuere. Nō multo poſt Maſſiniſa diſceptare iterū cœpit, & agros q magni nominantur, & rationē qnquaginta urbiū Tyſcā appellatā ſibi uēdicare. Quibus ex rebus Carthaginēſes denuo ad Romanos cōfugerūt opē poſtulātes. Hi legatos ad certā diē miſſuros ſe polliciti, eouſq; diſtulere, quoad plurima in Maſſiniſę poteſtatē perueniſſe crederēt. Tum demū illos emiſerūt, inter quos Cato fuit. Cū ad locū in q̄ de finibus agebatur uētū eſſet, ut ſibi poteſtatē omniū utriq; darēt poſtularūt. Maſſiniſa cū Romanis plurimū fideret lucri, haud incertus ſe ſuaq, eorū arbitratui facile ꝑmiſit. Carthaginēſes cōtra addubitare cœperūt. Quæ.n. antea ꝑpeſſi fuerāt, haud ęqua uidebātur. Dixere igitur quæcūq; a Scipione prius cōpoſita eſſent, inter eos neq; indiciobus, neq; correctiōe ulla indigere, niſi ſi qua interim eorū culpa emanaſſe dicerēt. At legati ſpretis illis ꝑ ꝑtes indicare ꝑgūt. Regionē itaq; i primis ſcrutari incipiūt diligētiſſime cultam, magnoſq; apparatus oſtendentem. Vrbem præterea

ingreſſi cũ potẽtiam eius cũ ciuium multitudinem, non mul to poſt Scipionis uictoriam adauctam cõſpexiſſent, admirati ſunt. Romam itaq; reuerſi ſingula ſenatui populoq; Romano rum retulerũt non æmulatione magis quã ſuſpitione cõmoti, Carthaginenſiũ urbẽ adeo infidam adeoq; finitimã in tan tum augeri dietimq; inualeſcere. Cato etiã præ cæteris ni hil tutum illis fore, ac ne libertatẽ quidẽ adeſſe poſſe ſalua atq; incolumi Carthagine profeſſus eſt. Quæ omnia intelli gens ſenatus bellũ gerere inſtituit, excuſationes etiã habuiſſe dicitur quæ nulli patefactæ ſunt. Catonem quoq; in ſenatu ſententiam dixiſſe ferunt Carthagineſes delendam eſſe. Sci pionem autem Naſicam contraria illi ſentientem, ſeruãdam ſuaſiſſe ad Romanorum metũ diutino ocio deſidiaq; languẽtiũ. Interea Carthaginenſes qui populares habebãtur. Maſſiniſſe ſocios atq; amicos aggreſſi, ad. xl. urbe pellunt, decreto fugę indicto. Populum præterea ſacramento adegere, neq; ulte rius quẽq; ex his admittere, neq; ſuadentibus, ut hos recipe rent annuere, hi uero expulſi ad Maſiniſſã cõfugiũt, eũq; ad bellũ cõcitant. Ille haud ſecus belli cupiditate ductus Geloſ ſem ac Micipſam filios eius Carthaginẽ legatos deſtinat. Ci ueſq; urbe pulſos denuo admitti poſtulat. Carthalon obuiã pro greſſus, portas illis occludi mãdauit ueritus ne expulſorum co gnati atq; amici, populum ad cõmiſſationẽ flecterẽt. Geloſſi porro redeũti Amilchar Sãnitis inopinus occurrit, occiſiſq; nõnullis ex ſociis eius Geloſſem metu terruit. Quibus rõni bus adductus Maſſiniſſa, urbẽ Horoſcopã cõtra fœdus obſide re cœpit. Carthaginenſes. v. & . xx. peditum millibus, equiti bus urbanis trecentis in unum collectis, pluribus additis. Haſdrubalem plebis fautorem in ducem eligunt, qui in Maſſiniſſam ſtatim copias mouit. Appropinquantibus autem

Bellũ inter Haſdrubalẽ & Maſſiniſſam.

ipſis Aſaſio & Subaſæ regis prætoribus cum diſſenſio inter eos & regis filios orta eſſet ãbo ad Haſdrubalẽ eqtes ſexies mille adducẽtes cõfugiũt. Quibus ex rebus elatus Haſdrubal propinqor regi caſtra poſuit, locorũ iniqtate cõfiſus. At Maſſiniſa inſidias illi ſtruẽs, copiis retro abductis fugã ſimulat Carthagineſes illũ ſequẽtes in cãpũ late patẽtẽ, uaſtũq; deducit. In eo omni ex parte colles qdã, ſcopuliq; pminebãt. Cõmeatuũ uero inopia p magna aderat. Cum in hũc locum ueniſſet Haſdrubal Maſſiniſa cõuerſis ſignis medio in cãpo caſtra locat. Haſdrubal quo tutius inſiſteret ad aſpiora loca deduxit exercitũ. Cũ ſequẽti die pliũ uiderẽtur inire, Scipio iunior q poſterius Carthaginẽ cæpit, ad regẽ uenit. Militabat aũt ea tẽpeſtate cũ. L. Luculo aduerſus Celtiberos gerẽte bellũ, & ab illo miſſus elephãtos a rege poſtulabat. Eo loco Maſſiniſa in pugnã parato corpore eqtes uniuerſos ire iuſſit, filiũq; ad ſe ueniẽtes recipe impat. Ipſe orta luce copias in ordinẽ ſtatuit, octauũ iã & octogeſimũ ætatis annũ agẽs, equitãdi peritiſſimus, nudũ ephippiis equũ, ut Numidis mos eſt ſolus inſcẽdere ſiue ducis munus obiẽs ſiue militis ſolebat. Sunt qppe Numidæ Libycorũ omniũ lõge fortiſſimi, lõgæuiſq;, ut aiunt uita lõgiores, cauſam afferũt, quod non admodũ illis frigida ſit hyẽs, ſub qua oĩa fere corrũpũtur, æſtas nõ multũ torrida, ut ad Aethiopes atq; Indos, ob idq; imaniſſimas omniũ belluas regionẽ illã gignere, homines ſub diuo aſſidue degẽtes, labore maximo exerceri, modicũ illis adeſſe uini. Cibus uero ſimplex, nulloq; apparatu, Maſſiniſa igitur aſſũpto equo copias ad bellũ inſtruebat. Haſdrubal multitudinẽ omnẽ in ordinem educit, & iã multi in equis ad plana deſcenderãt. Cũ Scipio pugnã ab edito quodã loco ueluti e theatro inſpecturus cõſcendit. Sępenumero itaq; dicere ſolebat, cũ paulo poſt

uariis in prælijs aliquãdo exerceretur, nullo unquam tẽpore tantã ſe pcepiſſe uoluptatẽ, cũ decẽ ſupra centũ milia hominum inter ſe depugnãtium, ipſe omni periculo ſolutus & cura ab alto intueretur. Addebat pterea gloriãs duos dũtaxat ſimili ante ſe ſpectaculo gauiſos eſſe, Iouẽ .ſ. ab Ida. Neptunũ uero ex Samotracia cũ acies inter ſe pugnãtes a lõge uiderẽt, pſeuerãte ab aurora uſq; in noctẽ pugna, multis hinc inde cadentibus, tandẽ Maſſiniſſa ſuperior uiſus eſt. Dũ igitur prælio excederet. Scipio illi occurrit, quẽ rex ut amicũ iãpridẽ ab auo cognitũ amplius, læte ſuſcepit, Carthagirienſes cognito Scipionis aduentu, ut eos cũ Maſſiniſſa cõponeret magnopere rogabãt, hoc munus a Scipiõe ultro ſuſceptũ oblatis inuicem petitionibus Carthaginenſes terrã omnẽ quæ circa emporiũ ſita eſt, a Maſſiniſſa reddi poſtulabãt. Daturos ſe talẽta argẽti ducenta attica, octaginta uero ad tẽpus polliceri. Transfugas quidem repetenti ne aurem quidẽ adhibuerũt, ſed infectare ad ſuos abiere. Scipio cum elephantos a Maſſiniſſa recepiſſet in Iberiã ad ducẽ rediit. Maſſiniſſa interea collem quem hoſtes inſederãt circũducta undiq; foſſa uallauit, & ne cõmeatus inferri poſſet prohibebat, cũ alioquin prope nihil eſt uixq; e lõginquo quicq̃ & id modicũ afferri poſſet. Haſdrubal itaq; belli diſcrimẽ prior cũ hoſtibus uidebatur initurũs, utpote q exercitu ualido atq; inuicto comitatus regẽ quoq; cõmeatu ſuperaret. Et hoſtes quidẽ prouocare inſtituit. Mos cũ Romanorũ legatos pacem utriq; conciliaturos aduentare intelligit amplius differre maluit. Venere tãdem legati, quibus impe ratum erat ut ſi Maſſiniſſam prælio inferiorem cernerent, ad pacem hortarentur. Sin ſuperiorem ad bellũ incitarent. Interea fames Haſdrubalẽ cęteroſq; Carthaginẽſes uehemẽtius urgere cęperat, adeo ut afflicti atq; egentes infirmis corpo

Maſſiniſſa bello ſuperior euaſit.

ribus nihil in hoſtes conari aut facere auderent. Impedimenta itaq; primum aut currus deinde equos igne torrebant. Lora atq; habenas uice ferculi mandentes, ex quibus uaria morborum genera ob ciborum prauitatem immobilitatemq; operum, æſtatis maxime temporibus illos pati contigit, cum anguſtia loci clauderentur. Ad hæc neceſſitas militũ multitudo gentium, calor Libyæ uniuerſa corruperant. Dificiente denum materia lignorum ad parandos cibos, arma cremabãt, neq; morientium quiſquam efferri Maſſiniſa cuſtodiẽte locum, neq; ob lignorũ inopiam cremari poterat, ex quo contagio ac peſtis occluſis dentibus, tabidiſq; corporibus dietim pullulabat, Iam maior pars exercitus morbo conſumpta defecerat, cum reliqui nullam ſalutis ſpem ſupereſſe rati tranſfugas Maſſiniſæ ac tria millia argenti talẽta in quinquaginta annos dare pollicentur, fugitiuos eorum iuxta fœdus recipere debere, Ipſi per unicam portam quæ in hoſtes ueheret ad unũ tranſeuntes cum ſingulis dũtaxat tunicis abire uelle. Diſcedentibus illis Geloſſes regis filius factæ paulo ante in eum perſecutionis memor, ſiue conſcio patre ſiue inſcio equites Numidas poſt illos miſit. Hi armis deſtitutos quibus ſe tuerentur, nec ſatis ad fugam promptos ob imbecillitatẽ deprehendãtes ferro cædunt. Ex octo igitur & quinquaginta millibus hominum, tot enim eos fuiſſe conſtat, uix pauci Carthaginẽ ſalui peruenerũt, inter quos & Haſdrubal eorum dux nonnulliq; Carthaginẽſiũ illuſtres extitere. Huiuſmodi igitur inter eos Maſſiniſamq; bellum geſtum. Secutum deinde tertium ac ultimum in Libya Romanorum bellum. Nam Carthaginẽſes Maſſiniſæ culpa ad has delati clades urbe diutius afflicta regem uerebantur propinquum admodum magniſq; adauctum copiis Romanos præterea aſſidue infenſos, & ex-

cuſatione imprimis in regem deferentes ſuſpectos habebant, q́ utrunq; haud indigne uibebantur ſuſpicari. Statim quippe Romani exercitus per Italiam omnem parare quaſi magnū quippiam inſtaret nulla propoſita cauſa properabant. At Carthaginenſes belli occaſionem auferre cupiētes, primum quidem Haſdrubalem Maſſiniſam mouiſſet bellum, dein Carthalonem eorum præſidem, cæteroſque eiuſdem belli ſocios, capitali pœna publice condamnant; culpam omnem in eos referentes. Legatos inſuper Romam miſere qui Maſſiniſam accuſarent, reliquoſque ſimili culpa affectos dicerent, quod inter ſe contendentes Carthaginenſium urbem in has clades conieciſſent, inimicamque inter ſe reddidiſſent, Tunc quidam ex ſenatoribus legatos in hunc modum rogaſſe feruntur. Cur ſontes a principio nequaquā condamnatis, cæterum peracto bello accuſare pergitis, & cum prælia meditati eſtis, nunc ultro irriſuri ad nos uenitis? Silentium illis tandem in hunc modum reſponſum eſt. Carthaginenſes neutique Romanis abunde adhuc ſatiſfeciſſe. Vlterius diſceptātibus illis ac rogātibus, quo tandem pacto eum ſe peccaſſe faterentur, ueniam adipiſci poſſent? Denno his uerbis reſpondetur. Si quod ſufficiens eſt, Romanis præſtiteritis. Scrutantibus ipſis inter ſe quid ſufficiens id eſſet, quidam Romanos pecuniis a Scipione impoſitis quicq̄ adiicere uelle putabant, alii regionem quæ in dubio eſſet Maſſiniſæ concedendā. Ambigentibus illis nouos denuo legatos Romam deſtinant, qui quod ſufficiens id eſſe, explicari poſcerent, quibus uiciſſim a Senatu reſponſum eſt optime Carthaginenſes quid id eſſet intelligere hiſq; dumtaxat expoſitis eos dimiſere. Qua ex re maximo in timore & trepidatione uerſari eos contigit. Vtica autē in Libya maior poſt Carthaginem ciuitas eſt protus

Carthaginiēſes Haſdrubalem ſuū ducem publice cōdemnant.

accõmodo ad cõtinendas rates, exercituũq; quoq; perfaciles receptus habet. Hæc ſexaginta ſtadiis a Carthagine diſtat, & ad bellũ opportuna maxime Carthaginenſiũ ab antiquo ęmula, tũc odio ad tẽpus patefacto legatos Romã miſerat, q urbẽ ultro illis offerrẽt. Qua ex re Senatus in bellũ pnus, paratis copiis cũ urbẽ munitiſſimã & in tpe obſequentẽ facile uideret, patefacta animi ſui interiori ui in capitoliũ pficiſcitur, quo in loco de bello cõſultare mos fuit, ibideq; Carthagineſibus bellũ inferẽdũ ſtatuit. Impatores aũt ad id cõſules. M. Maniliũ q pedites duceret. L. uero Martiũ q eqtatui præeſſet, elegerũt, qbus clã edictũ fuerat nõ prius a Carthagine exercitũ tollere q̃ urbẽ euertiſſent. Hi peractis ſacrificiis ex Sicilia ſoluẽtes Vticã uerſus nauigare pgũt, qnqueremes qnquaginta ſexcuplex, cẽtũ una deducẽtes. Has onerariæ & roſtratæ naues plures ſequebãtur, quæ octoginta millia peditũ, eqtũ quatuor millia ex omni lectoꝝ numero ſecũ ueherent, cũ oẽs ferme ciues, oẽs ſocii ueluti ad inſignẽ quandã militiã ac ſperatã uictoriã ultro accederẽt. Carthaginenſibus igitur eodem tpe belli moles rumorq; ab unico dũtaxat nuncio allatus. Is quippe belli decretũ afferebat, cũ naues in eos tendẽtes in alto uiſę. Stupẽtibus itaq; ipſis rei nouitate, cũ claſſe deſtituti nõ ſocios nõ mercenarios milites ullos haberẽt, frumẽti inopia pmerẽtur, quo obſidionẽ tolerare poſſent omneſq; ut inſperato inualidoq; bello trepidarẽt. Legatos denuo Romã eoꝝ duces mittere uiſum q pſentibus quoquo pacto obſiſterẽt, Quibus a ſenatu in hũc modũ reſponſum eſt. Si cõſulibus in Sicilia exiſtentibus intra trigeſimũ diẽ trecẽtos pueros ex nobilioribus Carthaginenſibus obſides dediſſent, fore ut cæteris quæ dicturi eſſent accõmodarẽt aures, ferrent itaq; Carthaginẽ mandatũ. Ipſi deinde

ad cõſules quæ uellent ſecreto impat. At Carthaginenſibus qq̃ eoꝝ uoluntatē ſuſpectam haberēt, nec ſatis fidei iis quæ Romanis proponebãtur ſi obſides darentur, adhiberent, ta-men ut in extremo piculo euenire ſolet ne qd ſpei intenta tū ſinerent, depoſita ſtatim mora pueros in Siciliã mittunt, parentibus eoꝝ ac domeſticis & in primis matribus fletu reclamãtibus, quæ proprios natos eiulatu gemituq; pſecutę, furibũdis ſimiles, naues quibus illi, milites, & argentũ ferebatur, inuadũt, funes auellũt, nautas pterea aggreſſę exire prohibebant. Fuere quæ p undas enatarent, filios pfuſis lachrymis intuentes, quædã quæ in littore pſiſterent, comas laniãtes, tundenteſq; pectora, is in funere mos eſt, cũ quidē uerbo, obſides ab illis exigi crederēt, re aũt, urbē Romanis tradi, ex quo nullũ huiuſmodi fœdus propoſitũ fuiſſe cõſtat, quo pueros exigerent, ob id plurimæ eaꝝ hoc ipſum inter fletus, & eiulatus diuinaſſe dicũtur nullã pueroꝝ præbitionem Carthaginenſiũ urbi utilitatē allaturã eſſe. Huiuſmodi igitur obſidũ exhibēdoꝝ Carthaginēſibus ratio fuit. In Siciliã aũt cũ adducti eſſent, cõſules eos Romã miſerũt, Carthaginenſibus uero rñſum pbuere in fine belli cętera ſe in Vtica dicturos eſſe. Ita claſſe delati caſtra diſponunt, pedites quo pridē a Scipione locati fuerãt, ſedem capiunt, naues uero in Vticæ portu cõſtiterũt. Accedentibus deinde ad eos Carthaginēſiũ legatis, conſules in edito quodã loco conſedere ducibus ac tribunis eos circũſtantibus, quos uniuerſus deinde exercitus longo ordine inſignibus obibat armis, uexilla porro recta tenuere, ut facie legati copiaꝝ multitudinem intueri poſſent. Conſulibus demum tubę ſigno cunctos ſilere iubētibus, tubicen legatos iuſſit accedere. Illi per ingentia profecti agmina neutiq̃ ad conſulũ tribunal habuere

Oratio carthaginēſiũ

adituun, ſed eo tabernaculo, quod in medio ſitum erat, perſiſtere, quibus conſules ſi quid uellent, affari imperarūt. Legati miſeranda plurima ac uaria locuti fœdera, quæ cū illis prius extitere repetebāt. Carthaginis præterea ſortem quæ tempore multitudine potentia ac principatū terræ mariſq; floruiſſet recenſentes nequaq̄ id ex iactātia ſe loqui prędicabāt. Non.n. in aduerſis iactātiæ eſſe locū, ſed ut nobis dixere, Romani & ad ueſtram moderationē ac tranquillitatē hæc exempla ſūt. Quoſcūq; etiam potentiores infelicium caſus miſereri ſolitos & ſuoꝝ ſpē ſibi pponere ne quid in aliorum fortunas indigne agāt. Hæc quippe nobis ac ueſtra pietate digna, diſſimulare maxime quæ hominū ſunt. Sin uero inter homines impios inhumanoſq; incidimus abunde nobis miſeriaꝝ hęc erunt, quę pertulimus, qui principatū terræ mariſq; amiſimus, naues noſtras omnes dedimus, nulla retinemus, elephātoꝝ poſſeſſionē uobis liquimus, obſides porro qui potiores fuerant aſſignauimus, uectigalia ſuo ordine dimiſimus, qui ab aliis continue aſſumpſimus. Hæc quidē patribus ueſtris abunde fuere cum quibus bella geſſimus. Qui fœdera nobiſcū ſancientes ut ſociis & amicis uſi ſunt. Iuſiurandū fœderibus ab utriſq; additū. Sed hi nobiſcū belligerātes fideles demū extiterunt. Vos autem cum quibus nullū unq̄ bellū fuit fœdera non obſeruaſſe criminantes tam ſubito proſiluiſtis ad arma, ac ne monitos prius inuaſiſtis. Cur id enim? An ꝙ tributa nobis non exoluimus? an naues retinuimus? an elephantos adeo inuiſos poſſidemus? Non miſericordia ulla uos detinet o Romani ꝙ quinquaginta millia hominum fame amiſimus. Sed Maſſiniſæ dicet aliquis intulimus bellum qui plurima iam ſuperlucratus eſt. Quæ omnia propter uos perferre uiſum, cum tam impie ac ſcelerate

terram illam in qua innutritus & altus eſſet, bello inua-
ſerit, aliam quæ circa emporium ſita eſt ademerit qua ſum-
pta reliquam habere cupiat quoad fœdera inter nos iacta
confuderit. Hæc enim totius belli occaſio nobis eſt. Nos au-
tem eos, qui auxilium in illum attuliſſent condemnauimus,
legatos ea de cauſa ad uos miſimus, qui pro omnibus iſtis
ſatisfacerent, & ad alios duces ueſtros, ſi quid libuiſſet im-
ponere. Quid igitur nauibus aut copiis, aut exercitibus
opus eſt contra eos, qui nec ſe peccaſſe diffitentur, & uobis
cum placuerit ſe ſubiicere parati ſunt? Quod igitur neq;
uos decepimus, neq; paruifecimus, & pati quodcunq; li-
buerit, parati ſumus, hæc ideo uobis propoſuimus. Satis ani-
mi quid eſſet, nobis perſpectum eſt cum optimos pueros po-
ſcentibus uobis, ut mandati ueſtri ratio exigebat intra ui-
geſimã diem obſides ad uos miſimus, quibus traditis æquũ
& nos fuit leges ueſtri ſeruare mandati Carthagineſiũ ur-
bem liberam ſuiſq; degentem moribus, & quæ nunc habet
poſſidentem, nobis linquere. Hæc a legatis palam dicta. Ad
quæ Cenſorinus cum aſſurrexiſſet in hunc modum reſpon- Cēſorinus
diſſe dicitur. Cauſas belli quid uobis opus eſt referre o Car-
thaginenſes legatis ueſtris Romę a Senatu de his abunde cõ-
monefactis? Quę autem apud nos mentiti eſtis paucis refel-
lam, quod & mandatum noſtrũ in primis arguit. Nos quip-
pe uobis in Sicilia ediximus cũ obſides nobis dediſſetis ue-
ſtros reliqua, in Vtica relaturos eſſe. Obſidũ uero quos mi-
ſiſtis cum celeritatem tum electionem cõmendamus. Sed
quid armis uobis opus eſt, in pace nobiſcum firma degenti-
bus? Afferre quicquid apud uos publice priuatimq; armorũ
ſagittas, catapultas ac alia oĩa nobis tradite. Sic ille locutus
eſt. Quibus legati ſe parituros reſpõderũt. Cæterũ neſcire ſe

quo pacto Haſdrubalẽ quem morte damnaſſent ad uiginti millia hominũ ſecũ adducentẽ inſtantẽq; Carthagini in poteſtatẽ eis traderent. Dicentibus perinde cõſulibus id curæ Romanis fore, & idipſum ſe facturos polliciti ſunt. Aſſumptis igitur una Cornelio Scipione, qui Naſica dictus eſt, & Gn. Cornelio cognomine Hiſpano ad ducẽta millia armorũ attulerunt, ſagittarũ, telorũ infinitã multitudinẽ. Catapultas preterea & acuta iacula, lapidũ excutiendorũ machinas uſq; ad duũ milliũ numerũ, quorũ aſpectus ſplendidus inſigniſq; uiſebatur, tot hoſtilibus curribus ea deferẽtibus, quos legati reliquiq; ſeniores totius populi quicũq; optimi in primis habebãtur, Sacerdotes præterea & illuſtres uiri, quo conſules ad pietatẽ & miſericordiã flecterẽt, ſecuti ſunt, oẽſq; ſuo ordine ante ipſos conſtiterũt. Tum Cenſorinus, erat.n. collega ſuo ad dicendũ prõptior, ſimulato geſtu cum prior ſurrexiſſe huiuſmodi ſermonẽ habuit. Veſtræ qdem obedientiæ ac prõptitudinis o Carthaginẽſes in exhibẽdis obſidibus deferendiſq; armis non mediocri laude digni eſtis. Cæterũ in rebus neceſſariis q̃ breuiſſime loqui opus eſt. Quadobrẽ reſiduũ mandati huius quod a Senatu uobis iniunctũ eſt, ſubire dignum. Tradite itaq; nobis urbem ueſtrã & aliunde quocũq; libido fert octoginta ſtadiis a mare diſtantẽ uobis cõdite. Hãc.n. quã incolitis euertere in animo eſt. Loquẽte adhuc eo Carthaginẽſes elatis ad cœlũ manibus deos inuocare, quaſi ab his decepti, Romanis multa diraq; imprecari, ſiue moribũdi, ſiue amentes, ſiue ꝙ Romanos in legatos irritare cuperẽt, una uoce ſimul occepere. Demũ in terrã prouoluti ii manibus capita contũdere, quidam ueſtes laniare, nõnulli manus ſibi afferre ueluti inſania quadã ſtimulante non ceſſabãt. Cum a fletu qeuiſſẽt mœſti ac ſilentes non alii

Simulata Cẽſorini oratio.

ter q̃ ſi uita functi eſſent pſtitere. Qua ex re ſtupefacti cõſules omniſq; multitudo aliquãtulũ illis differre ſtatuunt, ob mandati diritatẽ quoad mœſtitiæ quies data eſſet, ſatis gnari ingentes dolores audaciã afferre, tempore uero moderari animũ neceſſitateq́; ſuccũbere, quod & Carthaginenſes pati cõtigit. Poſt ſilentiũ.n. cum non minus eos mala ſequerentur, querelę tandẽ modũ poſuerũt. Deplorabãt aũt ſeipſos, ac lamẽtabãtur eorũ filios ac uxores nominãtes, deinde ad patriam ueluti audientẽ referebãt fletus multa dira, ac miſeranda recenſentes. Demũ ſacerdotes ac eorũ nomina deoſq́ cum illis ueluti præſentes inuocabãt, urbis cladẽ in eos referentes. Erat aũt cõfuſio quædã miſerãda lugẽtiũ cũ priuata pariter ac publica defleret, adeo ut Romanis lachrymas excuterent. Cõſules prætereà humanæ uolubilitatis meditatio torqueret, mœſtiq; ac ſilentes querelæ finẽ expectarent. Cũ fletu deſiniſſẽt iterũ cuborto ſilentio intra ſe cogitare cœpere, urbem inermẽ eſſe atq; uacuã, non nauẽ habere, non catapultã, non ſagittã, nõ glaidũ, non ciues ad tuenda mœnia ſufficere quinnquaginta millibus fame abſumptis, peregrinũ adeſſe neminẽ, non amicum, neq́ ſociũ, neq; tempus ad iſta ſufficere, hoſtibus filios, arma, prouinciã in poteſtate habẽtibus, urbem armis, nauibus, peditibuſq́ obſidentibus, Maſſiniſa hoſtẽ in lateribus hærente. Hæc igitur animo uoluẽtes a tumultu denuo ac querelis abſtinebant, nihil utilitatis ob hæc in aduerſis deprehendẽtes ad orationẽ cõfugiebãt. Inter quos, & Hamno fuit q Gallus dicebatur, uir nobilitate, & uirtute præcipuus, qui depcata uenia in hunc modũ loqui orſus eſt. Si qua apud uos dictorũ per nos ratio cõſtat o Romani nõnulla denuo dicemus, non ut iuſta cõprobemus, neq́.n. hoc tẽpore infelicibus cõtentio uobiſcũ æqua eſt, ſed

ut intelligatis non ſine cauſa & ratione pietatē a uobis erga nos habendā eſſe. Nos quidē Libyę ac mari dominātes cum pluribus ex ueſtris de principatu cōtendimus, tandē Scipiōe duce uobis ceſſimus, naues & elephātos, quos habuimus ultro dedimus, tributa dare polliciti in tēpore exoluimus. Per deos quoq; fœdera ineūtes quæ ꝑ nos acta eſſent, quæ ue a Scipione ꝓmiſſa pariter ſeruare cōuenimus, cū iureiurādo affirmaretis Romanos ac Carthaginenſes inuicē ſocios fore & amicos nihil eſt quod interim a nobis peccatū ſit, cū nec naues habemus nec elephantos, nec tributa dare deſineri mus, quinimo aduerſum tres reges nobiſcum depugnauimus. At nos nec urbi parcitis, q̄q̄, & hæc ipſa cum armi a uobis exigeretis proprius diximus, Erumnę q̄ppe loquaciores redūt homines. Verū nihil eſt ꝙ p̄cibus noſtris opitulentur magis q̄ fœdera iure inita, nec aliud reſiduū nobis eſt ad quod cōfugiamus, potentiā oēm uobis dedimus. Priora igitur hmōi ſunt, quoꝝ omniū fideiuſſor eſt Scipio. Præſentiū āt uos cōſules teſtes eſtis, atq; authores. Obſides reqſiuiſtis, q potiores erant exhibuimus. Arma petiſtis, oīa in poteſtate ueſtra ſunt quę nec in expugnatione dep̄heſi ſpōte cōceſſiſſet. Credidimus uobis Romanoꝝ ritu atq; more. Sic.n. ſenatus nobis edixit. Vos porro obſides petētes ꝓfeſſi eſtis cū eos haberetis, liberā nobis urbē dimiſſuros eſſe. Sin aūt & id adiūctū erat ut reliqua, quæ iuberetis nos pati oporteret, nō hercle ęquū fuit id tam cōſtāter nobis polliceri. In depoſitione q̄ppe obſidum liberatio urbis cōtineri debuit. Quā ſi uobis euertere fas eſt, queādmodū liberā aut ſuis legibus uti ſinitis. Hęc.n. habemus quæ priori ex fœdere, aut iis quæ a uobis adiūcta ſunt poſſumus dicere. Sin & ipſa nō admittitis uniuerſa cōcedamus. Verū ꝙ infelicibus reliq eſt defleamus ac p̄cemur.

Via deprecatio.

Magna nobis depcãdi copia ob maloꝝ ineſt inuidiã. Per urbis igitur uenuſtatẽ, oraculis deoꝝ cõditã, ꝑ gloriã eius lõge patentẽ ac uulgatã, ꝑ nomẽ quod uniuerſa in terra notũ eſt, ꝑ ſacra quoꝝ in ea ingẽs copia, ꝑ deos qui nihil impie i ſꝗ egerũt, depcamur ne eoꝝ celebritates, põpas, ſolẽniaq́ʒ eripiatis nobis aut defunctoꝝ monumẽta quod impiũ eſt, cũ nihil ab his paſſi ſitis, uelitis auferre. Et ſi qua uobis ineſt pietas, miſeremini eoꝝ qbus una migrare opus eſt, parcite diis penatibus, parcite foro & plateis, parcite deoꝝ tẽplis cæteriſq́ʒ oibus quę cõſuetis iocũda ſunt atq; honeſta. Quid Carthaginẽ metuere ulterius opus eſt, cũ arma, naues, elephantos qbus oẽs adeo inuidẽt ipſi teneatis? De habitatione aũt & ſi id depcari fas eſt, hoc certe admirandũ uidetur homines mari aſſuetos ad mediterranea uelle traducere, quoꝝ infinita multitudo in mari opatur. Dabimus.n.qđ æque ualeat rẽ nobis cariorẽ, uobis aũt glorioſiorẽ, urbẽ noſtrã. Quę cũ nullius mali cauſa ſit, immunẽ eſſe ſinite, nos aũt quocũq́ʒ inhabitare uultis, eo mittite. Sic.n. hominibus aduerſi eritis, non ſacris, neq; diis, ſepulchris ue aut urbi innocuæ, pietatis uero & clemẽtiæ gloriã ſup oẽs aſſequmini, & in iis q̃ felicia nobis accidẽt moderationẽ ueſtrã oſtẽdetis, qđ in omni uictoria cõtinue a uobis obſeruãdũ eſt, ne Iouẽ cęteroſq́ʒ deos quos Carthago adhuc habet, aliquãdo in uos filioſq́ʒ ueſtros irritetis, neq́ʒ optimã famã ueſtrã i nos abiiciẽtes tã immẽſo ſcelere ad audiẽdũ graui, ad agẽdũ grauiore q̃ a maioribus ueſtris omni ſeculo iauditũ ſint, iſignẽ gloriã ueſtrã maculetis. Pluria qdẽ iter Grecos & barbaros iuicẽ fuere bella pluria ẽt. a uobis ad alios geſta ſunt o Romani, neq́ʒ tamẽ ab ullo gẽtiũ urbẽ funditus fuiſſe euerſã fama ẽ. Ante pugnã cohibuere manus arma filioſq́ʒ tradidere, & ſi q̃ alia inter

Legati urbẽ offerũt.

Bella pluſrima inter Græcos et Barbaros.

homines mulcta ſit ultro ſibierũt,fœdera,deos,fortunã humanã,& quæ fœlicibus rebus admodũ uerenda eſt,indignationẽ nobis pponẽtes. Rogabimus igitur uos ne ſecũdis nobis affluentibus nobis inſultetis,in calamitatibus ueſtro noſtris quæ intolerabilia nobis ſint iponere uelitis. Indulgere qppe nobis ni urbẽ cõceſſeritis legatos denuo noſtros ad Senatum mittere,prop ea depcari breuitatẽ huius ſpacii facile uidetis, quod nobis ob futuri euentũ in tam modico tam ingens tormentũ affert,uobis autẽ æque in tuto eſt ſiue nunc, ſiue paulopoſt quod uidebitur efficere quod piũ & humanũ nobis fuerit cõceſſiſſe.Hæc Hanno.At cõſules loquẽte adhuc eo ſatis mœſtitiæ cũ illis haud q̃q̃ pdeſſe poſſent, cœpiſſe uiſi.Silentibus iterũ ipſis Cenſorinus in hũc modũ fari orſus. De iis quæ Senatus in nos cẽſuit quid ulterius loq opus eſt o Carthaginenſes? Edixit aũt & ita facere neceſſe eſt,neq aduerſari nobis licet quo minus ea exequamini quæ uobis iniuncta ſunt.Hæc.n.ut hoſtibus edicimus noſtris, quæ ſolum effari opus eſt.Deinde ut fiant cogere, ex quo utilitati cõmuni cõgruũt,fortaſſis & ueſtræ. Magis tamẽ hæc uobis o Carthaginẽſes cõducere arbitror, quod & rationibus nitar oſtẽdere,ſi ſuadere facilius eſt q̃ cogere.Hoc mare quod uobis adeſt principatus & poteſtatis antiquæ memores cõtinue extollit,& ad rapinas incitat,& ab illis in has deducit calamitates. Siciliam cũ per ipſum aggreſſi eſſetis, ob id ipſum amiſiſtis.Inde in Iberiam claſſe proiecti prouinciam cœpiſtis,inter quæ ipſa fœdera negociatores depredati noſtros potiſſime ut ſcelus tegeretur mari obruiſtis quoad de-

Athenienſes. prehenſi Sardiniã mulctæ pœnã tradidiſtis.Eandẽ porro inſulam per mare eripere tentaſtis.Sic.n.in mari degẽtibus a natura datum eſt ut aliqd maius ſemp affectẽt ob operũ oppor tunitatẽ

portunitatē celeritatēq; uehendi, quod & Athenienſes cum
nauibus operā dare cœpiſſēt ad ſummū extulit, eoſdēq; ſub
uertit. Maritima quidē negociātibus uidentur ſimulia. Quæ
cum augeantur plærūq; cito tamē decidūt. Scitote igitur il
los de quibus uerba feci cum imperiū ad Ioniū uſq; protu
liſſent, ac Siciliā non prius a cupiditate habendi deſiuiſſe,
q̄ principatū amiſiſſēt, portus, naues hoſtibus dediſſent, p̄ſi
diū intra urbē recepiſſēt mœnia poſtremo tam ingētia ſolo
equaſſent, & ipſi mediterranei quodāmodo effecti eſſent,
quæ res plurimū illis ſalutis attulit, Stabilior q̄ppe in medi
terraneis uita eſt o Carthaginēſes agricultura.ſ.ſollicitudoq;
laboꝝ. Minora fortaſſe lucra firmiora certe ac periculoꝝ ex
pertia multo magis, quæ ab agricolis q̄ quę a negociatori
bus ſolēt experiri. Omnino mihi ciuitas quæ in mari ſita eſt
naui magis, q̄ terræ aſſimilis uidetur eſſe, magnā in ſe nego
tioꝝ continens fluctuationē. Quod autē ex telluris frugibus
carpitur, ſecurius ut in terra fit, p̄pterea & priſcoꝝ regna
ut plurimū a mari longe aberant, ob idq; in maius excreue
runt Medoꝝ, Aſſirioꝝ ac Perſaꝝ aliorūq; q̄ plurimoꝝ. Cæ
terum de regnis in præſenti dicere omittā, quæ nihil a uo
bis differre uiſa, ad Libyā ueſtrā referte oculos. Cuicūq; fi
nitimi eſſe uolueritis, p̄ nos licebit fore, ut obſtātē aliq̄n uo
bis aſpectū memoriāq; maloꝝ, quæ adeo moleſte fertis, poſ
ſitis aduertere ne cū mare ſcaphis uacuū intueamini cōtinuo
nauiū multitudinē, quę uobis adeſſe cōſueuerat, cogitetis, aut
ſpolioꝝ quę abſtuliſtis, aut portuū in quos adeo ſup̄be delati
eſtis recordemini. Quid aūt hęc intra mœnia exercituū re
ceptacula, aut equoꝝ & elephantoꝝ ſtabula, aut horreoꝝ
diſpoſitiōes, ob id cōdite aliud mētibus ueſtris ſuggerunt, q̄
dolores & incitationes quaſdā ad ea redeundi cū licuerit.

Stabilior i mediterraneis.

Paſſio hæc quidē cōſueta mortalium, præteritæ ſorti; ſemper reminiſci ad eāq; reuerti poſſe ſperare. Maloꝝ uero medicina quā optima eſt obliuio, quā neutiq̄ aſſequi fas eſt ni locū mutaueritis, cuius rei argumētū in promptu eſt, quod cū fœdera nobiſcū inieritis, ſacra uiciſſim libaueritis, principatus tamē cupiditate in nos irruiſtis armati, quaſi imperiū nobis irrepturi cōtinue tēpus obſeruantes. Oportet aūt & ciuitatis ueſtræ & portuū huiuſmodi ac naualiū obliuiſci, mœniūq; ueſtroꝝ in exercituū formā modūq;. Quid.n. hoſtibus captis ulterius parcere opus eſt? Sin principatui ſincere ceditis, nec uerbo magis q̄ animo dicitis, educite quæ ueſtra ſunt, nulla excuſatione ꝓpoſita, ꝑmittite inq̄ & opera oſtēdite, & in eā quā tenetis Libyā habitaturi cōcedite ab hoc mari longe diſtantē, neq; excuſationē addideritis ſacroꝝ uos miſereri, penatū, fori, ſepulchroꝝ quæ imobilia & certa ſunt, ſed ad illa cū libuerit accedentes ſacra facite, cętera euertemus. Nō qdē naualibus ſacra fiunt, nō mœnibus litatur. Penates uero templa alia foraq; quæ in ea ad quā migrabitis, erigetis, ſtatim patriā uobis reddent, quēadmodū ex Tyro alias ꝑfecti in Libyam ueniſtis, & hæc olim acqſita nūc patriā dicitis. Breui deniq; ſermone hæc a nobis diſcite, quæ neq; furentes uerum ſtabiles & cōcordes & cōmuni bono cōſulentes dicimus, Nū uos recordatio ſubit. Albanę urbis, quā neutiq̄ inimicā uerū matrē & altricem noſtrā relinquentes, nō ut furentes ſed ut cōditores cōmunis utilitatis prōptis animis Romā tranſtulimus, quod utile fuiſſe credimus. Cæteꝝ ſunt uobis mercenarii plurimi mari degentes. Hoc quidē notiſſimū nobis eſt, quā libenter mari cōtamini. Diſpoſitionem igitur locoꝝ & electionem quā ampliſſimā habetis. Non.n. procul a mari incolere ſed per octoginta ſtadia abeſſe imperamus. Nos quippe

Rōa a mari diſtās ꝑ centum ſtadia.

qui hæc edicimus per centũ ſtadia diſtamus a mari. Locum nobis quocũq; libuerit eligere conceſſimus, in eoq; liberos & imunes degere ueſtris legibus, hoc eſt quod in primis uobis propoſuimus ſuis legibus degentem immuneq; Carthaginem dimiſſuros eſſe, ſi nobis parueritis. Non enim aream in qua urbs ſita eſt. Carthaginem putamus eſſe. Hæc effatus Cenſorinus loqui deſiit. Carthaginenſibus aũt ob mœſtitiã ad ea nihil reſpondentibus iterũ fari cœpit. Quæ ſuadentẽ & hortantẽ dicere oportuit abũde dixi. Quæ uero ſenatus imperat facere neceſſe eſt, & ſtatim quidem facere. Abire igitur, legati enim adhuc eſtis. Sic ille. At hi a lictoribus expulſi ſuturam urbis ſortẽ prænidẽtes uelle loqui iterũ dixerũt. Ita introducti fari incipiunt. Inexorabile mandatũ ueſtrum innuimur, neq; enim legatos Romã mittere cõceditis, ad nos aũt redire non ſperamus, ſed a ciuibus interdicendum opprimi. Precamur igitur non pro nobis quidem, cũ omnia exequi parati ſimus, ſed pro urbe ipſa Carthaginis ſi fas eſt tantis obſtupefactam malis, has erũnas perferre poſſe, ut ad illam propius claſſem propellatis, quoad nos iter noſtrũ recedentes facimus, ut hæc ipſi audientes ciues, atq; intuentes, quæ nobis impatis, ſi potis eſt cõpelli queant. Ad hæc.n.nos neceſſitas adduxit, ac fortuna, ut ad inſerendã patriæ noſtræ claſſem ipſimet nos cogamur deprecari. Hæc cũ dixiſſent legati receſſerũt. At Cenſorinus qnqueremibus uiginti prouectus in altũ haud longe ab urbe claſſem ſiſtit. Interim legati hi quidem a uia currentes declinare, multi ſilentes mœſtiq; præire. Carthaginenſes partim e mœnibus legatorũ aduentum opperiri, morantibuſq; illis ultra modũ angi comaſq; laniare, partem aduentãtibus obuiam prodire moræ impatientes & quæ afferrent ſcire properantes. Cum aũt triſtes tacitoſq;

Alia Carthaginẽſiũ oratio.

intuerentur, facies ſibi ipſis cōtundere lamentariꝗ; cœpere. Nonnulli inuicem progreſſi ut quęꝗ ſibi amicū offendiſſent ad eū diuertebant. Sed cum rogantibus ipſis nihil reſponderēt, ueluti in dubia clade circūuēti flere nō ceſſabāt. Quod audiētes ii qui in mœnibus conſtiterant, cōſono reclamabāt fletu cū nihil intelligerent, ſed tanꝗ manifeſto oppreſſi malo trepidarent. Cū ad portas uentū eſſet, modicū cū illis ambulantes, cū turmatim accurriſſent poſt modicū eos reliquere. Cū hoc unū eis retuliſſent ſenatores, quam primū ad eundos eſſe. Tunc autem ab illis diſcedentes expectabant, quidā audiendi cupiditate ducti ulterius prodibant. Cū prætoriū ingreſſi eſſent ſenatores ſtatim plebem abegere, ipſiꝗ; in conſilio ſoli remanſerūt reliqua multitudine foris expectāte. Legati itaꝗ; in primis conſulū mandata referre incipiūt, ad quę ſenatorꝝ acclamatio ſecuta eſt. Qua audita populus q ab extra ſteterat cœpit reclamare. Addidere pręterea legati quā multa illis dixiſſent, quæ æqua forent referētes, ac rogantes ut legatos Romā mittere liceat. His audiſtis ingens ſilētium ſecutū eſt, rei quippe finem expectabant, populus quoq; ſilere cœpit. Cū autē intellexiſſent nihil legatis cōceſſum eſſe adeo in fletū ac clamorē effuſi ſunt, ut populus accurreret, omniꝗ; imenſum luctus reſonaret, quēadmodū in bacchanalibus myſteriis nouas quaſdā lugendi formas & ignotas Menades dicuntur afferre. Hi conſultorꝝ taciturnitatē in dandis obſidibus reprehēdere, & ut inſidiarꝝ principes hincinde diſtrahere. Nōnulli eos qui arma dari cenſuiſſent, palā criminari. Plæriquæ legatos ut malorꝝ nuncios uerbis inceſſere, quidā per urbem diſcurrere. Alii Italos qui apud eos adhuc erāt, ut inopino ꝑiculo deprehenſos atꝗ; indicto, uarie torquebāt pro armis, obſidibus, cęteriſq; ſe ulciſci ꝑdicātes adeo

ut fletu,ira pauore atq; indignatione tota adimpleretur ciuitas,perq; angiportus diſcurrētes cariſſimos quoſq; uocare,& ad tēpla tanq̄ in aſyla cōfugerent,deos criminātes quaſi ſibi ipſis impotentes ad ferendam opem. Erant qui armamētaria ingreſſi deflerēt,armis uacua intuentes, alii naualia ratibus deſtituta lugerent, tanq̄ infidelibus conceſſa uiris, Nonnulli elephātorū ueluti præſentiū nomina inuocarent,parētes ſuos ac ſe ipſos increpantes.Decētius.n.illis fuiſſe aiebant, ſi neq; elephantos neq; naues,neq; arma aut tributa, pendentes cū patria ſimul uitā amiſiſſent.Maxime aūt ad iram illos cōcitabant obſidū matres quæ ueluti tragicæ quędā hermes fletibus & eiulatibus uniuerſos adorſæ puerorū traditionē quaſi abiectionē quandā ſuorū deplorabant,eorū cauſa uindictā ab iis ſumere deos clamitantes.Cū aliquātū quieſiſſet furor,portas occludi,mœnia pro catapultis ſaxis impleri imperāt.Senatus quoq; eamet die bellū ſuſcipiendū eſſe decreuit ſeruiſq; bellū ſuſcipiendū eſſe decreuit,ſeruoſq; in libertatē uēdicari. Carthaginēſes ad defenſionē ſe pręparēt.

Imperatores ad id bellū duos elegerūt,Haſdrubalē.ſ.qui ad ea quæ foris fierent præſideret, quē antea ueluti hoſtē publice dānatū, nunc ad uiginti millia hominū ſecū adducentem imperatorē fecerant.Ad hūc præmiſſus quidam deprecari cœpit,ne patriæ iniurię memor eēt, in eāq; ſæuiret quinimo in extremo deſtitutā periculo iuuaret,ne ue ex neceſſitate offenſus ob Romanorū metū bellū in eos uerteret.Vrbanis autē rebus alterū prefecere ducem Haſdrubalē Maſſiniſę nepotem.Ad conſules porro delegant qui dierū triginta inducias poſceret quo ad legatos ſuos Romam mitterēt.Repulſi igitur ab his,adeo in admirabilem mutationē uehemētēq; ſublati ſunt audaciā,ut quæcūq; prius pati decreuerint quā urbē derelinquere.Fiducia quoq; ex mutatione repleri

cœpere, ſicut opificia oĩa, negotia publica ac ſacra ceſſarent, & ſi quid aliud maius fieri ſolitũ deſineret, mulieres æque ac uiri die noctuq; nulla interpoſita qete operi intenderent frumẽto p̃ partes diuiſo & ad menſurã tradito. Eo modo clypeos centũ ſingulo die, enſes trecẽtos, catapulticas mille, ſagittas iacula quoq; & lanceas quingentas cuderent, catapultas quo ad potis eſſet fabricarent. In edictis aũt eorũ raſere mulieres funiũ inopia. In hoc itaq; apparatu Carthaginẽſes ſe exercebãt.

Carthaginenſiũ diligẽtia tuẽda urbe.

At cõſules ſtatim qdẽ ne negligentia in difficile aliud opus laberentur, ſimul & urbẽ utcũq; libuiſſet ſuſcipere confiſi, præſtabãt adhuc deditionẽ eius ex inopia ſperãtes, ſatis arbitrati quẽadmodũ in aduerſis euenire ſolet, primũ quidẽ ciues cõtradicturos eſſe, procedente aũt tempore ex ratione diſſuaſos, metuq; ſuccũbere. Quæ Carthaginenſes quiſpiam animaduertẽs abũde ratus eos, iã timorẽ attigiſſe, auſus ẽ tã quã ob alia ingreſſus in mediũ afferre. Ex malis quidẽ quæ mediocria eſſent eligere eos oportere, q armis carerẽt. Hoc autẽ tã aperte ferente ſententiam Maſſiniſſa apud Romanos queſtus eſt, ac grauiter ferre uiſus, quod cũ ipſe Carthaginẽſiũ potentiã ad eorũ genua prior ſubieciſſet, alios litteris hinc inde diſcurrentes cerneret, nec niſi re perfecta quæ egiſſent referentes, quẽadmodũ prioribus in bellis ſæpe feciſſet. Reſpõdentibus aũt conſulibus, ut & ipſe uiciſſim auxiliũ afferret, tũc ſe miſſurũ eſſe ait cum indigere cognouiſſet, paulo deinde poſt cũ ad cõſules miſiſſet ſi quid opus eſſet ſe parãtũ fore. Cõſules ſuperbiã eius nõ ferentes, & ueluti iã inſaniẽti minus cõſidẽtes in hũc modũ reſpõderũt, Miſſuros ſe cum indiguiſſent. Exercitus uero cõmeatũ omni cura & diligentia parabantur, cũ ex ſolis dũtaxat Adrumento, Lepta, Saxo Vtica ac Chellis haberent reſidua qppe Libyæ Haſdrubali

parebāt, ex quibus Carthaginenſibus cōmeatū ſuggerebat. Paucis deinde elapſis diebus cōſules Carthaginē uerſus mos uere copias, ad prælıū inſtructi. Erat aūt ciuitas uaſto quodā in ſinu & magno ſita Cherroneſo maxime aſſimilis. Collum eius a mediterraneo primū inſurgit, & per qnq; ac uiginti ſtadia in latitudine extenditur. A collo prǽterea zona quǽdā in longitudine anguſta, dimidii ſtadii potiſſimū latitudinē tenens ad occaſum uergit inter ſtagnū & mare media, ſimplici muro per ſcopulos munita. Quæ aūt ad meridiē ſpectāt & ad mediterranea ubi & Birſa ineſt ſupra colliū triplici muro clauduntur. Hor̄ quilibet altitudinē triginta cubitor̄ habet, turribus & propugnaculis exceptis, q̄ p̄ duo iugera diſtātes, quaternis teſtis diſtiguūtur, in profundum triginta pedes demiſſi, duobus tectis aſſurgūt, & ipſo quidē cōcauo ac cōtecto inferius trecēti ſtabulabātur elephāti, in quibus horrea quǽ cibaria eor̄ ſeruarent adiūcta erāt, equor̄ deinde ſtabula ſuperius cōdita quater millium facile capacia, & pabuli hordeiq; uiciſſim repoſitiones. Præterea uiror̄ receptacula uſq; ad uiginti milliū peditū, equitū quater millium numerū. Hi apparatus belli tempore, præſertim in ipſis muris continebātur. Angulus porro ultra lingulā illam a muro ad portū flectebatur, debilis admodū ac humilis, quē a principio neglexerāt. Stagna aūt adinuicem nauigabilia & ex ipſis exitus in mari amplius, cuius latitudo pedū ſeptuagita fuit. Hūc cathenis cohibebāt ferreis, primū quidem negotiatoribus patens. In eo funes uarii ac denſi ad cōtinendas rates. Interius uero inſula in medio ſita, & ipſa non mediocribus a ſtagno ſcopulis diuidebatur. His naualia īteriecta erāt, quæ uiginti ſupra ducētas, naues cōtinerent. Horrea porro nauibus ſupim poſita ad triremiū apparatus. Colūnę Ionicę duę ſingulis pro

Cōueniens reſpōſio Romanor̄ ad Maſſiniſā.

minebant nauiũ receptaculis in porticus ſimilitudinẽ inſulæ aſpectũ ſtagniq́ referentes. Supra inſulã naucleri tabernaculum conditũ, ex quo tuba ſignũ dari ſolitũ, & tubicẽ proloqui cum opus foret, & nauclero undequaq; liber eſſet intuitus. Adiacebat inſula iuxta exitum & extendebatur maxime, ex qua nauclerus uniuerſa pelagi facile conſpiceret. Ad nauigãtibus neutiq̃ interiorῳ aſpectus q̃q̃ acute intuẽtibus patebat, neq́ a negociatoribus ſtatim naualia uideri poterant. Nam murus duplex illis prominebat, & ianuæ quædã quæ negotiatores a primo portu in urbẽ non ad naualia deferrent. In hunc modũ Carthaginenſiũ ciuitas eo tẽpore ſe habebat. At conſules opus inter ſe partiti copias in hoſtes mouent. Manlius a mediterraneis ſupra collũ foſſam repleturus ferebatur, ut breui murῳ qui illi imminebat & ab illo altiora mœnia inuaderet. Cẽſorinus parte alia ſcalas e terra mari aduehebat ut anguli quę debiliora uiderẽtur mœnia occuparet, amboq; ueluti inter inermes pugnaturi graſſabãtur donec nuper armatis obuiãtes inopina uirorῳ multitudine deiecti repellũtur. Et hoc primũ illis cõtigit urbẽ metu ſuſcipere cõfiſus. Cũ autẽ denuo ad pugnã rediiſſent denuoq; pellerẽtur. Carthaginẽſes animos attollere cœperũt. Cõſules itaq́ Haſdrubalẽ ueriti qui poſt ſe haud magno iteruallo ſupra ſtagnũ caſtra habebat exercitus ambos uallo muniuit. Cenſorinus prope ſtagnum ac ſub ipſis mœnibus, Manlius ſupra collũ ad uiam, quæ in mediterraneis uergit, inſederãt. Munitis caſtris Cenſorinus ut ad conficiendas machinas materiã quereret per paludem uectus quingentos ad id minus electos, ingentẽq́ armorῳ copiam amiſit. Hi milcone improuiſo e Carthagine occurrẽte, cui Phameas cognomẽ fuit, nõnulla tamen lignorῳ parte aduecta machinas ſcalaſq́ fabricatus eſt. Quibus perfectis cõſu

Conſules Carthaginem oppugnant.

Clades Romanorῳ.

les ambo ad oppugnādā itē⁊ urbē rediere, uiciſſimq́ ab inſultu repulſi ſunt. Mālius cū aliquantū operi incubuiſſet, ac modicū quid muninenti deieciſſet ab incepto deſiſtere maluit. Cenſorinus ſtagni particula prope zonam tellure obruta, quo liberius inſiſteret binas machinas arietibus inſtructas ingēteſq́ appellere cœpit, hāc quidē pręcedētibus tribunis ſex millia militū ducebāt, alterá remiges, præfectis nauiū hortātibus atq́ impellētibus. Cōtētione igitur ut inæquali ac parili opere inter minores primoſq; uiciſſim exorta tādē murus ab imo corruit, interioraq; uideri cœpta ſunt. Carthaginenſes ut illos ab opere auerterent quæcunq; per diem cecidiſſe uiderent, nocte reparabant. Qua non ſufficiente ad peragendū opus cū ob id ipſum timidiores effecti eſſent, ueriti ne Romani denuo urbi machinas afferrēt, ad hoſtiū caſtra impetu feruntur, quidā armis inſtructi, plurimi inermes lampades accenſas manu quatientes ſic, ut magnā eo⁊ partem igne abſumerēt, nec tamen accurrētes Romanos præuenire licuit. Cæte⁊ inutilia multa relinquētes, in urbē reuertūtur. Illuceſcēte deinde die Romani qua murus corruerat, nōdū firmiter refectis mœnibus inuadunt, urbēq́ ui ingredi conantur. Cāpus enim interius ad pugnam accōmodus late patebat. In hoc Carthaginenſes armatos primū á frōte conſtituunt. Poſt eos uero inermes lignis lapidibuſq́ inſtructos, plurimos quoq́ ſuper imminētes domos collocarāt, qui hoſtes ingreſſos inuaderēt. Romani ad pugnā magis incēſi quaſi ab inermibus deſpicerentur, audacius in eos ferebantur. Scipio aūt qui poſt modicū Carthaginē uicit, ob eāq́ rē Africani cognomē meruit, tribunus militū ea tēpeſtate maxīe addubitare cœpit. Cohortes itaq; ſuas in plures ptes diſtribuit, eaſq; ex interuallo in muro ſtatuit, Romanos quoq́ ī urbē ire pro

Sollicitudo Carthaginenſium.

Laus Minoris Africani.

hibebat. Exeũtes uero & ab hoſtibus impulſos, q̄ undiq; illis
inſurgebãt recipiẽs ab ipetu ſeruabat. Quæ res plurimũ glo
riæ ſibi attulit, cũ impatore ſuo prudẽtius illis cõſuluiſſe ui-
deretur. Extat. n. de hac re ipſius epiſtola. At Cẽſorinus cũ
exercitũ infirme degẽtẽ ſupra ſtagnũ imobile aquæq; dirio-
ris ac mœnibus editis ad quæ a mari nullæ ꝑflarent auræ
diu tenuiſſet tandẽ in altũ ſe cõtraxerat, ibidẽq; naues in an
choris habebat. Id cõſpicati Carthaginẽſes cũ uẽtus flare cœ-
piſſet, naues ſarmẽtis ac ſtipulis refertas ſub ipſa mœnia ad-
ducũt, deĩde ignorãtibus Romanis in bellũ ꝓuocãt. Illi mo-
dicũ flectẽtes fere in cõſpectu aderãt, cũ ſulphur ac picẽ ſu
pra naues effundũt, demũ uela uẽtis implantes, ignẽ ſcaphis
iniiciũt, quæ uẽti uiolẽtia & ignis impetu in Romanoꝝ ra-
tes delatæ ſubito incẽdũt, oĩſq; pene claſſis uno momẽto cõ
flagrare cœpit. Nõ multo poſt Cenſorinus Romã ad comitia
ꝓfectus eſt. Qua ex re Carthaginẽſes ſolito audacius Mãlio
inſultabãt, nocte hi q̄dẽ armati plurimi inermes aſſeres in
uicẽ ferẽtes caſtroꝝ foſſis iniicere, alii uallũ aſcẽdere tẽta-
bãt. Romãis igitur noctis timore ꝑterritis Scipio ꝑ eas por-
tas, q̄ lõgius a ꝓlio aberãt, cũ eq̄tibus accurrit. Ab his Car-
thaginẽſibus inuectus adeo cõterruit, ut relictis caſtris i ur
bẽ denuo redire cogerẽtur. Quo egregio facinore pacto ſe-
cũdo Romãis ſalutẽ i nocte trepidãtibus ꝓſtitiſſe Scipio ui-
ſus eſt. Ea ex cã Mãlius exercitũ munire diligẽtius cœpit, mu
ro ãte uallũ addito. Præſidiũ ꝓterea nauale ad cõmeatus cu
rã a mari ipoſuit, ipſe ad mediterranea cõuerſus peditũ de-
cẽ millibus, eq̄tũ uero duobus millibus regionẽ depopulaba-
tur, ligna, pabulũ, cõmeatũ oẽm in caſtra deferebat. Ducebãt
ãt cõtinue eos q̄ frumẽtatũ mittebãtur tribũi, unus iuxta aliũ
iſequẽtes. Veꝝ Phameas Libycoꝝ ꝓfectus nuꝑ ãt ob pugnã

factus audacior, cũ eq̃s puis & agilibus & gramine tm̃mõ
paſci ſolitis uteretur, q̃bus famẽ aut ſiti pati cũ oporteat, pfa
cile eſſet in ſiluis deliteſcẽs ac cõuallibus iopine pabulãtes
aggrediebatur Romanos & ueluti aq̃la quædã iſultãs, ac ſu
binde fugiẽs, depdabatur. Scipionẽ aũt deducẽte nuſq̃ cõpa-
rebat, is.n. pedites i ordinẽ diſpoſitos, eq̃teſq; paratos in prõ
ptu habebat, in metẽdo aũt nõ prius ordines diſſolui patie-
batur q̃ campũ in quẽ eundũ eſſet occupaſſet peditibus eq-
tibuſq; muniſſet, & ipſe cũ aliis eq̃tũ cohortibus pſens aſti-
tiſſet qppe q̃ militũ quoſcũq; ex ordine aut circulo exeũtes
grauiter punire ſolitus eſſet. Itaq; Phameas cum illo cõgredi
neutiq̃ audebat. Qua ex re Scipionis gloria dietim augeba Tribunorum
tur. Quod cæteri inuentes tribuni p inuidiã illi detrahere inuidia.
quaſi amicitia inter Scipionẽ & Phameã uſq; ab auo pſeue
rante nõ ceſſabãt. Libycis aũt ad oppida, ac munitiones quę
plurimæ apud eos ſunt cõfugientibus reliq̃ tribuni p indu-
cias eũtes aggredi ſolebãt. Scipio aũt ad domos eorum demit
tebat. Itaq; nõ prius ſe q̃ſq̃ cõponere audebãt q̃ Scipio ac-
ceſſiſſet, tanta illi uirtutis, ac fidei opinio breui etiã apud ho
ſtes creuit. Redeũtibus igitur a pabulatione Romanis, Car- Opinio uir
thaginẽſes nauiũ cuſtodiã inuaſerant. Clamor quoq; uarius tutis & fi
ac multiplex in ciuitate audiebatur ciuibus ad tumultũ cõ- dei.
clamãtibus Mãlius cũ ſtrepitus cauſa ignoraret, copias intra
uallũ cõtinebat. Scipio cohortes metu territas aſſumẽs accẽ
ſis facibus præire iubet, neq; p noctẽ hoſtibus cõgredi, cę-
terũ cũ igne hic inde diſcurrẽtes multitudinis ſpeciẽ præ ſe
ferre metũq; aduerſantibus incutere, quoad Carthaginẽſes
duplici errore cõpulſi in urbẽ refugerũt, quod Scipionis pro Laus Sci-
bitati pariter aſcriptũ fuiſſe cõſtat. Erat igitur omniũ in ore pionis.
cũ quid ſtrenue agendũ eſſet, quaſi ſolus Paulo patre a quo

Macedonia dicta erat, ſolus Scipione, in cuius familiã trãſlatus fuerat dignus eſſet. Manlio autem ad Nepherim contra Haſdrubalẽ proficiſcẽte Scipio admodũ angebatur animo, cum per rupes, ac conualles & excelſa quæq; iter faciendum eſſe uideret. Cum uero per tria ſtadia ab Haſdrubale abeſſent, ac per fluuiũ quandã tranſitus ad eũ eſſet faciendus, addubitare, & de redim conſiderare cœpit quaſi alio

Salubre cõſiliũ.

tempore & ordine in Haſdrubalẽ eundũ eſſet. Cæteris autem tribunis per æmulationẽ aduerſantibus, & molliciem eius non conſiliũ eſſe dicentibus ſi in conſpectu hoſtiũ cederent, cum fugã arbitrati, ſtatim illis a tergo adeſſet, iterum ſecundo eos monuit, ut exercitũ ante flumen ſiſterent, ut ſi forte pellerentur tutos receptus habere poſſent, cũ fugæ nullus illis aliunde ſupereſſet locus, quod dictum riſu proſecuti ſunt, quodã etiam ex tribunis enſem abiicere per iram minitante ſi non Manlius uerũ Scipio eſſet imperator. Tranſgreſſus eſt igitur Mãlius. q̃q̃ ad bellũ neutiq̃ expertus eſſet, cui ſtatim Haſdrubal ex aduerſo occurrit. Cædes utrinq; magna exoritur. Haſdrubal intra uallũ receptus nihil ad-

Romanorũ ſtrages.

uerſi ſubire poterat. Solũ abeuntes opperiebatur Romanos quos aggrederetur. Hos cum errati ſui pœniteret redire incipiunt. Cum fluuio appropinquaſſent & in ordinẽ tranſire ob uadi anguſtiã aſperitatẽq; non poſſent, ex neceſſitate ordines confundere coguntur, quod animaduertẽs Haſdrubal ſumma alacritate eos aggreſſus, plæroſq; fœda ſtrage cecidit nullis inuicẽ ſibi auxiliãtibus & in fugã uerſis. Ex tribunis tres occubuiſſe conſtat ex iis qui ducem in primis ad præliũ hortati fuerant. Scipio ad trecentos eq̃tes quos ſecũ habuit, cæteris additis quouſq; in unum colligere potuit, in duas diuiſit acies, eaſq; in hoſtes emiſit celeri curſu p par-

tes iaculantes. Sic. n. illis edictũ fuerat, ut pars nũc inceſſe ret, pars reuerteretur, & continue iacula emittẽtes ſe inui cem ueluti circulo quodã cõmutarẽt. Quid cum illi aſſidue & ſine interuallo facerent Libyci in eos conuerſi in Sci pionẽ ferebãtur, ac diſcedentes Romanos minus inſeſtabãt, eoq; modo flumen tranſire ꝑmittebãt, cum interim Scipio continue adequitans in eos depugnaret, inter hæc quatuor Romanoꝝ cohortes belli principio ab hoſtibus diuiſæ, a flu uio ad tumultũ quendã confugerãt, quẽ Haſdrubal obſidere cœpit. Ea res prius ꝗ in caſtra redirent Romanos latuit, mox animaduerſa uehemẽter terruit. Nõnullis quidẽ fugiendũ ui debatur, nec uniuerſos paucoꝝ cauſa periculo ſubiicere. At Scipio manifeſte eos docuit in inchoãdis rebus conſilio & prudẽtia uti oportere, ꝑiclitantibus, ut optimis uiris auda cia & quidẽ admirabili utendũ eſſe. Ipſe nõnullis equitũ de lectis cum illis in caſtra redire, aut læte cum cæteris occu buere uelle pollicitus duoꝝ dieꝝ cibariis aſſũptis iter per agit, uniuerſis de reditu eius deſperãtibus. Cum ad tumulũ in quo milites obeſſi erant ꝑueniſſet, aſcenſum quendã ante tumulũ prominentẽ curſu ſuperat, ſic ut una dũtaxat uallis inter illum & hoſtes intercederet. Tunc uero Libyci ob ſeſſis acrius incũbere, inuicẽq; ſignificat neutiq̃ Scipionẽ ob itineris difficultatẽ ſuis auxiliũ afferre poſſe. At Scipio cum primũ radices utriuſq; tumuli, uallẽq; interiacentẽ contẽpla tus eſt nulla interpoſita mora ꝑ eã in hoſtes fertur. Qui ſta tim ab utraq; parte circũdati in fugã uertũtur. Sed cũ ſuos numero excederẽt Scipio libere abire paſſus. Sic ille milites obſeſſos trepidãtibus reliqs ſaluti reddidit. Quẽ ut cæteri a longe uenientẽ inſperatũq; cum ſociis ſaluũ adeſſe uident, ingẽti uociferatione, ac lætitia excepe uenientẽ, deũ quendã

Victoria Scipionis.

auxiliũ illi ferre rati, quẽ etiã Scipioni eius auo futura ſæpe-numero annũciaſſe fama erat. Mãlius igitur ad exercitũ ur-bi proximũ reuerſus mulctã illis cõminatus eſt, qui Scipioni in reductione copiaꝝ parere neglexiſſent. Mœrẽtibus cun-ctis ob defunctoꝝ funera potiſſimũ cum tribunos inſepultos iacere ꝑmoleſte ferrent. Scipio ex captiuis quendã liberari & ad Haſdrubalẽ mitti iuſſit, qui iuſta illis ꝑſonis poſceret. Ille corpora ſcrutatus ex annulloꝝ forma cũ tribuni aureis, reliqui uero ferreis uterẽtur annulis, ſepulturæ tradidit, ſiue quod humanũ, cõmuneq; cũ hoſtibus id eſſe crederet, ſiue quod Scipionẽ iam tum ueritus potiſſimũ obſequi illi cuperet. Romanis ab Haſdrubale redeũtibus, Phameas ex ipſa clade cõterritis occurrit, quos alia ex parte Carthaginẽſes ciuita-te egrediẽtes inuadũt, ac nõnullos uaſa ferẽtes interficiunt. Inter hæc Senatus qui intelligerẽt, quiq; omniũ diligẽtiſſi-mã curã haberẽt in exercitũ mittũt. Quãobrẽ Mãlius cæte-riq; primores, tribuni ꝑterea depoſita omni inuidia exerci-tuſq; uniuerſus ob res a Scipione feliciſſime geſtas teſtimo-niũ uirtutis eius reddiderũt. Legatis igitur Romã reuerſis cũ prudentiã eius retuliſſẽt, exercitũq; in illũ inclinare pa-lam dicerẽt. Senatus admodũ gauiſus eſt. Sed pleraq; baud ꝓſpere eueniſſe cogitãti, ad Maſſiniſam legatos mittere ui-ſum qui illũ hortarẽtur ſtrenueq; ad bellũ in Carthaginẽſes excitarẽt. Verũ ille ſenio ac ualitudine cõfectus iacebat, qua ex re a legatis haud adiri potuit. Habebat aũt is filios plu-res & qdẽ nothos, qbus multa impẽderat, legitimos uero tres cęteꝝ ad opa male cõcordes. Qua ex re Scipionẽ ueteris cũ illo atq; auo beniuolẽtiæ memor quaſi regni, ac filioꝝ cõ-ſultorẽ futuꝝ acceſierat. Ad quẽ Scipio cum proficiſceretur Maſſiniſa pauloãte aduẽtũ iam morti ꝓximus filiis mãdaſſe

dicitur, ut Scipiõi obſequerẽtur. Ipſum.n.inter eos cõpoſituꝝ oia. Quibus dictis uita exceſſit uir ad oia fortunatus, ac felix cui regnũ deus paternũ a Syphace & Carthagineſibus ereptũ habere conceſſit, adeoq; extulit, ut a Mauruſiis q ab oceano ſunt, ad Cryneos uſq; in mediterraneis ꝓpagauerit impiũ. Mãſueſecit & nationes plurimas Numidaꝝ ꝑcipue quæ ob agriculturæ negligẽtiã pabulo aſſueuerãt. Theſauros pecuniaꝝ ingẽtes, ac exercitũ armis expñiſſimũ reliqt. Inimicoꝝ ꝑcipuũ Syphacẽ manu ſua cœpit. Carthaginenſiũ ꝑterea cũ Romanis diſſenſionis auctor impotẽtes ad reſiſtẽdum illis reddidit, a natura corpore eximio, ac robuſto uſq; ad extremũ fuit ſenectutẽ, ꝑliis ad ultimũ uitæ diẽ opã attendit, equũ ſine ephippis ſolitus inſcẽdere. Maxime aũt in hoc fortitudinẽ ac uiuacitatẽ eius licet cõtẽplari. Nam cũ filios plures habuiſſet, pluresq; amiſiſſet, ultima tñ ſenectute minorẽs habuit, puerũq; quadriennẽ quomodo nõagenarius ipſe cum cæteris reliqt. Hac igitur corporis habitudine, & ætate ꝑditus Maſſiniſa ceſſit e uita. Scipio poſt hæc filiis nothis plura cõtribuit, legitimis uero theſauros reddituſq; cõceſſit, ac regiũ nomen in cõmune habere uoluit, alia quoq; prout libuit inter illos æque partitus eſt. Micipſe igitur natu maiori cui pacis ſtudiũ in primis curæ fuit Cyrtam urbem & quæcũq; regia in ea eſſent, habere conceſſũ. Geloſſo militaribus artibus edocto, qui ſecũdus ab illo fuit, pacis belliq; poteſtas pariter tributa. Maſtanabæ qui minor natu fuerat, & iuſtitiæ fauebat plurimũ quæ dubia inter populos forent adiudicare datum. In hunc modũ Scipio regnũ ac Maſſiniſæ ſubſtantiã inter filios diuiſit. Geloſſum in ſocietatem belli ſecũ duxit. Quo auctore Phameæ inſidias quibus Romanos dietim affligebat potiſſimum auertit. Proficiſcentibus

Maſſiniſæ filii.

Cyrta urbs.

aliquādo Scipione & Phaema p crepidinē quandā quæ uaſtam in medio & inacceſſibilē uallem contineret, ita ut ſe inuicem aggredi nō poſſent ueritus Scipione quis anterius inſidias apponeret, præcedēs cum tribus dūtaxat cūcta rimabatur. Quod aladuertēs Phameas, cum unico ex ſuis proceſſit obuiā. Ratus igitur Scipio illū qppiā loqui uelle unico & ipſe comitatus acceſſit. Cum appropinquaſſet ut ſe inuicem audire poſſent, Carthaginenſes.n.pīuerat, cur inqt Scipio de ſalute tua non cogitas, qui de cōmuni non potes cogitare? At ille. Quæ ſalus mihi futura eſt Carthaginenſiū rebus ſic ſe habentibus, Romanis autē tot mala a me ppeſſis? Tum Scipio polliceor inqt qui fidus & idoneus ſum ueniā tibi apud Romanos & gratiā non defuturā. At Phameas cū annuiſſet digniſſimū omniū te iudico inqt, & an poſſibile id ſit, haud quaq̄ te latere arbitror. Quibus dictis ambo receſſerunt. Manlius cum ob cladē ab Haſdrubale acceptam uehemēter erubeſceret, denuo ad Nepherim mouit exercitum quinq; & decē dierū cibariis aſſumptis. Cum loco appropinquaſſet caſtra poſuit, uallūq; foſſa muniuit. Sed cū nihil neceſſariū omitteret attamē expaueſcere, ac trepidare uiſus ne abeūtibus Haſdrubal a tergo inſtiteret. Cū in hoc trepidationis eſſet nūcius ex Geloſſi exercitu epiſtolā Scipioni defert. Qua accepta ſicut erat obſignata imperatori oſtendit. Soluentes hæc interius ſcripta inueniūt. Hæc ipſa die ego ad locū illum ueniā. Tum cum qbus placuerit, accedito & cuſtodibus impera, ut ad ſe uenientē noctu accipiant. Erat autem ſine nomine epiſtola, & hæc ſolū continebat, ex quo Scipioni uiſum eſt, eam a Phamea emiſſam eſſe. Ob id Manlius de Scipionis ſalute dubitare cœpit, ne qua fraus tegeretur ab homine q īſidiarū omniū eſſet peritiſſimus.

Tandē

Tandē mittere uiſum eſt, ut Phameæ fiduciā ultro offerret gratiā aūt nullā impartiret, uerū quæ honeſta eſſent relatu= rum ſe & Romanos facturos eſſe diceret, ſed neq; relatione opus fuit. Cum primū.n. Phameas in conſpectū Scipionis ue nit pro ſalute ſua ſatis illi fidere profeſſus eſt, gratiā autē Ro manis linquere. Hæc fatus poſtera die ſe ad pugnā cōparat, ac cum cæteris ducibus in mediū ſpaciū profectus, quaſi cō ſultationē facturus aliam, ſic ad eos inquit. Si patriæ auxi= lium adhuc afferre licet paratus ad hoc uobiſcū ſum. Sin ita ſe habet ut nūc habet mihi quidē proprie ſaluti uidetur con ſulendū. Eidē ipſe cū pro me ſumpſero, & pro uobis qui mihi credideritis aſſumā. Tempus.n. eſt quæ cōueniētia ſunt eli= gendi nobis. Hæc ille. Ex ducibus autē nōnulli cum iis q eos ſequebātur ſtatim defecerūt, fuereq; oēs ducēti ſupra duo mil le eqtes. Hos & Hanno qui Leucus cognominabatur imita= tus eſt. Redeūti igitur Scipioni exercitus cū Phamea occur= rit, & ueluti triūphantē lætis clamoribus ꝓſecuti ſunt. Mā= lius præter modū exhilaratus cum iter nō amplius difficile arbitraretur, nec Haſdrubalē metu tertiū ulterius uētuꝝ pu taret, a tergo tandē ob neceſſitatē recedere cōpellitur. Septi mam.n. ſupra decimā agebat diē, cum quintā ultra decimā cogitanti agere, tribus in reditu diebus abeundū eſſet, fa= meſq; patienda. At Scipio aſſūptis Phamea & Geloſſo, cæte riſq; ſub eo militibus, nōnullis porro Italicoꝝ pmiſſis ad cam pum pceſſit, quē Magnū Baratrū incolæ appellāt, ingentēq; uim frumenti & cōmeatus cū exercitu p noctē attulit. Sex tiēs deinde Manlius Calphurniū Piſonē ſucceſſorē ad ſe pro= ficiſci in magiſtratu. Scipionē una cum Phamea Romā mit= tit. Quod aiaduertentes milites ad nauē cōcurrere. Scipio nem laudibus extollere, & ut impator ad eos in Libyā re=

Verba Phameæ.

uerteretur optare, quaſi ſolus Carthaginē eſſet euerſurus. Re ſiduus.n. adeo Scipio ille eiectus uidebatur cui gloria delē dæ urbis eius deberetur, qđ plurimū ab exercitu domeſticis ſuis Romā pſcripſere. Senatus igitur Scipiōe collaudato Phameā xeniis cōdonat plurimis purpurea ueſte & fibula aurea equo phaleris ornato, aureis & iſignibus uiciſſim armis. Ad hęc argēti drachmarū decē millia & minas cētū pariter argēti cōtulit, maiora q̃ꝗ dare pollicitus tabernaculū, & apparatū illuſtrē addidit. Eo modo donis auctus atq; exornatus cū belli reſiduū pro Romanis ſpopōdiſſe agere in Libyam, ad exercitū reuerſus eſt. Iuit & Calphurnius una conſul, & cū eo Lucius Mācinus claſſis præfectus, q Carthaginēſibus & Haſdrubali minime cōgreſſi ciuitates circūibāt. Hi cū Aſpidā terra mariq; oppugnātes obtinere nō poſſēt, alterā haud lōge ab ea ſitam, Piſo cæpit diripuitq; hoſtiliter, q̃q̃ ad fœdera uenire poſtulātē. Ab hac ad Hippargetā pficiſcitur urbē magnā, quę mœnibus arce, & portu, nec non nanalibus inſignis ab Agathocle Syracuſanorū tyrāno iſtructa media iter Carthaginē, & Vticā cōdita fuerat, cōmeatūq; ad Romanos aduētātē mari depdabatur, qua ex re ſūmas cōpararat diuitias. Itaq; Calphurnius q̃ primū de ea ſe ulciſci ſtatuit, opeſq; & lucrū tollere. Aeſtatē deide oēm immoratus cū nihil pfeciſſet qppe bis excurrētes hippargetæ Carthaginēſibus opē afferētibus machinas eius igne aſſūpſerūt. Tādē repulſus Vticā in hiberna rediit. Carthaginēſes cū Haſdrubalis exercitū inſupabilē ſibi adeſſe cernerēt, ac ſe ipſos lōge ſupiores ea pugna quæ ad Hippargetā cū Piſone habita fuerat aiaduertent. Bithiā pterea quēdā octigētis cū eqtibus a Geloſſo ad eos cōceſſiſſe. Micipſā & Maſtanabā Maſſiniſę filios, Romanis illi arma pecuniaſq; pollicētibus nihil aſſētiri uerū cūctari, &

Carthagis nēſiū uana fiducie.

quę futura eſſet præuidere uelle, animis elati uniuerſam Libyã ſuſcepturi ferebantur. Multa itaq; enormia, atq; nefanda hincinde p urbes in Romanos ṗdicãtes, ad eo℞ impotẽtiã cũcta referebãt. His addebãt quæ his cũ illis cõtigiſſent, quã turpiter ad Hippargetã, & ad ipſam deniq; Carthaginẽ ſeſe habuiſſent, quã ṗſidiis, armiſq; deſtitutã obtinere nequiſſet. Miſere deinde ad Micipſam & Maſtanabã & eo℞ cõplices Mauruſios, q eos hortarẽtur edocerẽtq; Romanos denuo illis bellũ illaturos eſſe. Miſere & in Macedoniã alios ad eũ quẽ Romanis aduerſantẽ Perſei filiũ plerięq; credidere ad bellum incitantes. Nõ.n. pecunias, aut arma a Carthaginẽſibus illis defutura referebãt. Quippe iam armis inſtructi atq; ornati haud minimũ de ſe ſentire uidebãtur, ue℞ audacia & apparatu paulatim creuerãt. Auctus erat & ṗ partes Haſdrubal regiõi ṗfectus ob Mãlii errata, urbiſq; principatũ aſſumere feſtinãs Haſdrubalẽ illi ṗſidentẽ Geloſſi cõſobrinũ, in ſenatu cõuiciis adorſus erat q̃ſi urbẽ Geloſſo eſſet traditurus. Quo ſmone in mediũ ṗlato cũ ille, ut inſperato uehemẽter trepidaret, ciues uerberibus eum affecere, ſubiecereq; ſedilibus. Romæ aũt nũciata Piſonis clade, cũ Carthaginenſiũ apparatus uiciſſim referrentur populus triſtari cœpit uehemẽterq; trepidare. Creſcẽte enim in dies bello quod omniũ maxime, ac difficillimũ eſſet, urbiq; finitimum nullũ finem expectabant futurum. Itaq; Scipionis bella quæ tribunus adhuc in Libya geſſiſſet mente repetentes, eaq; præſentibus conferentes rebus, & quæ a domeſticis olim habuiſſet ex eo℞ litteris una recenſentes Scipionem conſulem facere inſtituunt, eumq; in Libya mittere contendunt, & iam comitia aderant. Scipioni uero conſulatum petere haud quocquã per ætatem ſinebant leges. Itaq; ædilitatẽ petere conſtituit.

Pſeudo Philippus.

Verũ populus ſtatim eũ cõſulẽ effecit. Quod cũ inique factũ uideretur cõſules illi legẽ protulerũt. At ciues rogare inſtare, demũ clamare incipiũt ex Iulii legibus, ac Romuli populum omnium eſſe principem, ac legũ quæcũq; ad ea pertinerẽt, ita ut creare ac deponere quoſcunq; uelit fas illi ſit. Tandẽ uno ex tribunis proclamãte creaturã a conſulibus auferẽdã eſſe ni populo placeret. Senatus ut legẽ exoluãt tribunis imperat, eamq; poſt annũ iterũ reſcribãt, quẽadmodũ Lacedæmonii in oportunitate feciſſe dicũtur, captiuorũ infamiã circa pylũ euitantes ad miſericordiã magis q̃ ad ſuppliciũ inclinãtes legẽ. Per hũc modũ Scipio ædilitatẽ petens cõſul creatus eſt, atq; eius collega Druſus de Libya poſt ipſum ſortiri iuſſit quoad unus tribunorũ in mediũ proferre auſus eſt. Præfecturæ quoq; iudiciũ ad populũ ſpectare. Scipionẽ uero populus elegit. Datus eſt itaq; illi ex ordine exercitus q̃tus ante interfectorũ affuiſſet numerũ datum, & uolentes quot ſuaderet e ſociis educere, nec nõ a regibus et urbibus quod ipſe ille probaſſet emittere licere populo Romano epiſtolas ad eos ſubſcribẽte, fuereq; quos ita acciperet a ciuitatibus & regibus. His itaq; diſpoſitis in Siciliam primũ. Ex Sicilia uero in Vticã claſſe appulit. Interim Piſo mediterranea obſidebat. At Mancinus partẽ muri Carthaginis aggreſſus quæ neglecta uidebatur, rupes quippe & aſpere & inuiæ undiq; emĩnebãt, cæteris quæ propiora uidebãtur deſtitutis, & incultis ſcalas muro latẽter apponit, urbẽq; per inſidias ingredi conantur, plæriq; militũ operam illi ſtrenue nauãtibus. Carthaginẽſes ſpreta eorũ paucitate portã quæ ad rupes deferebat, ultro reſerãt, ac celeri curſu in Romanos ferũtur. Romani cõtra in illos cõuerſi, fugiẽtes perſequũtur, unaq; cũ illis portã intrant. Sublato undiq; clamore, ut in uictoria mos eſt. Mã-

Poteſtas Scipionis.

cinus ingēti alacritate ad eos decurrit cum alioquin leuis eſſet, ac citus. Cęteri ſubinde naues ingreſſi Mancinū cōſequuntur, & ad mœnia delati clamore, ac uociferatione nudi inermeſq; bellãtur. Iã ſol ad occaſum uergebat cū muros oppugnarent. Neceſſariis itaq; deficiētibus Mãcinus nūcios ad Scipionē deſtinat, & Vticenſiū primores rogat, ut piclitanti ſibi opē afferãt, cibaria propere mittant. Et ille quidē exorta luce a Carthaginēſibus expulſus in diſcrimē facile adduci poterat. Scipio ueſpere Vticã applicuit. Circa mediam ue ro noctē quæ Mancinus ſcriberet edidicit. Subito itaq; milites tuba ad prælīū citari iubet. Porro quicunq; ex Italia cū eo mari acceſſiſſent a tubicine uocari. Adoleſcentes Vticorū qui p ætatē conuectare poſſent cōmeatū, ad naues ferre. Captiuū præterea ex Carthaginenſibus ſoluens demiſit qui annunciaretur Scipionē Piſoni in auxilū uenire, eqtes alios ſuper alios ad Piſonem mittens, qui eū propere accerſerent. Ipſe poſtrema uigilia milites educit admonitis ipſis ut cū hoſtibus propinqui eſſent erecti ſupra ſtramēta ut plurimū illis facies oſtenderēt. His a Scipione cōſtitutis Mancinus orta iam luce Carthaginēſibus undiq; inſurgentibus quingentos milites, quos in armis ſocios habuit duobus millibus q inermes extitere a frōte oppoſuit. Vulneratus igitur ab illis, & expulſus ſub ipſis muris deleri uidebatur, cū Scipionis naues in alto uiſæ terribili impetu in hoſtes aduētãtes armatis undiq; ex tãtibus refertæ. Carthaginēſes ex captiuis certiores facti Romanos inſperato auxiliū ſuis afferētes pperare, ſtatim ſubſtitere. Cedētibus ipſis Scipio milites piculo iã pximos nauibus excepit, ac Mancinū ſubinde Romã miſit. Aduenerat.n. illi ſucceſſor ab urbe Serras claſſi pfectus. Ipſe haud lōge a Carthagine ſubſtitit. Carthaginēſes ex muris per qnq; ſtadia

Mancini temeritas.

progreſſi ulterius nullũ iaciũt, ipſiq; in eo cõſtiterũt. Haſdrubal regiõis priceps & Bithias eqtũ pfectus peditũ ſex millia, eqtes uero mille, cura tẽporeq; ad bellũ inſtructos deducentes. Scipio cũ nullũ ordinẽ aut ornatũ militibus adeſſe cerneret, ue℞ ad inertiã, auaritiã, rapinaſq; ſub Piſone aſſuetos ad deteriora quæq; pcliues eſſe, multitudinẽ pterea nũdinato℞ illis cõuenire q pdæ cauſa audacioribus ſe iubẽte nullo ad rapinas cõmiſceret. Cũ lex militẽ ab auditu tubæ lõgius diſtantem in hoſtiũ referret nume℞, qppe cũ eo℞ errata exercitui aſcribi ſoleant. Quæcũq; aũt rapuiſſent alterius litis principiũ afferrent, multi nẽpe ſocios ob lucℜ cõtemnẽtes ad uulnera plagas & homicidia paulatim defluebant, ſatis conſcius neutiq ſe hoſtes ſupare poſſe, ni ſuis imperaſſet, oẽs in cõſiliũ uocari iuſſit. Ipſe editiori loco cõſtitutus his uerbis eos coarguiſſe dicitur. Ego qdẽ o uiri dũ ſub Mãlio imꝑatore uobiſcũ militãtẽ fidelitatis in uos meæ experimẽtũ pſtiti, q̃ nũc imperator repeto, q ad ultimũ uſq; ſuppliciũ puniẽdi uos ſi minus parueritis poteſtatẽ habeo, utile tñ exiſtimaui aliqd pręfari. Noſtis. n. quæ facitis & quæ me dicere oporteat, quo℞ erubeſco. Latrocinamini potius q̃ militetis, & fugitis, nõ caſtrametamini, & nũdinãtibus lucri cauſa nõ obſidẽtibus eſtis ſimiles, & delitias quęritis pugnantes nõdũ uictores effecti. Quid quæ hoſtiũ inſperato & breui ex quo dereliqui in tãtã creuere potẽtiam, & uobis labor ex facilitate dietim fit. Cauſas aũt ſiquidẽ in uobis ipſe diſcernerẽ ſtatim punirem. Ve℞ qa alteri potius adſcribo quæ in pſentẽ uſq; diem geſta ſint a uobis ptermiſſã. Venio ego nõ latrocinaturus cæterũ uictor futurus, nec ut pecunias cumulẽ ante uictoriã, ſed ut hoſtes prius ſuperẽ. Abite ab exercitu oẽs hodie qcũq; nõ militatis ſeparatim ab iis quos ſub me munere iſtituãt. Abeũ-

Lex militẽ ab auditu tubæ diſtãtẽ i hoſtiũ referebat nume℞.

tes uero nequaq̃ redire uelim niſi ſiq̃s cõmeatũ ferat, & hũc, qdẽ militare & exilẽ, qbus tẽpus diffinitũ adſit, in quo huiuſmodi diſponãt. Vẽditõis aũt eorũ & q̃ſtor & ipſe geremus curã. Et hæc militibus dicta ſint. Vobis aũt militãtibus unũ adſit mãdatũ in oibus cõmune opibus, meus. ſ. mos atq; labor. Ad hęc ſiqdẽ uos dirigentes neq; prõptitudine egebitis neq; gratia carebitis. Oportet aũt nos in iis defatigari, quibus ineſt piculũ. Lucrũ ãt, ac delitias i aliud differre tẽpus. Hęc ego & lex iubet. Fideliter itaq; ſe habẽtibus multorũ retributionẽ afferrẽt bonorũ, infidelibus uero pœnitẽtiã. Hæc fatus Scipio inutilium uirorũ turbã, & quęcunq; ſupuacua, uana, ac delitiis referta inerãt i medio ſuſtulit. Purificato exercitu, & ad diſciplinã redacto cũ prõptus ad exequẽda mãdata uideretur locũ latẽter aggreſſus eſt quẽ Magara appellãt, inſidiis bifariam appoſitis p nocte. Eſt aũt in urbe locus ſatis amplius Magara, q mœnibus annectitur. Adhuc una ex parte alios ex ſuis pręmittit. Ipſe ex altera cũ ſecuribus, ſcalis, ac uectibus p. xx. ſtadia ingenti ſilentio proceſſit, pceptis deſup qua maxime pximus erat inſidiis, uoceq; e muris reddita ipſe ecõtra primus & cũ eo reliquus exercitus cœpit reclamare. Qui aũt ab altera parte cõſtiterãt uehemẽtius extulere uocẽ, adeo ut Carthaginẽſes q̃ primũ terrerẽtur tot hoſtibus ſubito illis noctu in lateribus undiq; aſſiſtentibus. Circa muros uero q̃q̃ diligẽtiſſime cũcta rimeretur, nihil pfecit. Erat forte priuati cuiuſdã turris, ac deſtituta extra muros, cuius altitudo mœnia æquabatur. Per hanc adoleſcens quidã audacter euectus eſt. Ab hac ad muros emiſſis haſtis per interuallum ligna aßereſq; appoſuere, per quæ ad murũ decurrentes ad Megara uenerunt. Inde perfractis portis Scipionem recepe runt. Ille cum quatuor millibus ingreſſus eſt, ac ſtatim fuga

ueluti reliqua occupata urbe a Carthaginenſibus citiſſime in Byrſam facta, uoxq; multiplex audita clamantium, ac nõ nullorũ captiuitatis, & tumultus fieri cœptus eſt, ſic ut foris caſtrametãtes relicto uallo una cũ cæteris in Byſam ſe conferrent, Scipio cũ Megaræ locũ anguſtiorẽ intueretur, arboribus umbroſis obſitũ, rubis præterea ac uepribus & ripis aquæ ꝓfundioribus uariis, difficillibuſq; repletũ eſſe uereri cœpit, ne exercitui inſequẽti inuiũ, ac difficile iter redderetur potiſſimũ cũ ꝑ ignota cõmeandũ foret, ſi quæ noctu inſidiæ adeſſent, ſubito itaq; regredi inſtituit. Cũ uero illuxiſſet dies. Haſdrubal Megara a Romanis occupata ꝓmoleſte ferens captiuos oẽs, quos ex illis cœpat ſupra murũ ſtatuit eo uidelicet loci quo maxime a ſuis uideri poſsent, ibidẽq; uariis affecit ſuppliciis. Nam eorũ aut oculos, aut linguas, aut neruos, aut pudẽda uncis ademit ferreis, nõnullis ſoleas erasit, digitoſq; abſcidit, aut reliquã corporis cutem ſuſtulit, & ſpirãtes adhuc e muris appendit oẽs quo Carthaginenſes in Romanos perpetuo irritaret odio, ſolãq; in bello ſalutẽ ſpes illis anteferret, uerũ aliter, ac putarat euenit. Nã his p̃ceptis Carthagineſes operũ prauitate deterriti, ex audacibus timidi effecti ſunt, & Haſdrubalẽ ueluti ſalutis uiã, eis ꝑcludẽtẽ odere. Præcipue aũt ſenatores illi acclamare, & ut crudelia, ac ſupba meditãtẽ inter tot domeſticas clades increpare nõ ceſsabãt, q̃ ex cã nõnullos ſenatorũ aggreſſus occidit, ob idq; iter oẽs formidabilior effectus id tyrãnidẽ magisq̃ ad impiũ aſpirare uidebatur, quaſi in hoc dũtaxat ſtabilitatẽ habiturus ſi a multis timeretur, ꝑꝑ quæ incõmunicabilis apud oẽs hẽri cœpit. Scipio hoſtile uallũ qđ i arce primũ fugiẽtes reliq̃re ſuccẽdit. Iſthmũ aũt oẽm circũcapiẽs a mari uſq; ad mare foſſa uallauit ꝑ ſagittę iactum diſtãs ab

Ingreditur Scipio Carthaginem.

Obſidio Carthaginis a Scipione.

hoſtibus, quod opus ꝑ.v. & .xx. ſtadia ꝓduxit a frōte cū cōtinue foderet, atq; pugnaret. Perfecto ope alterā pariter eduxit foſſā, haud multū a prima illa diſtantē, q̄ ad mediterranea ſpectaret. Duas p̄terea prioribus ꝑſimiles illis addidit, ita ut quadrāguli formā uniuerſum opus uideretur obtinere. Has ſudibus undiq; acutis p̄muniuit lignis in crucē ductis, reliquas porro firmauit muniuit quæ uallo, e q̄bus intra urbē eēt intuitus, & ꝑ.v.ac.xx. ſtadia muro ſepſit, cuius altitudo exceptis ꝓpugnaculis, ac turribus, quę muro adiacebant, duodecim pedes ſuꝑgreſſa eſt. Profunditas ſupra dimidiū altitudinē excelluit. In medio turris editior fundata fuit, & ſupra ipſam ꝓpugnaculū e ligno quadrāgulū, ex quo uniuerſa quæ fieret in urbe facile ꝓſpiceret. Hæc ꝑ uiginti dies totidēq; noctes facta ſunt laborāte exercitu & ꝑ uices operante atq; pugnāte, neq; cibo, aut ſomno indulgēte admodū. Quo facto intra uallū exercitū deduxit, fuitq; ea pariter & militū caſtrametatio, & in hoſtes circūſeſſio in ſpaciū deducta, in qua reſidens ipſe cōmeatū oēm q a terra ferebatur Carthaginēſibus adimeret. Cū excepto dūtaxat ſuꝑiori collo cętera Carthaginēſiū introcluſa eſſent, & exinde fames, ac malorꝝ cā ſumpſit initiū. Nā multitudine ex agris in urbē cōfluēte, neq; egrediētibus ullis ꝓpter obſidionē, neq; negociatoribus ob bellū ad eos cōmeantibus cū ſolū ex Libya, & id modicū, ſuꝑaſſe cōmeatus, minimū ēt ex mari cū tranquillū eſſet, ueheretur, quē aūt a terra cupiebāt maximo ꝑiculo laboreq; ꝑciperent, fames uehementius urgere cœpit. Erat Bythias q̄dā p̄fectus eq̄tū apud illos. Is cū ad ferendū cōmeatū iāpridē miſſus, neq; clanculū accedere, neq; Scipionis uallū ſuꝑare ui poſſet cōmeatū a lōge circūuectū ſcaphis q̄buſdā paruis īponebat. Inſurgētibus aūt urbi Scipionis

nauibus,neq; cõtinue ac cõiunctim ſubſiſtere ualentibus iu
xta urbem ipſam ob undarꝝ fluxus,& ſcopulis refertũ mare
Carthaginẽſibus potiſſimũ in muris cõſiſtẽtibus, & undarꝝ
impetu e petris concutiente naues Bithiæ onera,& quęcũꝗ
negotiatores lucri cauſa contuliſſent uim uenti e pelago ex
pectãtes,tenſis uelis in portũ ferebãtur,triremibus minores
rates ob celeritatẽ ueli neutiq̃ haud quaq̃ ꝓhibere,aut aſſeq
potentibus. Verꝝ & id modicũ erat, nec niſi uehementiore
uẽto e mari ſubuectari poterat. Quicqd ꝑterea id eſſet Haſ
drubal triginta millibus quos bello elegerat contẽptis reliqs
ſolis diuidebat, qua ex re fames acrius ꝑmebat urbẽ. Id cũ
aiadnerteret Scipio nauigationẽ quæ a portu ad occidentẽ
uergit,nec multũ diſtat a cõtinẽti inhibere ſtatuit. Aggerẽ
itaꝗ in mari ꝑ lõgũ cœpit a zona quæ ſtagni in medio mu
riſꝗ cõſtituta lingua dicebatur. Progreſſus deĩde in pelagus
& ad exitũ uſq;,directo aggere ſaxis ingẽtibus dẽſiſq; fir
mauit,ne alluuie undarꝝ ſolueretur opus. Fuit autẽ latitudo
aggeris a ſupiori parte quatuor & .xx. pedũ. In ꝓfundũ uero

Carthaginenſiũ magnanimitas.

ꝑ quadruplũ inixa fundamẽto Carthaginẽſibus qdẽ a princi
pio irriſio quædã fuit eius opis quaſi in longũ ac multo uix
tꝑe habituri finẽ,ac qđ uix ꝑfici poſſet. Incũbẽte mox exer
citu uniuerſo,neq; dies,aut noctes ab oꝑe ceſſãte ob rei ma
gnitudinẽ admiratio in timorẽ uerſa eſt. Itaꝗ artificiũ aliud
e cõtraria portus regiõe meditati,pelagi in medio qua nullo
lã molẽ ob ꝓfunditatẽ uiolentiãꝗ uentorꝝ educi cõfidebãt,
effoderãt,mulieribus,ac pueris una laborãtibus. Incœꝑe ãt
interius,ac admodũ latẽter & ſimul naues ex uetere mate
ria,triremes qnqueremeſq; formarũt nihil prõptitudinis,aut
audaciæ omittẽtes,adeoꝗ oia occulta tenuere,ut ne captiui
qdẽ Scipiõi qcq̃ de hac re manifeſte fari poſſet. Ceterꝝ ſtre

pitũ perpetẽ intra portũ diu noctuq; ſe audiſſe diceret, cui aũt utilitati id eßet nequaq̃ intelligere, quoad oĩbus in unũ cõparatis Carthaginẽſes ex oriẽtis parte aperuere portũ, ac nauibus qnquaginta triremibus qnqueremibuſq; iſtructi ce loces myoparones aliaſq; q̃plures minores educentes rates horrẽdã explicauere aciẽ, Romanos uero & os portus ſubito apertũ, & claſſis in ipſo exitu celeriter emiſſa adeo cõterruit, ut ſi Carthaginẽſes eorũ naues ꝑperã aggreſſi eſſent cũ illi ueluti obſidẽtes incurioſẽ degerẽt nullis, aut nautis, aut remigibus eo tẽpore aſſiſtẽtibus, facile eorũ claßẽ delere potuiſſent. Verũ Carthaginẽ a Romanis capi neceſſe erat. Tũc igitur ut ſe oſtẽtarẽt tm̃mõ mouere claßẽ, ac ſupbe hicinde diſcurrẽtes in portũ reduxerũt. Tertia poſthac die ad pugnã cõſtiterũt. Romani naues, ca teraq; diſponẽtes illis occurrere. Clamore igitur ac uociferatione ab utraq; parte uehemẽter editis cũ remigũ, ac gubernatorũ prõptitudo militũq; audacia ubiq; emineret, & in hac dũtaxat pugna, & Carthaginẽſiũ ſalus & Romanorũ uictoria pẽdere uideretur, cõtinue ꝑ diẽ plagæ uulneraq; multipliciter iter utroſq; facta ſũt. Pugnãtibus illis plereq; Libycorũ rates, quę forma iferiores ſcaphæ appellãtur Romanorũ nauibus maioribus in uectę, ac ſubmiſſius illis diſcurrẽtes ꝑrus iſeſtabãt, guberna cula remoſq; abſcidebãt, aliaſq; ꝑterue i eos factitabãt ob fugiẽdi prõptitudinẽ celeritatẽq; redeũdi, quoad die i ueſpã uergẽte Carthaginẽſibus retrocedere uiſũ ẽ, nõ q̃ ꝓlio ceſſiſſent ſed ut i ſequẽti die feruẽtius ſe ad pugnã cõpararẽt, qua ex re miores rates i fugã uerſæ, nauigãdi prõptitudie ſeipas iplicãtes, aditũ clauſere portus. Ob id a maioribus ſubito ꝑ uẽtę, cũ ꝑgredi nõ poßẽt aggerẽ petiere fuga. Ibi locus ãte mœnia haud ãguſtus fuit, i q̃ negociatores onera depõerẽt,

uerum ingruente bello ſuper imminētibus muris in breuiorem redactus formā ne in amplo aliquādo morarentur hoſtes. Ob portus igitur inopiā ad aggerē delatę Carthaginēſium rates conuerſo impetu Romanos infeſtabant, ac hoſtes circūnauigātes, hi quidē a ratibus, nōnulli ab aggere, alii autem e muro depugnabant. Romanis uero & nauigatio leuis erat, & pugna pfacilis conſiſtentibus illis. Cum autē retrocederent ob nauiū conuerſionē, quo maiores erant eo grauiores difficilioreſq; reddebātur, ſic ut illis ſimilia ſæpe paterētur. Cum. n. ſe converterent a Carthaginēſibus ſtatim hinc inde diſcurrentibus ferro petebātur, quoad quinq; Sidetorū naues quæ ob Scipionis beneuolentiā eum ſequebantur hoc modo cœpere pugnā. Ex ingenti quippe interuallo, anchoras mari iniiciebant inde longiſſimis funibus annexe, in hoſtes ferebantur. Cum autem ſe illis miſcuiſſent iterū funes proſecutæ, & in puppes conuerſæ ad ſuos remeabāt, demū roſtro prouectę in hoſtes iterū per puppes retro trahebant. Quod cum a cæteris perſpectū eſſet milites Sidetorū morā imitati facillime inſequētes hoſtes repellebāt. Id præliū nocte intermiſſum eſt. Carthaginenſiū naues quotquot reliquæ illis ſuperfuerāt arrepta fuga urbē repetūt. Scipio exorta luce aggerem aggreſſus cum debile admodū eſſet munimētū, quod portui imminebat arietibus machiniſq; adhibitis partē deiecit muri. Carthaginēſes q̄q̄ fame multiplicibuſq; affligerentur malis, nocte mœnibus erumpūt, Romanorū machinas inuadunt, non terra quidē progreſſi cum nulla adeſſet uia, neq; nauibus cum mare omni ex parte teneretur, uerū nudi facibus extinctis, ne a longe uiderentur, aut præueniri poſſent eo modo mare ingreſſi quidā ad ubera funibus incicti, quidam nantes ptranſibāt, inde ad Romanorū machinas delati

ignem ſuſcitant. Cunq; omnibus conſpicui iam eſſent utpote nudi multis affligebantur plagis, multos & ipſi uulnerabant audacia freti, Fuere ex omnibus qui telorũ, ac enſiũ mucrones in pectoribus ferentes, ac uultibus a pugna non ceſſarent in modũ ferarũ inter uulnera ruentes quoad machinas ſuccendere igne, ac Romanos pepulere. Turbatis omnibus ex inſultu ſtrepituq; qui per uniuerſum effundebatur exercitum, cum trepidatio qualis antea nunq̃ fuiſſet depugnãtibus nudis Scipio turbatus equo accurrit, ſuoſq; niſi a fuga ſiſterent humi proſterni, ſtratoſq; iuſſit interfici, qua ex re plurimi in exercitu ex neceſſitate ſaluati ſunt, ac ꝑpetuã noctem armati ꝑegerũt, inſultũ ac deſperationẽ ueriti hoſtiũ. Illi ſuccẽſis machinis ſubinde in urbẽ ſeſe referũt. Orta luce Carthaginenſes cum ab hoſtibus non amplius infeſtarẽtur, machinis murũ qui ceciderat denuo reficiũt, turreſq; ſuper ipſum cõplures ex interuallo ædificãt. Romani alias interim erexere machinas, aggerẽq; ex aduerſo turribus inſtituunt, faces præterea ex ſulphure, piceq; cõponentes in hoſtes emittũt. Cunq; nõnullas ſuccendiſſent aures fugiẽtes hoſtes ſubinde perſequuntur. Verũ cruore, ac linio madefacta tellus haud inſtabiles ſuſtinebat greſſus qua ex cauſa ab inſecutione ſponte temperabãt. Scipio aggerẽ adeptus omnẽ, foſſa circũſepſit murũ quæ ex lapidibus eduxit, neq; finitimum hoſtibus, neq; longo ab illis diſtantẽ interuallo. Cũ autem foſſam murũq; erexiſſet, quatuor millia militũ in eo ſtatuit qui hoſtes depugnãtes, neq; iacula, aut ſagittas multi facerent. At illi ex aduerſo conſiſtentes e muro propellebant. Eoq; modo æſtas inter utroſq; conſumpta eſt. Incipiente hyeme Scipio cum plurimos illa in regione Carthaginẽſibus fauere, & auxilia ab iis ſummitti uideret, ꝗprimũ eos delere

Obſidio difficilior.

ſtatuit. Miſit itaq́ʒ hincinde ad illos coplures ex ſuis ipſe. Nepheri uerſus in Diogenē qui Haſdrubali fauebat per ſtagnū profectus. C. Leliū terreſtri itinere ire iubet. Cum Diogeni ad duo ſtadia, proximus eſſet, caſtra diſponit, relictoq́ʒ ibidē Geloſſo qui Diogeni obſiſteret ipſe Carthaginē reuerſus eſt, ac modo ad Nepherim modo ad Carthaginē quæ fierent, cuncta pſpiciēs uertebat greſſus. Turribus duabus ad Nepherim in medio collapſus Scipio applicuit, ac mille electos milites Diogeni a tergo in īſidiis locat, tribus millibus a frōte cōſtitutis, cū quibus & ipſe qua turres ruina prociderant aſcenſum capit, non multitudine ſtipatus, uerū per partes, ac cuneatim deducēs agmina ne priores ui deiecti ſubſequētibus aliis in fugā abire poſſent. Cum clamore, ac ſtrepitu cūcta reſonarēt Libycis in pugnā cōcurrentibus cæteri, qui a tergo inſtabāt quēadmodū imperatū illis erat aduertēte nemine, aut id ſuſpicāte uallo inſiliūt, ac ſtatim q iterius aderāt, Libyci pcepta re in fugā abeūt cū multo plures ꝙ quos inſpicerēt arbitrarētur adeſſe hoſtes. Geloſſus altera ex parte Numidarꝝ multitudine, & elephātis comitatus in eos fertur, plurimoſq́ʒ fœda nece pſternit. Ad ſeptuaginta .n. millia hominū cum inutilibus cæſa dicūtur, decem millia capta, ad quatuor millia fuga euaſiſſe. Capta eſt ab exercitu Nepheris poſt duos & uiginti dies ex quo obſideri cœpit a Scipione cum hyemis tēpore in algenti regione multa grauiter ppeſſus eſſet, quæ res potiſſimū illū ad capiendā Carthaginē uidetur erexiſſe. Nam exercitus cōmeatū hoſtibus ademerat, & in caſtris aduentātes Libyci fiduciā pſtabāt. Tum autē eo ſuſcipiente & reliqua Libyæ locū in militū ſuorꝝ uenere poteſtatē, quæ aut difficulter ſuſcepta ſunt. Et iam cōmeatus Carthaginēſibus deeſſe cœperat, & nihil ex Libya quę iam

Stratagēma.

Ingens uictoria.

alterius ditionis erat, aut aliũde nauibus cõuectari poterat: ob bellũ ipſum, ac temporis ſtationẽ cũ hyems eſſet. Oriente uere Scipio Byrſam aggredi, & portũ qui Catoni dicitur expugnare inſtituit. Quod pſentiẽs Haſdrubal noctu partẽ Cotoni quæ quadrangula erat ſuccẽdit igne, ratus Scipionẽ ſubinde inuadere. Verũ cõuerſos in bellũ Carthagineſes Lelius a tergo latuit, qui per ambitũ cotoni circũuectus altera ex parte in eos ferebatur. Sublato clamore, ut in uictoria mos eſt, nõnulli trepidare, quidã ſpretis hoſtibus aſcẽſum ui petere contendũt ligna, machinas, aſſereſq; p interualla ſtatuentes. Verũ non idem uitiũ aut animi cuſtodibus aderat, corporibus famẽ languẽtibus. Itaq; ab impetu ſtatim defecerũt. Capto circa cotonũ muro cõmeatũ ppe exiſtẽtẽ Scipio intercepit. Veſpera ingruẽte cum bello fatigatus nihil ãplius molliri poſſet, cũ oibus pernox in armis cõſtitit. Illuceſcente die alios denuo armatos ad quatuor nullia nũero accerſit. Hi templũ Apollinis ingreſſi eius ſtatuã, quæ ex auro fuit, templũ auro illitũ mille talentorũ põdere inuadũt, porro ſecuribus aggreſſi prædã militibus diuiſere qui una aderãt, deinde ad opus redeũt. Scipioni Byrſam ĩprimũ inuadere mẽs fuit. Nam is munitiſſimus totius urbis locus erat, multiq; in eum cõfugerãt. Tribus autẽ itineribus a foro in Byrſam peruehẽtibus cũ frequẽtes adeſſent domus, ac tectorũ undequaq; domicilia penderẽt ab extra, Romani primis ædificiis ſolo æquatis, loca, capiunt ab iis ad finitimas tranſeuntes ædes. Cum illis quoq; potiti eſſent, ligna aſſereſq; per angiportuum interualla iaciunt, deinde in his ueluti per pontes greſſus dirigunt. Erat igitur atrox prælium, alterũ cum iis qui ſuperius immĩnebant tectis, alterum cum iis qui inferius per uicos ferebantur. Inde ſuſpiria gemitus uoceſq;

Carthagineſiũ fames ultima.

Templum Apollinis.

reſonabāt,uariæ cædes paſſim iacētiū repleuerāt omnia,cū quidā inter manus cæſi,quidā uiuentes adhuc,a tectis præcipites in terrā lapſi inter gladios & erecta pila figerentur.Nemo tamen ignē immittere auſus propter eos qui tectis inſidebāt quoad Scipio Byrſam ingreſſus eſt.Tūc uero tribus itineribus palā diffuſum eſt incendiū, ac continue quod igne cremabatur ulterius iter apire ac diffūdi in maius iubebat Scipio quo facilius per uicos diſcurrens liber ꝑmeare miles,uerū ex hoc atrocior mali prodibat facies. Igne etenim cūcta ꝑuaſtante,& in latū fundente uires ciuiū domos quod cōtigue inter ſe forēt ignē aduertētes ſponte diruebāt ex quo ſtrepitus multō maior audiebatur in urbe cum una cum lapidibus frequētes in medio corruerēt mortui, uiuēteſq; ſenes maxime mulieres atq; pueri qcūq; intra ædiū penetralia cōpulſi,pauore latitabāt, & hi partim uulneribus oppleti,partim ſemiābuſti miſerādas emittebāt uoces.Alii ab īmenſa altitudine delapſi inter lapides,lignaq; cadētia igne torridi & in uarias procidētes formas mēbratim ſpargebātur,neq; tamen finis mali in is erat. Fabri qppe & qcūq; ſecuribus & dolabris exercitu iter faciunt, iacētes telorū mucronibus auulſos quoſdā defunctos,quoſdā etiam uiuētes in quæq; telluris cōcaua,ut lapides lignaq; proiiciebāt atrahētes potius q̄ uoluētes ferro.Erant aūt foſſorū replemēta homines,& hi quidē in caput prouoluti eminētibus ſupra palpitabant cruribus,alii pedibus immerſi extātia proferebāt,qbus equi ſubinde diſcurrētes collis capitibuſq; facies,cerebrūq; proterebāt,non ſpōte quidē,cum ob feſtinantiā fabri inhumatos reliqſſēt.Et iā bellici laboris finis ac uictoriæ gloria adeſſe uidebātur,& militū ſollicitudo ac tibicines undiq; ſtrepētes tumultū cōcitabāt.Tribūi porro & delecti ex oībus ꝑ ordies

Atrox incendiū.

Spectaculū horrendum.

diuiſi ac

diuiſi ac diſcurrentes continue urbē ingrediebātur ob ſtſlio nantiā quæcunq; illis occurriſſēt haud multifaciētes, quod per ſex dies totidēq; noctes uaſtantes urbē effecere. Permu tatis interim ordinibus ne ꝑpetua uigilia aut labore occiſio ne ue aut aſpectu rerū horrendaꝝ defatigarentur milites. Aſſiſtente prǽterea Scipione imperatore, & plerūq; omiſſo ſomno hincinde diſcurrente, ac uix cibū ullū capiente quos ad labore deſeſſus in ædito conſedit quæ geſta fuerant ex or dine diſcernēs omnia. Vaſtatis plurimus cum abūde mali ab illis peractū uideretur ſeptima die nōnulli ad eum conati ꝑfugere Aeſculapii ritu ſerta ſuſtinētes. Erat aūt eius in arce templū præ cæteris illuſtre atq; opulentiſſimū, ex quo ſup plicationes afferentes Scipionē rogare incipiunt ut iis qui e Byrſa excedere inſtituiſſent, ſalutē indulgere uellet, quod ille exceptis transfugis cōceſſuꝝ ſe pollicitus eſt, ſtatimq; ad quinquaginta millia uiroꝝ ac ſimul mulieꝝ e Byrſa exceſſerūt reſeratis muri anguſtiis, quas iuſſit cuſtodiri. Quicūq; aūt Ro manoꝝ transfugæ qui ferme noningēti fuerant, deſperata ue nia in Aeſculapii templū confugere omnes, cum Haſdru bale & uxore duobuſq; filiis ex ea uirilis ſtirpis, & ab illo q̄q̄ pauci eſſent, ob altitudinē templi aſperitatēq; rupis prō ptiſſime pugnabāt. Citra pacem tamē ꝑ gradus ſexaginta ab eo deſcēderūt. Sed cū fames, uigilia, pauor, laborq;, ac mali propinq̄tas eos domuiſſet, templo cedentes intra penetralia eius ac pinaculū aſcendūt. Inter hos deliteſcens Haſdrubal clam ad Scipionē ſupplex fugit, quē Scipio ad pedes eius ſe dere iuſſit, ac ſubinde transfugis uidendū obtulit. Hi Haſdru balem intuentes ſilentiū ſibi impēdi poſtulāt. Quo impetrato eum maxime uarieq; criminātes templū immiſſo igne ſuc cedunt Haſdrubalis uxorē memoriæ proditū eſt cū ignem

Trāsfugarū deſperatio.

immiſiſſet, ex aduerſo factam exornaſſe ſe q̃tũ per erumnas licuit. Dein filiis ante ſe cõſtitutis in Scipionẽ audientẽ hæc dixiſſe. Nulla tibi indignatio eſt o Romani ex equo me hoſtẽ circũſides Haſdrubalẽ hũc patriæ, tẽploꝝ, mei quoq; ac filioꝝ ꝓditorẽ, fortunæ Carthaginẽſiũ ad adiuuent, & tu una cũ illis? Deinde in Haſdrubalẽ cõuerſam exclamaſſe. O ſimeſte infideliſſime & molliſſime uiroꝝ omniũ me q̃dẽ ac filios meos hic ignis abſumet. Tu aũt quod triũphũ præfers quod magnæ Carthaginis dux aliquãdo fueris cur nõ pœnas pendes huic cũ quo aſſides? Et hęc elocutã filios īterfeciſſe ambos, & ſe cũ illis in ignẽ cõieciſſe. Creditũ eſt tñ Haſdrubalẽ quẽadmodũ uxor illi cõſuluerat oppetiſſe mortẽ. At uero Scipionẽ cũ urbẽ intueretur ꝑ ſeptingẽtos annos ex quo condita olim fuerat florẽtẽ rebus oibus, quæ tãtũ terræ inſulaꝝ mariſq; tenuiſſet, nauibus p̃terea armis & diuitiis nulli priſcoꝝ imperio ceſſiſſet, audacia & prõptitudine lõge ſuꝑaſſet, denũ p̃ſidiis ademptis ꝑ tres aſſidue depugnantem annos, fame belloq; ꝓfligatã ad extremũ ueniſſe excidiũ illacrymaſſe ferũt, ac palã hoc fletu ĩ hoſtes oſtẽdiſſe ſe ſatis intelligere atq; dignoſcere q̃m urbes ac nationes, regnaq; omnia nõ ſecus ac hominis fortunã uariari neceſſe ſit, atq; interire. Id.n. paſſa eſt Ilion maxima aliquãdo ciuitas, Aſſirioꝝ præterea Medoꝝ, ac Perſaꝝ regna cũ ad ſummũ ꝑueniſſent uiciſſim pertulere. Quod fortunæ ludibriũ etiam in Macedones maxime enituit. Itaq; ſeu conſulto ſeu temere Homericũ illud ꝓtuliſſe aiũt.

Hõeri carmĩna.

Iamq; dies aderit quo cõcidat Ilion ingẽs, Et Priamus Priamiq; ruat plebs armipotentis. Polybio autẽ ſatis fidenter atq; amice ab illo ſciſcitãte (Erat.n. illi ſtudioꝝ comes, ac pręceptor) quid huiuſmodi ſibi uellet carmen, nõ aliud reſpõdiſſe q̃ Romã, pro qua pẽſitatis humanis caſibus ꝑmaxime adduc

bitaret animo. Hæc enim Polybius ab illo ſe audiſſe meminit. Scipio ex quo Carthago euerſa eſt nõnullos poſt dies exercitui prędã omnẽ præterq̃ aurũ & argentũ ac inſignes ſtatuas diripere cõceſſit. Plurima deinde p̃mia inter milites partitus exceptis iis qui Apollinis tẽplo intulere manus. Nauẽ curſu celerẽ ſpoliis ornauit, nũciũq; uictoriæ cũ illa romã miſit. Prædę diuiſio. Pari modo & in Siciliam demiſit alias, ut quæcũq; illuſtria Carthaginenſes illis abſtuliſſent cũ in bello una cũ Romanis militarent repetentes, domũ neherent. Quæ res plurimum beniuolentiæ ſibi attulit, cũ potentiæ humanitatẽ adiunctã intuerentur homines. Prædã deinde partitus ex ęquo arma, machinas & inutiles naues Marti & Palladi, diſcinctus ipſe more patrio cõbuſſit. Qui aũt Romę fuerunt, inclinante iam ſole nauem intuentes, uictoriæ certiores facti, ad cantus prodeunt, peruigiles quoq; per noctem inter ſe complexi lætiq; morabantur quaſi tũ primũ a pauore liberi tũ primũ principes effecti, tũ primũ urbẽ indubie tenentes ac uictoriã adeopti, qualẽ antea nullus eſſet cõſecutus. Multa eorum uirtutis ornamenta præclara recẽſeri, multa a maioribus ſuis in Macedones, Iberos, & Antiochũ cognomine magnũ, Deniq; per Italiã omnem facinora geſta eſſe glorioſa. Bellũ nullum adeo finitimũ ac formidandum in ipſis portis ſe uidiſſe unq̃ ob hoſtium fortitudinem, prudentiam, atq; audaciam, deniq; ob infidelitatem pernicioſius extitiſſe fatebantur. Quæ deinde a Carthaginẽſibus paſſi eſſent repetebant in Sicilia & Iberia deinde in Italia per ſex & decẽ annos ducente Hannibale, quadringentis urbibus igne abſumptis, trecentis millibus hominũ aut amplius bello interrẽptis, cum urbem ſæpe agreſſus, in ultimum poſuiſſet diſcrimen. Quæ omnia mente recenſentes ad uictoriæ incredulitatem demũ trahebantur, & ſe

inuicē de his pcōtabātur an Carthago re ipſa euerſa eſſet. Poſtremo p totā cōfabulātur noctē quomodo ab illis arma ſubla ta eſſēt, quomodo & alia pter opinionē eſſēt fabricati, quo modo naues oēs abſtuliſſēt, & claſſē tā ingētē ex ueteri materia denuo feciſſēt, quēadmodū portus exitū clauſiſſēt Romani, ipſi uero alia ex parte paucis diebus nouū perfodiſſēt. Plurimus tñ inter eos de altitudine mœniū, & lapidū magnitudine ſermo erat quēadmodū ignē plerūq; machinis itulisſēt hoſtes. Poſtremo q̃ſi plio qd nup geſtū erat, & ipſe affuiſſēt ſe inuicē formabāt, & ui rerū memoriā geſtarū motus corporis inanes effingebāt, Scipionē nūc in ſcalis, nūc in mœnibus in portis deniq; ac pliis oibus accurrētē putātes intueri. In hūc modū Romani noctē ppetuā, iſomnēq; ducebāt. Orta mox luce ſacrificia, pōpæq; ſolēnes diis imortalibus p ciues factę. Agones deinde ac uaria ſpectacula omnifariā ludorū ędita. decē poſtremo optimos ex Romanis ſenatus elegit, q libyā inuiſerēt, eāq; cū Scipiōe ad rei.p. utilitatē ac cōmoda cōponerēt, & ſi qd Carthaginis ſupeſſet adhuc ab eodē demoliri iuberēt, nulliq; ulterius i ea icollatū dari ſinerēt. Maxime aūt in Birſā aſſurrexere oēs, & in ea quæ Megara appellantur. Ingredi aūt nequaq̃ uetuerūt. Quaſcūq; ciuitates quæ hoſtibus eo plio auxilia dediſſēt auertendas. Quæ uero Romanis paruiſſēt regiōe donādas eſſe decernūt, & primū qdē Vticēſibus Carthaginē & Hipponā uſq; altera ex parte tribuendos agros. Reliquis uectigalia impoſita ſunt, agris uidelicet eorū ac corporibus uirorū mulierūq;. Prætorē quoq; e Roma q̃tānis illis mittere decretū. His ita cōſtitutis Romā redire. Scipio quæ ſibi agēda uidebātur ſacrificiis, ſpectaculiſq; pactis, Romā naue deuectus ſplēdidiſſimū omniū, ac plurio inſignē auro duxit triūphū ſtatuis monumētiſq; refertū, quæ

Vticēſibus uictoriæ pmia tributa.

Scipionis triūphus.

ex omni terrarũ orbe continuus uictoriis plurimo tp̄e Carthaginēſes Libyæ itulerãt. Fuit aũt is cũ capto Pſeudo Philippo puirili, tertius e Macedonibus triũphus ductus eſt e Grẽcis ſub Mẽnio primus olympiade ſexageſima ſupra centeſimã. Procedente mox tp̄e cũ Caius Gracbus tribunatũ plebis Romę gereret coborta ſeditiõe ex inopia uiſum ẽ ad ſex mille colonos ſorte ductos i Lıbyã mittere. Verũ deſignatis mœnibus circa urbẽ lupi fundamẽta iã cœpta diſſipaſſe, euertiſſeq; dicũtur. Qua ex cauſa Senatui ab ædificatione cõtinere placuit. Poſterius uero. C. Cęſarũ q dictator ex uictoria creatus eſt Põpeiũ in Aegyptũ, ac deide amicos eius ex Aegypto in Lybiã fugiẽtes pſequẽtẽ caſtris apud Carthaginẽ poſitis p ſomnũ uidiſſe memorãt exercitũ ingentem lacbrimis ante ſe ubertim deplorantẽ, eaq; uiſione territũ ſibi ad memoriam ſcripſiſſe Carthaginẽ denuo reficiẽdam eſſe. Itaq; non multo poſt cũ Romã rediiſſet, tẽuioribus agros ab illo depoſcẽtibus ſic ordinẽ dediſſe quaſi nõnullos ex iis Carthaginẽ, nõnullos Corinthũ eſſet dimiſſurus. Cæterũ illo in ſenatu occiſo a ciuibus Octauiũ Cæſarẽ q poſtea Auguſtus cognominatus eſt inuentis huiuſmodi a patre ſcriptis Carthaginẽ, quæ nũc eſt erexiſſe, uerũ aliquãdo ſumiſſiorẽ cum priſcæ eminẽtiã urbis uereretur cõdidiſſe, colonos ex Romanis ter mille a principio illuc miſſos fama eſt, reliquos ex finitimis in unum collectis additos. In hũc modum Romani Carthaginenſibus olim parentem Libyã ſibi ſubegere, & Carthaginis urbem a fundamentis erutam reſtituere denuo poſt euerſionem duobus & centum elapſis annis.

Ter mille Romani coloni Carthaginem miſſi.

Appiani Alexandrini ſophiſtæ Romanorum liber finit, qui Libycus inſcribitur. Traductio. P. Candidi.

Appiani Alexãdrini ſophiſtæ Romanoꝝ liber incipit,
qui Syrius inſcribitur. Traductio .P. Candidi.

ANtiochus Seleuci Antiochi filius Syrio
rum ac Babylonioꝝ, nec non aliarum
gentium rex ſextus a Seleuco, qui poſt
Alexãdrum Aſiæ circa Euphratem im
peritauit in Mediam profectus & Par
thiam, aliaſq; nationes quæ ante ipſum defecerant cũ pluri
ma ſtrenue geſſiſſet, ob idq; magnus Antiochus diceretur,
progenitoꝝ ſuoꝝ gloria ac ꝓpria appellatione elatus Syriã
inferiorem ac Ciliciã, quæ ab Ptolemęo Philopatro Aegypti
rege puero adhuc tenebãt inuaſit, nec paruũ quippiã mẽte
Ptolemæus Philopater complexis Helleſpontũ ingreſſus eſt. Eoles & Ionios ueluti
Aſiæ p̃ſidenti ꝑ accõmodos ratus, quod prius Aſiaticis pa
ruiſſet regibus tãdẽ in Europã claſſe traiecit. Thraciã ſub
egit, ac minus ſibi parẽtes ꝑ uim cœpit, Cherroneſum muni
uit, Lyſimachiã p̃terea erexit urbẽ q̃ Lyſimachus Thrax
Lyſimachus pro Alexãdro impitãs ut propugnaculũ quoddã in Thraces
olim condiderat. Sed cũ Thraces defuncto Lyſimacho urbẽ
euertiſſẽt Antiochus denuo eã cõdidit ꝓfugos quoſcũq; Ly
ſimachioꝝ ultro reuocãs, ex q̃bus nõnulli in ſeruitutẽ reda
cti ei parebant. Emptis aliis & in unũ collectis boues inſuꝑ
& pecora, ferrũq; ad agriculturã neceſſariũ illis impartitus
nihil moræ p̃ſtitit ad mœnia erigẽda, cũ regionẽ ſitu incly
tam & in uniuerſam Thratiã accõmodã & ueluti horreũ
quoddã opportunũ ad ꝑagẽda reliqua, quæ animo cõplexus
eſſet intueretur. Plures enim ad illũ confluxerãt, & tutelam
Q. Flaminius. urbis timore adducti ſuſceperãt. Ob id Smyrnei & Lapſa
cem, aliiq; Antiocho aduerſantes ad Flaminium Romanoꝝ

imperatorē miſere legatos. Cuius ductu Philippus Macedo inThesſalia ingenti pugna ſuperatus fuerat. Erāt quippe Macedonū & Græcorꝫ inter ſe paulatim p tēpus & ptes inuicem cōmixta oīa, ut a nobis eo libro ī quo de Græcis agitur pſcriptum eſt, ac nōnullę inter Antiochū & Flaminiū legationes hincinde Miſſæ & imꝑfectæ plura ab his tentata. Iā pridē.n. Romani cū Antiocho in ſuſpitionē mutuā uenerant. Illi nēpe haud tute quieſcere ſatis poterāt Antiochū magnitudine principatus ac felicitate elatū intuēte, nec ille cū Romanos adeo inualuiſſe cerneret, ut ſoli potētia adauctū impedire & in Europā tranſeuntē ꝓhibere poſſent. Cęterꝫ cū nulla inter eos & regē manifeſta adhuc interceſſiſſet inimicitia legati ab Ptolemęo Philopatro Romā uenerūt Syriā ac Siciliā ab Antiocho ſibi eripi q̄rētes. Qua ex cā Romani principio huius belli, quod ipſis opportune afferri uidebatur pmaxime legati legatos ad Antiochū miſerūt, q uerbo qdē Ptolemæū Antiocho cōciliare uelle dicerēt, re aūt Antiochi impetū reprimerēt, illiq; quoad poſſent obſiſtere tentarent. Horꝫ autē Cneus prior Antiochū rogare pgit, ut Ptolemæo Romanorꝫ ſocio atq; amico, regni q̄tū pater ei reliq̄ſſet reſtitueret, Vrbes aūt quas in Aſia Philippus tenuiſſet liberas eſſe ſineret. Non.n. æquū eſſe Antiochū eas urbes poſſidere, quas olim Philippo ademiſſent Romani. Omnino neſcire ſe quāobrē exercitū tā ingentē, totq; in armis paratos deſup ex medis adducēs in Aſiā, quæ mari adiacet inferret Europæ, urbeſq; in ea erigeret, Thraciā ſibi uēdicaret, niſi hæc alterius belli eſſent fundamēta. Cui Antiochus ita reſpōdit Thraciā progenitoribus ſuis quondā parentē & ex impedimento amiſſam ſe cū per ocium uacaret recuperaſſe. Lyſimachiā autē erigere urbe ut Seleuco puero habitaculū ſit.

Reſponſio antiochi.

Quæ uero in Aſia urbes eſſent, eas liberas eſſe ſinere ſi ſibi non Romanis gratias ſint habituri, Ptolemęo & affinis inq̃t ſum, & inquãtũ illi ſocer nõ ſim eũ uobis gratias habere cu pio. Cęte℞ & ipſe addubio quo iure Romani Aſię rebus ſeſe imiſceãt cũ nulla mihi Italię cura ſit. In hũc modũ infeſtare legati diſceſſerũt minas iam inter ſe paulatim detegentes. Fama deinde & opiniõe uulgata Ptolemęũ Philopatrũ uita ceſſiſſe Antiochus ꝓpere ad eũ mouit, quaſi rege deſtitutã occupaturus Aegyptum. Cui Hãnibal Carthaginenſes iuxta Epheſum occurrit ob æmulo℞ calũnias patria ꝓfugus, quẽ Romani litis & belli cupidum eſſe aiebãt, nec ullo t͞pe paci daturũ operã. Hæc acta ſunt cũ Carthaginenſes Romanis ꝑ fœdera pareret Hãnibalẽ porro in prælijs exptũ Antiochus lęte ſuſcepit, ſplendideq; circa ſe habuit. Audiẽs deinde Ptolemæũ in Lyciã ueniſſe depoſita Aegypti ſpe, & Cyprum eius loco ſe habiturũ cõfidẽs in inſulã enauigauit. Vi igitur tẽpeſtatis iuxta Sa℞ fluuiũ in diſcrimẽ adductus, multis nauibus amiſſis ex q̃bus nõnullę amicis referte erãt, in Seleuciã Syriæ ꝓfectus eſt, ibiq; exercitũ labore euectũ renouauit. Nuptias p̃terea Antiochi, & Laodicis filio℞ una celebrauit. Cũ uero bellũ a Romanis apte detegi uideret, affinitatibus ſibi reges finitimos cõciliare ſtuduit, & Ptolemæo qdẽ in ægyptũ Cleopatrã miſit Syrã cognomine gratis Syriã inferiorẽ illi offerẽs, quã idẽ Ptolemæo olim ademiſſet, quo iuuenẽ demereretur & in bello cõtra Romanos cõſtantiorẽ redderet. Antiochiã aũt Ariarathi capadocũ regi, reliquã Eumeni ꝑgamo imperãti dare inſtituit. At is bellũ iã cũ Romanis affuturũ uidẽs, & ad utilitatẽ ſimul curã adiũctã eſſe, uxorẽ renuit. Admurãtibus aũt Attalo, & Philetero eius fratribus quod regis tã eximii & adeo finitimi, & ſibi

imperãtis ultro etiã pcãtis affinitatẽ recuſaret palã oſtẽdit
ſuturũ bellũ,principio qdẽ pares habiturũ eſſe euẽtus,pcedẽ
te tpe, Romanoꝝ res in maius euaſuras ob eoꝝ magnitudi
nẽ atq; tolerantiã.Ego eteni inqt Romanis uictoria potitis
firmiorẽ regni mei adipiſcar ſedẽ, Antiocho uero bello ſupe
rãte ſpes oĩs ad ppinquos mihi elapſa eſt cũ ſe illi inſeruiẽtẽ
demũ impaturũ fore ſparet.His adductis rõnibus Eumenes
nuptias ſibi oblatas ultro tenuit,Nec multo poſt Antiochus
in Helleſpõtũ deſcẽdit,ac Cherroneſũ claſſe ꝑteruectus ma
gnũ Thraciȩ ptẽ ſubegit euertitq;,Græcis qcũq; Thracibus
parebãt libertatẽ redditis.Plura quoq; Bizãtiis gratis cõce
lit,ueluti opportunã in ipſo aditu tenẽtibus urbẽ. Galathas
etiã donis,& apparatus ſplendore pellectos in ſocietatẽ cõ
pulit ob eximiã corporis magnitudinẽ bello utiles arbitra
tus.Poſt hæc in Epheſũ cõtẽdit,ac legatos Romã miſit Ly
ſiã.ſ.& Egeſianactẽ,ac Menippũ,q qdẽ re ſenatũ ut tenta
rent ueniſſe niſi,uerbo aũt Menippus ſic effatus eſt.Antio
chũ Romanoꝝ beniuolentiȩ ſtudentẽ,ac ppugnatorẽ cũ illis
eſſe cupiẽtẽ ſi dignũ ducãt uehemẽter admirari quod ab ur
bibus quæ in Ionia ſunt cũ abſtinere uelle dicãt,& reddi
tus quoſdã illi auferre,nõ nulla etiã ex Aſia adimere cũ pa
ci ſuadeat.Thraciã ꝑterea dimittere iubeãt,quæ pgenitoꝝ
ſuoꝝ quondã fuerit.Hæc.n.nõ ut amicis,ſed ut uictis uicto
res impare ſolitos.Senatus eos ad tentandũ ueniſſe ratus,in
hũc modũ rñdit.Antiochũ ſi Græcos in libertate eſſe ſinat,
& ab iis quæ in Aſia & Europa ſunt uiciſſim ſe contineat,
Romanos ſi uelit amicos habiturũ eſſe.Hæc ſolũ a Romanis
dicta cauſȩ adhibitȩ reſpõſo.At Antiochus q̃primũ in Grȩ
ciam deſcendere,& exinde bellũ Romanis inferre ſtatuens
Hãnibali Carthaginẽſi animũ adiecit qui ad illũ his uerbis

Legati ab
Antiocho
Romam
miſſi.

Legatoꝝ
uerba ad
Romanos.

uſus dicitur. Græciā quidē ex longo conflictatā bello q̄ facillimū opus eſſe credere, bella omnia cuicūq; domo eſſe grauiora ob ingruentē famē, foris autē leuius geri. Romanos autem ſi Græciæ inferatur bellū, Antiocho nequaq̄ cōceſſuros cōmeatu domeſtico & apparatu abundantes. Suadere igitur ut in Italiā q̄primū tranſeat, ibideq; bellū gerat, ut Romanis & quæ domi fuerint, & quę foris debiliora æque fiant. Italiæ inquit expertus ſum, & multa hominū millia in tēpore illi inferre poſſum. Carthagine p̄terea amicos euocare, populum ad ſeditionē concitare licet cōtinue inter ſe diſſidētem, & erga Romanos parū fide ſe habentē, audacia præterea tumentē ac ſpe cum me denuo Italiæ potitur eſſe autumet. Hæc haud ingrate ab Antiocho accepta & magni ut erat ad id bellū ducens Carthaginenſiū uires ſtatim illū ad amicos mittere ſuadet quod tamē Hannibal facere diſtulit, non.n. tutū putabat ſcrutantibus oīa Romanis nec bello adhuc ſatis certo plurimis ad Carthaginēſes deferētibus nondū rempu. firmi qcq̄ aut ſtabilis habente iis ex cauſis quibus denuo Carthago euerſa eſt. Ariſtonē autē negociatorē e Tyro per occaſionē mercaturæ ad amicos miſit, eoſq; adhortatus eſt ut q̄primū ipſe in Italiā ueniſſet illi in uidictā eoꝝ quæ paſſi eſſent excitarent urbē quod ab Ariſtone factū eſt. Inimici uero Hannibalis intellecta Ariſtonis profectione tumultuari & quaſi res nouas molientē inquirere cœpere. At is ne huiuſmodi calumniā Hānibalis amici in primis paterētur, noctu clam literas ad Senatū deſtinat, in q̄bus Hānibal uniuerſos ſenatores ad patriæ ſalutē bellūq; cum Antiocho una capeſſendū adhortari uidebatur. His factis inde enauigat. Orta luce timor qui ex Ariſtonis p̄fectiōe Hānibalis amicos cœpat ſubito euanuit quaſi hęc ipſa ad oēs ſenatores

relata eſſent. Verũ ciuitas uaria trepidatiõe agitabatur, nã cum Romanis aduerſaretur hæc minime latere arbitrabatur poſſe. Romanorũ deinde legati alii, inter quos & Scipio ille q Carthaginẽſibus principatũ ademit in primis fuit, ad Antiochũ miſſi quo mentẽ, & apparatũ eius explorarent. Cum ad Picida morantẽ offendiſſent, in Epheſo uenturũ oppiebãtur regẽ. Eo loci ſæpenumero cũ Hannibale in ſermonẽ incidiſſe fama eſt. Carthaginẽſibus cũ Romanis adhuc in fœdere manẽtibus. Antiocho nõdũ manifeſte ſe hoſtẽ pfitente cum qdẽ Hãnibalẽ patria effugiſſe quereretur, Romanis nihil in eũ, aut reliquos ciues delinquẽtibus. Hæc aũt faciebãt quo Hãnibalẽ cõtinua inter eos cõuerſatione atq; cõgreſſu regi ſuſpectũ redderẽt, q̃ ille utpote uir militaris haud quaq̃ aiaduertit. Rex uero cũ intelligeret, addubitare cępit, & an Hãnibali adhiberet fidẽ uarie agitabat aio, zelo q̃dã ac inuidia eũ affari negligẽs ne futurã gloriã ſibi uẽdicaret. Aiũt p̃terea inter hos ſermones nõnũq̃ adſtãtibus plurimis de re militari cõtendere ſolitos Scipionẽ & Hãnibalẽ. Cũq; ab Hãnibale ſciſcitaretur Scipio, quis p̃ſtãtior dux ĩ bello ſibi fuiſſe uideretur, Alexãdrũ dixiſſe Macedonẽ. Scipionẽ uero ſilẽtẽ Alexãdro cõceſſiſſe. Interrogaſſe deinde quẽ ſm ab Alexãdro eſſe diceret, cũ Pyrrhũ Epyrotarũ regẽ nominaſſet quod uirtuti militari audaciã haberet, adiũctã. Nõ .n. facile inter reges uirũ tanta audacia p̃ditũ poſſe reperiri. Reiectũ deide non ſine liuore Scipionẽ q̃ſiuiſſe quẽ tertiũ eſſe crederet cũ laudẽ illã ſibi attribui putaret, Hãnibalẽ uero eum locũ ſibi uẽdicaſſe his uerbis. Iuuenis dũ eſſẽ adhuc ingt Iberiã bello cœpi, exercitũq; trãs alpes ſecũdus ipſe ab Hercule in Italiã duxi, nulloq; ex uobis obſtare auſo quadrigẽtas euerti urbes, nõnunq̃ circa urbem Romam certamen exuli, neq; patria

Legatio Romanorũ ad Antiochum.

mihi pecunias ſuppeditante, neq; exercitus. Cum autẽ eum
iuſto ãplius ſe iactantẽ audiret Scipio ſurridentẽ dixiſſe me
Laus Scipionis. morant. Quẽ locũ tibi deligeres o Hãnibal ſi a me nõ fuiſſes
uictus? Tum illũ emulatione eius intellecta ante Alexãdrũ
reſpondiſſe meipſum poſuiſſem. In hunc modũ Hannibalẽ ul
terius ſe iactare deſtitiſſe, & clam Scipiõi cõceſſiſſe uiſum,
quaſi Alexãdro potiorẽ ſuperaſſet ducẽ. Soluto inter eos col
loquio Hãnibal Scipionẽ in contuberniũ uocauit. Cui Scipio
ꝓhumane reſpõdit, obſecuturũ ſeni Antiochũ, minus iam Ro
manis fidentẽ ſciret, eoq; modo inimicitiæ finem cum bellis
uterq; impoſuit. Quod neutiq̃ a Flaminio pariter factũ ẽ.
Victo nẽpe in poſterũ Antiocho fugientẽ Hannibalẽ & cir
Pruſias rex. ca Bithiniã demũ errantẽ cum ad Pruſiã alia ex cauſa miſ
ſus eſſet, non ob ea quæ ab Hannibale prius ꝑtuliſſet Roma
nis minime iubentibus, non.n. illis ulterius formidabilis eſſe
poterat deuicta Carthagine Hannibal, Pruſiæ tamen uene
no confecit huiuſmodi oraculo fidentẽ Libyſſa gleba corpus
teget, Hãnibalis cum in Libya moriturũ ſe ſperaret. Eſt au
tem Libyſſus fluuius in Bithinia & campus ſubinde ab eo
Oraculũ. Libyſſa dictus. Hæc ideo apponere uiſum quo Scipionis ma
gnanimitatẽ a Flaminii puſillanimitate diſtinguerẽ. Antio
Q. Flãminius. chus deinde ex Piſidis in Epheſum reuerſus Rhadioꝶ le
gatis ſententiã huiuſmodi protulit. Rhodios ſe Bizãtios ac
Cizicenos & alios quoſcũq; circa Aſiã Græcos liberos eſſe
ſinere, ſi ſibi cum Romanis fœdus iniretur. Aeoles autẽ &
Ionios nequaq̃ eſſe uelle quaſi iampridẽ Aſię regibus & his
quidẽ barbaris parere ſolitos. Romanoꝶ igitur legati Antio
cho cõgreſſi cum nihil ꝑfeciſſent tandẽ infectare Romã re
diere. Interim Aetholoꝶ legati ad Antiochũ uenere, q̃bus
Thoas præſidebat regẽ ſibi ac ducem Antiochũ poſcebãt,

& ut in Gręciā enauigaret ueluti ad rem ſibi paratā horta batur. Non.n.utile eſſe aiebant morari exercitū ab Aſia, quæ deſup eſſet, accedentē. Aetholorū quoq; res in maius extollētes & Lacedæmonios ſibi & Philippū Macedonē ſup Lacedæmonios Romanis ſuccenſcentē auxilio affuturū eſſe. At ille uane admodū cōmotus filiū Ayria nondū deceſſiſſe intelligens, concito curſu cum decem millibus dūtaxat in Eu boiā claſſe appulit, q̄ ex aduentu eius teritā uniuerſam ſibi adiūxit. Porro Micithiō eius pręfectus Romanis circa Delū obuius factus, eſt.n.is locus Apollini ſacer, quoſdā ex his oc cidit, nōnullos cœpit. Aminādet autē Athamanorū rex cum Antiocho in ſocietatē belli cōuenit, hac occaſione pellectus ut aiūt, Cum quidē ex Macedonibus Alexādar in Megalo politana urbe innutritus & eius politiæ primarius uir ob ſeruaretur a multis tanq̄ ab Alexandro Philippi filio originē duceret, filios ab ſe genitos quo ſermoni fidē adhiberet, alte rū Philippū, alterū noiauit Alexādrū, filiū porro Apemā quā Aminandro cōnubio adiūxit. Cū aūt frater eius Philippus ſo rorē ad nuptias euntē comitatus Aminandrū natura imbe cillem omniū rerū inexpertū intueretur, ibi manere inſtituit regni eius curā habiturus. Hunc igitur Philippū Antiochus in regnū Macedonū quaſi iure quodā ſibi debitū inferre ſa tagens Athamanas ſocios ſumpſit ad bellū, & cum his The banos. Ipſe Thebas profectus, & palā cōcionatus, uane quis dem ad tantā rem Thebanis & Aminādro Aetholiſq; con fiſus. In Theſſaliā quoq; deſcēſurus uarie agitabat animo, an ſtatim, an tranſacta potius hyeme exercitum deduceret. In qua re Hannibalē ſilentē intuens primū ſententiā dicere iuſſit. At ille Theſſalis inquit haud difficile ſiue nunc, ſiue poſt hyemē cum uelis inferre manus gentē illam iampridē

Prudens Hānibalis cōſiliū.

laboribus affectã ad te nũc & ad Romanos ſi quid noui ac
cidat facile ceſſurã puto. Inius quippe ſine propria potentia
inquit Aetholis qui nos inducãt confidẽtes, quoniã Lacedæ
monii & Philippus nobiſcũ ſentiũt, ex qbus Lacedæmonios
nobiſcũ bellare audio cum Athæis Philippũ tibi præſentẽ nõ
inmeor in hoc bello maxime potentẽ, in quã uelit inclina
re partẽ. Hæc aũt ſentẽtia mea eſt exercitũ q̃primũ ex Aſia
educere, Aminãdro aut Aetholis ſpem apponere. Cum uero
Italiã depdari dabitur, ac domeſticis circũuenti malis quæ
sua ſunt minus pturbare poterũt. Quinetiã de propriis uerẽ
tes nuſq̃ pedẽ proferre audebũt. Non idẽ ut pdixi mos a no
bis ſeruandus eſt. Cæterum neceſſe erit dimidiũ claſſis edu
centi maritimã Italiæ orã populare reſiduũ ad ea quæ uti
lia erunt in prõptu habere. Te autẽ uniuerſo peditatu inſi
ſtentẽ ad eam quæ Italiæ finitima eſt, Græciã cõgreſſus, fa
mã excitare, & ſi potis erit bello inſurgere, Philippũ omnĩ
ingenio ad ea inducere, inquã uelit portẽ potentẽ plurimũ.
Quod ſi abneget Seleucũ filiũ tuũ per Thraciã inferre bel
lum, quo domeſticis circũuẽtus malis nullius utilitatis hoſti
bus eſſe poſſit. Hęc ab Hannibale dicta, qbus nil ſalubrius
dici potuit. Ob inuidiã aũt extimationis eius ac prudẽtię nõ
ſolũ reliq, uerũ rex ipſe ne militari diſciplina eos ãtecellere
uideretur Hannibal, ne ue futurorum gloria illi merito aſcribi
Polyzenides. poſſet in contrariã partẽ uertere oĩa, niſi quod Polyzeni
des ad exercitũ in Aſiã miſſus eſt. At Romãi cũ Antiochũ
in Gręciã mouiſſe, & Romanorum in Delo necẽ, captiuitatẽq;
ſenſiſſent bellũ ultro inferre ſtatuãt. In hũc modũ Antiochi
& Romanorum bellũ ex ſuſpitione iampridẽ ortũ tunc primũ
Principiũ belli. geri cœptũ eſt. Quod ab Antiocho ſupioris Aſiæ, plurimaru
rumq; ac maximarum nationũ rege mariq; præter modicum

quid imperãte & in Europã deſcendẽte iam fama & appa‑ratu ingenti formidãdo, cum multa rei militaris pclara opa edidiſſet, ob quę magnus cognominatus eſſet, Romani gerẽ exiſtimãtes diuturnius ipſis atq; ingens futuꝶ expectabãt. Philippũ uero Macedonẽ prius ab illis ſuperatũ ſuſpectũ ha‑bebãt Carthaginẽſes quoq; neutiq̃ ſibi fœdera ſeruaturos pu‑tabant Hannibale cum Antiocho ad bellũ conſpirãte. Cæte‑ros uiciſſim iampridẽ ſubactos non minus uerebantur, ne ob Antiochi aduentũ res nouas molirẽtur. Exercitus igitur ad oẽs qui eos quiete pacificeq; detinerẽt ac duces, ad exerci‑tus deſtinãt, quos ipſi Sex ſecures uocant cum conſules duo‑bus ſecuribus totidẽq; faſcibus quẽadmodũ Priſci reges ute‑rẽtur, ſic his dimidiũ dũtaxat dignitatis dimidiũ quoq; adeſ‑ſet apparatus. Quẽadmodũ aũt in maxima trepidatione & pro Italiæ rebus formidantes, cum nemo fere illis in Antio‑chũ conſtãs aut fidus uideretur eſſe, ingentẽ peditatũ Tarẽ‑tum demiſere, qui aſſiſtentes contineret, claſſẽ pręterea quæ maritimã circũiret oram, tantum illis pauoris Antiochus a principio inferre uiſus. Cum autẽ ad imperiũ parata eſſent omnia in Antiochũ palã mouere incipiũt, ex propriis mili‑tum uiginti millia, ex cõfœderatis & ſociis bis totidẽ numero adducentes ut in Ionium aliquando mouerent arma, hye‑meq; fere totam hoc apparatu conſumpſerunt. At Antiochus in Theſſalos deducto exercitu, cum ad locũ quem ad canis capita incolæ appellant, acceſſiſſent ibi quondã Macedones a Romanis uictos fuiſſe conſtat reliquias caſuꝶ inhumatas adhuc ſplendide ſepulchro iuſſit inferri. Sic enim & Mace‑dones ſibi obnoxios, & Philippo aduerſos fore ſuſpicatus cum milites ſuo ductu atq; auſpicio interemptos inſepultos reli‑quiſſet. Hæc cum intellexiſſet Philippus dubius admodum,

Canis ca‑pita.

& quo ſe uerteret inde contemplãs animo tandẽ Romanis hærere inſtituit. Itaq; Bebiũ imperatorẽ Romanũ haud longe ab eo caſtrametantẽ ad locũ quendã ut accederet hortatus eſt, ſine fraude ſe in Antiochũ paratũ offerẽs. Bebius his preceptis collaudato eo fidere ãplius cœpit. Appiũ igitur Claudium per Macedoniã cũ duobus peditũ millibus in Theſſaliam miſit. Appius circa tempe Antiochũ cum exercitu cõſediſſe uidens ignes ingẽtes excitari iubet, quo militũ ſuorum paucitatẽ tegeret. Qua ex re Antiochus Bebiũ ac Philippũ adeſſe ratus timore percitus obſidionẽ omiſit hyemis occaſionẽ præ ſe ferens, & inde in Chalcidẽ proiectus eſt. Hic formoſæ uirgunculæ amore correptus quinquageſimũ iam excedens annũ cum tanta bellorum mole præmeretur nuptias tamẽ ſolemni more celebrauit, exercitũq; per hyemẽ in ocio & deſidia ſecum habuit. Oriente demũ uere in Acarnaniã profectus militũ ſuorum ignauia perſpecta cum ad omnia inutiles eos experiretur, & nuptiarum & laſciuiæ cœpit pœnitere. Acarnaniæ uero parte ſuſcepta, reliquis obſeſſis cum Romanos in Ioniũ pertranſire fama eſſet, in Chalcidem denuo reuerſus eſt. Romani ſumma celeritate equitũ duobus millibus, peditum uero uiginti millibus in unũ cõparatis cum nõnullos elephantos præterea haberent Achinio Mænio Galabrione duce ex Brunduſio Apolloniã, & inde in Theſſaliã mouere exercitum, urbeſq; obſidione ſtatim liberant. In quibus aũt Macedonũ præſidia poſita inuenerũt expulere omnia, ac Megalopolitanũ illum Philippũ captiuũ abduxerũt Macedonũ regnum ſuſcipe ſperantẽ cum quo ad tria millia militũ Antiochi una ſuſcepta. Dum hæc a Manio geruntur Philippus in Athamaniã profectus omnẽ ſibi parere cõpulit Aminãdro in Ambrachiã fuga delato. His preceptis Antiochus cognita rei

Appius Claudius.

celeritate etiã uehemẽtius trepidare cœpit, & ut inſperato
ac ſubito malo circũuentus Hãnibalis cõſiliũ tum primũ ſalu
bre ſentire uiſus alios ſup alios in Aſiã demiſit, q Polizeni
dis accelerarent aduentũ. Ipſe copias oẽs quacũq; poteſt in
unũ cõtrahit. Coactis aũt ex propriis peditibus decẽ millibus
eqtibus, qngẽtis additis inſup qbuſdã ſocioꝶ copiis Thermo Thermo
pylas occupat, ut dũ exercitũ ex Aſia uenientẽ opitur locis pylæ.
iniquitate ꝑpeditos detineret hoſtes. Duplex autẽ ſemita ad
Thermopylas ducit, arcta quidẽ & in longũ producta, &
huic parte ab una mare aſperũ & importuoſum adiacet, al
teri palus inuia ac profunda. Cacumina præterea duo inter
ipſa montiũ abrupta, quoꝶ unũ ticiuntẽ alterum callidromũ
appellant. Habet autem locus ipſe aquaꝶ fontes calentium,
quæ ex cauſa Thermopylæ dictæ ſunt. Murũ igitur Antio- Thermopi
chus duplicẽ in his ędificauit machinaſq; ſupra murũ ſta- læ a fonti
tuit. Aetholos uero in ſummitatibus ipſis manere iuſſit, ne bus dictæ.
quis ꝑ ſemitas lateret accedens, per quas olim Xerſes Leo-
nidã Lacedæmonis præſidentẽ cum incuſtoditæ forẽt ag-
greſſus eſt, Aetholi igitur mille ex ſuis in utroq; montis ca-
cumine poſitis cũ reliquis Heracleã obſidebãt urbẽ. At Ma
nius hoſtiũ apparatu cognito ſignũ prima luce ad pugnã edi
dit, ac duos ex tribunis Marcũ .ſ. Catonẽ & Lucium Vale-
rium quem mallent per noctẽ montis uerticẽ aſcendere eli-
gere imperat, Aetholoſq; qua poſſent ẽ monte deturbare. Ex
his Lucius ab Tichiũtis ſemita repulſus eſt, Aetholoꝶ pri-
mis aduerſum annitẽtibus. Cato a Callidromo inſultans cõ-
motis iam hoſtibus in ultimã incidit uigiliã, ingenſq; præ-
lium circa ipſum factũ eſt hoſtibus ab ſummo per aſpera &
inuia prohibentibus aſcenſum. Et iam Manius exercitũ An-
tiocho aduerſum & in turmas rectas diſtributũ a frõte de-

ducebat. Sic enim præcipue per anguſtias montis uoluebat agmen. Rex leuis armaturæ milites ac clypeatos ante phalangem pugnare imperat. Ipſam uero ante exercitũ ſtatuit. In dextra funditores ac ſagittarios ſupra itinera locat. Elephantos in ſiniſtra. Cateruã uero quæ illũ aſſidue ſequebatur uerſus mare conſidere iubet. Orta deinde pugna primũ quidẽ leuis armaturæ milites undequaq; diſcurrẽtes Maniũ uehemẽter turbauere. Cæterũ Philippus nunc eos opperiens nũc ultro cædens terga uertere coegit Macedonũ phalanx per mediũ diuiſa intra ſe recepit, & antecedẽs eos tutata ẽ. Sariſſas quoq; denſas ex ordine ꝓferre cœpit. At Macedones maxime qui ex Alexãdri & Philippi partibus ſtetere, plurimis ac longis annitentes haſtis, hoſtes terruerũt accedere uerẽtes. Maniſeſte aũt intuentibus Aetholis ex Gallidromo fuga & uociferatio in Antiochi exercitu a diſilientibus facta. Et primũ qdem ut utriſq; ignoratio rei affuit, ita ex ignorãtia tumultus aderat. Vt uero Cato illos inſequens palã ex clamore factus eſt, & iam Antiochi caſtris irruneret pro rege metuentes cũ Romanorũ præliũ a longe ꝑſentiſcerent trepidare incipiũt. Seipſos enim per hyemẽ deliciis & ignauia labefactatos norãt, & irruẽtibus Catonis militibus cũ eos nõ diſcernerẽt, ob trepidationẽ multo plures arbitrabãtur eſſe, & iã de exercitu ſumma metuẽtes nullo ordine ad regẽ cõfluebãt quaſi ab illo ꝓpulſaturi hoſtes. Verũ Romani illos inſecuti in ipm regis incidere exercitũ. Quo metu alia ab Antiocho fuga turpiter fieri cœpta ẽ. Manius uſq; ad Scarphiã eos ꝑſecutus partim cędens, partim capiẽs cũ a Scarphia retro uerteretur exercitũ diripuit regis, ac Aetholos Romanorũ caſtris ob eorũ abſentiã illatos ꝑturbauit. Cecidere ea pugna & inſecutiõe Romanorũ ꝓpe ducẽti-

Cõflictus exercitus Antiochi.

Antiochi uero cũ iis q capti ſunt circi decẽ mille oppreſſi. Ipſe rex cũ primũ terga uertere cœpiſſet, qngẽtis ſtipatus eqtibus in Elatiã nulla cõuerſiõe facta, & inde in Chalcidem atq; Epheſum ꝓfectus eſt. Eubia noua nupta comitãte, hoc.n.nõie eã appellabat cũ nauibus fuga euaſiſſet, nec his qdẽ oibus, quaſdã.n.ex ipſis cõmeatũ ferẽtes Romanoꝝ claſſiarius aggreſſus euertit, Romani q in urbe aderãt ꝯcepta uictoria cũ celerrime cõmodiſſimeq; adepta uideretur, ſacrificiis tẽpla colluſtrãt extremẽda Antiochi ꝯſtimatiõe iã primã expti uictoriã. Et ut Philippo belli ſocio pares gratias referrẽt filium eius Demetriũ obſidẽ apud eos patri remiſerũt. Hæc tũ i urbe agitabãtur. Manius iterim Phocẽſes & Chalcidas & q̃ſcũq; alios Antiocho fauẽtes deꝑcato ueniã exemit metu. Aetholiã uero Philippus circũibat, urbeſq; obſidebat. Hic Democritũ Aetholoꝝ ducẽ ac ſeſe occultãtẽ Manius capit, q caſtra iuxta Tyberim ſe aliqñ poſiturũ e Flaminio fuerat cõminatus. Cęteꝝ Manius cũ ꝑ caliopolis mõtẽ quẽ coruũ appellant iter ageret, altiſſimũ admodũ & trãſitu difficilẽ potiſſimũ exercitui p̃da & ſpoliis onuſto, & cui ex p̃ruptis eſſet cõmeandũ, multi.n.ex altiſſimis rupibus incendẽtes, cũ impedimẽtis ſimul & armis p̃cipites ad ima corruerãt, facile ab Aetholis deleri potuiſſet, niſi quod ab illis nõ conſpectus eſt, & legatis Romã miſſis quo pacem impetrarẽt nullo in loco exeruere agmẽ. Interea Antiochus ſumma celeritate a Satrapis qui deſup incollunt exercitu ad mare conuocato naues præparabat. Claſſis aũt ducẽ Polyxenidẽ Rhodiũ patria pulſum inſtituerat iteꝝq; in Cherroneſum delatus urbes obſidebat. Sextũ & Abydũ occuparat, ꝑ quæ ab Romanis exercitus in Aſiam eſſet traducendus. Lyſimachiã uero urbem quaſi belli horreũ quoddã conſtituerat, arma, frumenti ma

Democritus dux Aetholoꝝ.

gnam uim in eũ cumularat ratus peditũ nauiũq; multitudi-ne opprimere Romanos. Interea Romani Manlio qui ſucce-deret ad exercitus curã Luciũ Scipionẽ eligẽtes cõſulẽ ea tẽpeſtate, ueꝵ rei militaris nõ admodũ gnaꝵ, Publiũ Scipio-nẽ eius fratrẽ a quo Carthagineſes ſupati ſunt, & Aphricani cognomẽ in primis habitũ cõſilii participẽ illi ſtatuere. Erant quippe Scipiones fere oẽs eo apparatu. Liuius uero cur Italiæ cura cõmiſſa fuerat Attili ſucceſſor ad claſſẽ electus eſt, qui ſtatim ꝓpriis nauibus in Italiã delatus ſumptis a Carthagi-nẽſibus & ſociis aliis ꝙ plurimis ad Pireã acceſſit. Ibi acce-pto ab Attilio exercitu una & octuoginta armatis nauibus ſequẽte Eumene cũ qnquaginta ex propriis, quarum dimidia pars armata fuerat ad Phocidã olim Antiocho parẽtẽ, tũc ꝓ-cepta illius clade Romanis obſequẽtẽ recta ferebatur. Cũ na-uigatiõi nõ nihil iſequẽtis lucis addidiſſet Polyzenides regiæ claſſis ꝑfectus cũ ducẽtis leuibus nauibus illis occurrit, quã ex cauſa nauigatiõis curſum ſubito ãtecapit. Romanis adhuc ad pugnã impatis duas quoq; Carthagineſiũ naues ꝑcedẽ-tes conſpicatus tribus ex ſuis ꝓpere emiſſis ambas ſed inanes capit Carthaginẽſibus ui depulſis in mari. Liuius interi ira concitus primus ad tres illas militari naui dirigit curſum. Quæ cũ ab hoſtilibus ſola ſperneretur manicas inie cere fer-reas. Cõnexis itaq; in unũ nauibus ꝑliũ ut in terra fieri cœ-ptũ. Sed cum audacia ꝑcelleret Romani naues ingreſſi illas tẽuere, ac unica naui duas adducẽtes ad ſuos rediere. Et hoc qdẽ naualis pugnæ ꝑludiũ qddã fuiſſe uiſum eſt. Cũ aũt claſ-ſis in unum cõueniſſet Romani prõptitudine, & uiribus lõge ſupabat. Veꝵ ob nauiũ ſuaꝵ grauitatẽ hoſtes aſſeq nequaq̃ poterãt, leuibus ãtefugiẽtes ratibus, quoad Epheſum uſq; fuga ꝑuenerũt, Romãi uero i Chiũ delati ſunt. Hoc in loco naues

Obſidetur Hãnibal.

Rhodie ſeptē & uiginti numero belli ſocię Romanis acceſſe-
rūt. Antiochus ꝑcepta nauiū fuga Hānibalē p̄mitt in Syriā,
qui aliā ex Phęnicia & Cilicia p̄pararet claſſē; quē deinde
redeūtē Rhodii i Pāphylia aggreſſi nōnullis nauibus adēptis
reliquas ipſi aſſidētes fuga ꝓhibebāt. P. aūt Scipio in Aetho-
liā delatus una cū Lucio cōſule aſſūpto Manii exercitu ur-
biū quæ in Aetholia erāt obſidiones nulla fere oꝑa diſſoluit.
Dep̄cantibus demū Aetholis ut legatos Romā mittere lice-
ret, facile conceſſit, Deinde ut in Antiochū moueret prius q̄
frater ab imꝑio diſcederet, ꝑ Macedoniā ac Thraciā in Hel
leſpōtum iter facere inſtituit difficile admodū atq̄ aſperꝝ nī
Philippus macedo iter illi aꝑiret uenientēq; ſuſciperet, & a lō
ge fluminū trāſitus cōmeatūq̄ pararet, His ex rebus Scipio-
nes reſiduo illū tributo liberauerāt. Senatu in ſententiā addu
cto ſi Philippū ad agēda prōptū inueniſſēt. Ad Pruſiā quoq;
Bithynioꝝ regē dimiſere legatos, qui dicerēt oēs q̄bus impe
rant Romani q̄ opē illis atq̄ auxilia attuliſſent principatū ad
auxiſſe, Philippo nēpe Macedoni quē antea bello ſuperaſſent
regnū cōceſſiſſe. Filiū p̄terea obſidē apud nos datū ultro ab-
ſoluimus, tributi debitū remiſimus. Quibus lætatus Pruſias Liuius
cū Romanis in Antiochū bellare inſtituit. Liuius Claſſis prę claſſis prę
fectus in ipſo Scipionū trāſitu naues collocarat. Pauſimachum fectus.
Rhodiū una cum Rhodiis nauibus & exercitus ſui parte in
Aetholia reliquerat, pluribus ipſe in Helleſpōtū ꝑtranſiuerat
imperatorē illuc uenturꝝ recepturus, & iā Sextū & Retium
ſibi aſciuerat. Abydū cūctātē obſidebant. Pauſimachus rece-
dente Liuio plurima ſuorum experimenta meditatus uarias
erexit machinas. Vaſa prætererea ferrea ignē deferentia te-
lis longis annexiuit, ut ignē mari geſtarent, quo proprias na-
ues tueri, hoſtibus aūt appropinquantibus facile obeſſe poſſēt.

Hæc animaduertens Polycenides regiæ claſſis præfectus Rhodienſis patria cũ certis ex cauſis urbe exul eſſet haud longe caſtrametatus Antiochi claſſem in eius poteſtate poſiturũ ſe pollicitus eſt, ſi de reditu eius curam habiturũ ſe promitteret. Ille hominẽ inſidiis aptiſſimũ & aſtutũ reformidãs diligentiore adhuc cuſtodia uti nitebatur. Recepta deinde Polycænidis epiſtola, q̃ de huiuſmodi ꝓditione ꝓpria manu ſibi ſcripſerat, cũ ab Epheſo claſſem ſoluere, copiaſq; in Sitologiã deducere uelle diceret Pauſimachus ꝓfectionẽ eius inniens ſatis arbitratus epiſtolã propria manu ſcriptã, haud facile eũ miſſurũ qui ſimulatione uti uellet fide adhibita cuſtodias diſſoluit, & in Sitologiã ipſe quoq; ex ſuis mittit. Polycænides fiducia illius animaduerſa ſubito exercitũ cõtrahit & Nicãdrũ piratam cũ paucis in Samum præmiſit, qui a tergo Pauſimachũ inuaderet. Ipſe noctem circa mediã claſſem mouet, & matutina uigilia adhuc quieſcentem occupat. Ille repentino malo circũuentus milites derelictis nauibus a terra hoſtes arcere imperat. Inſurgente uero Nicardo a tergo ratus terrã uiciſſim ereptã eſſe, cum non eos dũtaxat quos intueretur uerum multo plures, per noctẽ adeſſe crederet, turbatis omnibus iterũ ad naues ſuos reuocat, primuſq; prælium ingreſſus primus egregie pugnando cecidit, cæteri partim capti partim interfecti ſunt. E nauibus uero ſeptem quæ ignem afferebant, nemine ob periculũ propius illis adire confidente in fugã abeũt, reliquas numero .xx. Polycænides uinculis iniectas in Epheſum adducit. Eius uictoriæ fama & Phocis iterũ & Samos & Cymæ ad Antiochum redire. Veritus igitur Liuius pro iis nauibus quas in Aetholia reliquerat, magna celeritate ad eas rediit, unaq; cum eo Eumenes. Tum Rhodii alias denuo uiginti naues Romanis præfecerunt, modicoq;

Nicander pirata.

interiecto ſpacio magna illos lætitia affecerunt. Itaq; ad Epheſum in pugnam prōpti claſſem adducebāt. Occurrente illis nemine dimidiū claſſis in alto lōge in cōſpectu ſtatuū, reliquiſq; in hoſtili terra conſtitutis, urbem obſidere pergūt, quoad Nicander e mediterraneis egreſſus cōmeatum ſuſtulit, nauēſq; inſequi cœpit. Tum illi in Samum denuo reuerſi ſunt & nauális præfecturæ tempus interim Liuio elapſum eſt. Ea tempeſtate Seleucus Antiochi Eumenis regionem depopulabatur, & Pergamo aſſiſtens uiros ad urbē conuocabat. Qua ex cauſa Eumenes ad Aeliam regni ſui caput ſubito enauigauit. Iuit & una cū eo Lucius Aemilius Regulus qui Liuio ad curam claſſis ſucceſſerat. Venere præterea & ab Achiuis Eumeni auxilio pedites mille, equites centum electi, quorum Diophanes prætor, qui cū e mœnibus Seleucios ludentes & uino madidos intueretur, cōtemptis illis, Pergamenis imperat, ut una cū eo in hoſtes ruerent. Non audientibus illis pedites mille quos habuit, & equites centum in armis ponit, & ſub ipſis muris intrepide cū illis conſtitit, hoſtibus pcul eos aſpicientibus, & q̄q̄ numero longe inferiores, non tamen manum conſerere auſis, Ille uero prandentibus adhuc cū clamore accurrens, perturbauit omnes, cuſtodiaſq; diſcedere coegit, & cū nonnulli ad arma concurrerent, aut frenarent equos, aut fugientes inſequerentur difficulter ue aſcenderent, nec tamē conſiſtere auderent, uictoria potitus eſt, Pergamenis deſuper e muris proclamātibus, nec tamē egredi confiſis. Interfectis igitur quoſcūq; licuit, ueluti repētina inſecutione captiuos uiros, equoſq; celerrime auferēs reuerſus eſt. In ſequenti quoq; die Achæos ad muꝝ ſtatuit. Pergamenis uero iteꝝ exire trepidantibus, Seleucus plurimis ſtipatus equitibus, ac propior illi factus in pugnam prouocabat. Verum ille ne tum quidem

L. Aemilius Regulus.

prodire uoluit,iuxta muꝝ ſeſe cõtinẽs,cęteꝝ occaſionem ex-
pectabat. Cũ aũt Seleucus uſq; in meridiem pręſtãs deſeſſis
iam equis reuerti cuperet,Diophanes poſtremos eorum ag-
greſſus tumultu, ac cæde ꝑmiſcens omnia quoad potuit iteꝝ
ſub ipſis muris rediit.Et hũc morẽ cõtinue cũ pabulatũ ligna
tũq; graderentur milites obſeruãs,hoſteſq; ꝑturbans & infe-
ſtans Seleucũ tandem a Pergamo coegit abſcedere,& a re-
liqua Eumenis regione dimouit.Polycænides interim,ac Ro
mani apud Myoneſiũ ingenti claſſe cõuenere. Polycænides
nauibus nonaginta armatis. Lucius uero Romanæ claſſis ꝑ-
fectus tribus & octaginta,quaꝝ quinq; & .xx. Rhodiorum
fuere. Eaꝝ præfectus Eudorus,qui in ſiniſtro cornu locatus,
cũ ex aduerſa parte Polycænidẽ multũ Romanos pręeuntem
intueretur,ueritus ne eos circũueniret celerrime aduectus,
utpote q̃ nauibus citis,& remoꝝ ui adactis mari ſolitis ute-
retur, naues ignẽ ferẽtes primũ Polycænidi aduerſas ſtatuit
undiq; ſplendida luce micãtes,quas ille ob ignẽ aggredi non
auſus,ſed circũquaq; adnauigãs declinare, & maris fluctie-
bus aſpergere cœpit. Ligna quoq; proras excedẽtia ꝑcutere
quoad Rhodia nauis in Sidoniã inuecta cũ uehemẽtiore im-
petu uſa eſſet anchora ab Sidonia excuſſa eſt,& in Rhodiam
infixa ambæq; inuicẽ connexe, ita ut inſidentes cõmoranti-
Contẽtio. bus ueluti in terra ratibus ſimul depugnarẽt. Prodeũtibus ue
ro ab utraq; parte q̃plurimis quo ſuis auxiliũ afferrent cõten
tio inter utroſq; ſplendida orta eſt.Hac ex re deſtitutis An-
tiochi nauibus,quæ i medio ſteterãt Romanoꝝ naues ſup-
Antiochi claſſis ſuperatur. ueniũt,& hoies adhuc ꝑiculi ignaros circũdare ꝑgũt,quod
cũ aiaduertiſſent illi fugã ſtatim capeſſũt.Ex Antiochi claſſe
una de triginta naues deletæ ſunt quaꝝ tres & decẽ cũ ui
ris captę Romanoꝝ duę dũtaxat periere.Polycęnides abdu-

cta Rhodia naui in Epheſum delatus eſt. Hunc exitũ naua lis pugna circa Myoneſiũ habuiſſe dicitur nõdũ re ab Antio cho pcepta q Cherroneſum, ac Lyſimachiã diligẽtiſſime mu nierat magnũ, ut erat, opus exiſtimãs cõtra Romanos ſi quan do aliũ in Thraciã exercitũ inferrent, difficile ipſis, ac pene inuiũ inter futurũ Philippus cõceſſiſſet. Cæteꝝ Antiochus ut erat inter alia leuis admodũ ſubituſq; ad mutationes cũ clas dem apud Myoneſiũ habitã intellexiſſet, collapſus animo, ac ratus quippiã ſibi diuinũ aduerſari, idq; præter oẽm euenire rationẽ, ut Romani ſuperiores in mari eſſent, in quo ſe longe pcellere putabat. Hãnibale in Pãphylia obſeſſo, Philippo Ro manis expeditũ iter adhibẽte, quẽ æquius erat illis aduerſa ri, a qbus mala plura ptuliſſet lõge ãplius cõmotus eſt quaſi fortuna cogitatus ſuos euertẽte, quẽadmodũ in occurrẽtibus ærũnis ſolet euenire. Itaq; nulla impletẽ rõne Cherroneſum dereliqt, anteq̃ in cõſpectũ ueniſſet hoſtis, neq; q̃tũ frumenti ea in ciuitate cumulauerat alio trãsferens, neq; arma pecu nias, machinas, uel igne ſaltẽ abſumẽs, ueꝝ integra oia tanti momẽti relinquẽs hoſtibus. Lyſimachiis ſubinde ueluti ex ob ſidione fugiẽtibus cũ eiulatu & gemitu ſequẽtibus, ac pueris uniuerſa hæc deſpiciẽs ſola claſſe circa Abydũ hoſtes arcere meditatus, & reliquã belli ſpẽ in hoc uno dũtaxat ſtatuens, neq; nauigationis rationẽ habẽs, ob deoꝝ irã ad mediterra nea delatus eſt, ut hoſtes pueniret accelerãs cũ nullã in na uigãdo cuſtodiã adhibuiſſet. Tum uero Scipiones diſceſſu re gis intellecto, Lyſimachiã curſu capiũt, & in Cherroneſo the ſaurũ armaq; adepti ſunt. Helleſpontũ porro cuſtodia uacuũ audiẽtes, magna celeritate regẽ puenerũt nõdũ eos in Sar dis acceſſiſſe cogitãtes. Quibus ex rebus cõterritus Antio chus, & errata oia in fortunã referẽs Heraclidẽ Bizantiũ ad

Lyſima chia a Ro manis cap pitur.

Antiochi legatio ad Scipiones.

Scipiones miſit qui bellũ quoquo pacto diſſolueret. Smyrnā & Alexādriā quæ ſupra Granicū eſt Romanis linqueret, & Lapſa cum quaq; cauſa bellū cœptū fuerat, Impenſaq; quoq; dimidiū eius belli ſoluturū ſe ꝓmitteret, cui etiā mādatū fuerat ſi opus foret Ionias, & Aeolicas urbes quotqt idē bello recepiſſet reſtituere Romanis, uel ſi qd aliud Scipiões poſcerent, Hæc in publico Heraclidē effari impoſitū. Priuatim uero. P. Scipioni ab Antiocho pecunias & oblatiões afferebat. Filiis ꝑterea liberationē quē ex Demetriade in Chalcidē adnauigantē Antiochus in Hellada cœꝑat pollicebatur. Erat is puer Scipio qui deinde Carthaginē cœpit & euertit, & ſecūdus a Scipiõe Aphricanus cognominatus eſt Pauli filius, q Macedõiā Perſeo eripuit Scipiõis genere ex filia nepos, adoptiõe filius. Ambo igitur Scipiões in hūc modū reſpõdere. Si qdē Antiochus pacē cupet non ſolū Ioniæ & Aeoliæ urbiū poſſeſſionē, ſed ab oibus citra Taurū mõtē ultro excederet. Porro belli impēſam ob ipſum factā uniuerſam ſolueret. Separati deide Publius Heraclidi dixit. Nēpe ſi Antiochus Cherroneſum obtinēs hęc ꝓponeret ꝑlibēter, Romanos eius ꝓces admiſſuros crederē, forte etiā ſi Helleſpontū claſſe, cuſtodiret. Nūc aūt cū tranſierint Romani, & in tuto locati ſint, & frenū, ut dicitur ipoſuerit equo, ipſum quoq; aſcēderint nullam ex hmõi uerbis pacē ſuſcepturos puto. Se aūt gratias regi agere qđ pacē elegat & maiores reddere, filiū ultro accipiēs uelle pares illi referre ac cõſulere, ut quæ ſibi ꝓponūtur admitteret anteq maioꝝ ſubiret onerū difficultates. Hęc effatus Publius in Aeliā ualitudine correptus abſceſſit. Cõſiliariū fratri Gn. Domitiū reliqt. Antiochus uero quēadmodū & Philippus Macedo ſatis arbitratus nihil tributoꝝ amplius ex bello ſibi auferri poſſe. In Thiatirū cāpū haud lõge

Scipionum reſpõſio.

ab hoſtibus copias eduxit. Filiū autē Scipioni in Aeliā mi-
ſit. Ille adducentibus cōſulere cœpit, ne quoad rediret ipſe
Antiochus bellū caperet. Qua ex re confiſus ille circa Sipy-
lum montē caſtra poſuit murū caſtris circūducens, & fluuiū
Phrigiū in obiectū ſtatuens hoſtibus ne inuitus pugnare co-
geretur. Domitius belli euentū ſuo auſpicio decerni cupiens
fluuiū ingenti audacia traiecit, & per uiginti ſtadia ab An-
tiocho diſtās uallū iacit. Per quatuor igitur dies ex quo q̃ſq;
iuxta eoꝝ caſtra exercitū ꝓtulerat nemo bellū attigit. Quin-
to die Domitius militibus denuo in ordinem eductis ardue
progreſſus eſt. Non educente Antiocho copias proximior illi
caſtra ponit. Vnica quoq; die interpoſita audientibus hoſti-
bus per prçconē annūciat in ſequenti ſe cum Antiocho etiā
nolente habituꝝ bellū. Qua ex re conturbatus ille conſiliū
immutat. Cumq; ſub muris conſiſtere aut ſtrenue ab ipſis pu-
gnare poſſet, quoad. P. adeſſet turpe ducens cum multo plu-
ribus detractare pugnā, acies educit. Eduxere aūt ābo circa
ultimā uigiliā inſtante adhuc nocte. Ordines uero ab utroq; Ordo Ro-
eoꝝ in hunc modū diſtributi ſunt. Leuū cornu decē millia mani exer-
ex Romanis ſtrenue armatis iuxta fluuium ipſum tenuere. citus.
Poſt hos totidē Itali milites in tres diuiſi turmas ab utraq;
parte inferius. Supra Italos uero Eumenis exercitus cōſtitu-
tus, & Acchinoꝝ ſcutigeri circa tres mille. Ita leuū inſtitu-
tum Romanoꝝ cornu, In dextro eqtes erant Romanoꝝ Ita-
loꝝ. ſ. & Eumenis non plures q̃ tres mille. Omnibus autē le-
uis armaturæ milites & ſagittarii plurimi imixti erāt. Circa
Domitiū ipſum equitū cohortes tres. In hunc modū ad tri- Nota ele-
ginta militū millia fuiſſe cōſtat. Dextro Domitius pſidebat. phātorum
In medio conſules cōſtitit. Siniſtrū Eumeni datū. Elephantos diſſimilitu-
uero quos ex Libya ſuſceperat cum nullam ex ipſis utilitatē dinē.

in bello adeſſe crederet, ob eorū paucitatē exilitatē corporum ut Libycorū eſt natio, quorū minores maiorū reformidant inuitū, in ultimis poſuit. Sic Romani inſtituere acies. Antiocho ſeptuaginta militū millia affuiſſe fama eſt, quorū potiſſima pars phalāx, ex Macedonibus ſex & .x. millibus numero fuit a Philippo primū deinde ab Alexādro in ordinem poſita. Statuit autē eos in medio diuidens, ac ſupra mille & ducentos in .x. partes diſtribuit, & horū uniuſcuiuſq; partes aderant in frōte qnquaginta uiri, in ultima duo & .xxx. in lateribus ab utraq; parte duo & .xx. Erat aūt muro aſſimilis phalangis forma, elephātorū ad inſtar turriū. Eo modo peditatus ab Antiocho inſtitutus. Equites ab utraq; parte ab illo diſpoſiti Galathæ loricis ſplēdidi, & Macedonū agima. Sunt aūt equites electi, & ob hoc agima appellātur. Hæc ab utraq; phalangis parte ex æquo diſtributa. Poſt eos deinde cornua tenebāt. In dextera leuis armaturæ quidē & argēteis clypeis ornati eqtes & ſubſagittarii in equis ducenti. In ſiniſtra Galatharū gens tecto Sagitrocimi, & Lyſtobii, Cappadoceſq; nōnulli, quos Ariarathes miſerat, & aduenæ alii noti militabāt. Loricati deinde equi ſuper his alia ex parte, & ea quā ſocialē uocant manū leuiter armatā. Hæc Antiochi exercitus forma fuit. Verū is in eqtatu ſpem magnā apponere uiſus quē plurimū in fronte locauerat. Phalangē uero denſam in arctū cōtraxit, ut in bello rudis quā potiſſimū uelut exercita uti oportuit. Sagittariorū uero, ac funditorū infinita pene multitudo illi aderat. Lanceatorū ꝑterea & ſcutigerulorū ex Phrygia, & Lycia, item ex Pamphylia & Piſidæ Tralienſes & Cilices in Cretenſiū morē exornati. Sagittarii equeſtres ultra hos alii Dacæ, & Myſii & Clymi, & Arabes, qui camelis citis inſidētes, ſagittis eminus utūtur,

cominus autem gladiis bellant acriter, quos longos & ſtri-ctiores deferentes falcatis curribus belli principio medio in ſpacio ſolent decertare. Hi in frōte diſpoſiti, quibus manda-tum fuerat, ut poſt fugā iterum pugnā capeſſerēt. Hoꝝ aſpe-ctus fere duoꝝ fuit exercituū, unius pugnare incipiētis, al-terius in acie & campo conſiſtentis. Vterq; uero ad terro-rem admirabili inſtructus multitudine & apparatu. Cōſtitit autem in dextera cum eqtibus Antiochus ipſe, in altera Se-leucus eius filius. Phalangi Philippus elephantoꝝ princeps præſidebat, propugnatoribus Mendis & Cæuſis. Lucæ te-nebris & nebulis obducta aſpectus omnis apparatus uideri deſiit, & ſagittaꝝ iactus haud apte emitti poterat aere ob-ſcuro & humido. Quod animaduertēs Eumenes alios quidē contempſit omnes. Curruū autem imperiū in ordinē diſpo-ſitoꝝ ne obeſſet extimuit. Omnes igitur funditores & iacu-latores, leuiſq; armaturæ milites in unū congregās antepo-ſuit curribus, ut ad eos diſcurrētes aſſeſſoꝝ loco uulnera-rent equos. Quippe illis in iugo depugnantibus reliquū to-tius currus, ut inutile ſpernitur, plurimūq; ex ordine ipſo turbatur ipſis falces ſuas euitantibus, quod & tunc fieri cō-tigit. Vulneratis nempe turmatim equis, & currus in equos deferentibus, primi cameli qui turribus proximi aderant tre-pidare incipiunt, & ſubinde loricati conturbātur equi, q ex armoꝝ pondere haud facile occurrentes falces euitabant. Tumultus itaq; immenſus exoritur, multiplexq; turbatio. Quæ potiſſimū ab iis initiū aſſumēs totius cāpi mediū inua-ſit cum ſuſpitio diligentiā omnē ſuperaret, quēadmodū lōgo interuallo & denſa multitudine, ac multiplici uoce cōfuſaq; pauore etiam iis qui patiētibus proximi aderant induſtria nulla ſuppeditaret, & maioꝝ ſuſpitionē unuſquiſq; ſibi fin-

Pugnę principium.

Confuſio exercitus.

geret. Eumenes cum ad uotũ rem ſibi primo impetu ſucceſsiſſe uidit, & ſpaciũ mediũ quantũ cameli utriuſq; tenerent equis deſtitutũ eſſe, quoſcunq; Romanorũ, Italorũq; penes ſe habuit aduerſus Galathas Cappadoceſq; deduxit, turmãq; aliã peregrinorũ cũ clamore adhortatus eſt, ut in homines belli ignaros, & a propugnatoribus nudatos armis ruerẽt, quod ab illis factũ eſt. Ex inſultu igitur ab his ĩpetuoſe edito non ſolũ hi in fugã uertũtur, uerũ eqtes illis adiuncti, & armati pridẽ territi a curribus ceſſere loco & eos potiſſimũ, quos ob grauitatẽ fugere oportuit cũ ſe uertere negrẽt cõſequũtur & cædũt. Et hæc circa leuũ phalanges Macedonũ. In dextro uero Antiochus ubi locatus cõſtitit Romanorũ ordines infrĩgẽs diu fugiẽtes inſecutus eſt. At Macedonũ phalanx utpote cũ equitibus in arcto conſtituta & quadrãgula ipſis a ſe dimotis ũtraq; ex parte leuis armaturæ milites qui in fronte eius depugnabãt ſeipſam diuidẽs in ſe recepit, interiuſq; cõcludit. Domitio antẽ plurimis eqtibus, ac uelitibus facillime illã ueluti lapidũ cõgeriẽ quãdã ex omni parte diſcurrẽte, cũ nec emittere tam imẽſam turbã nec explicare poſſet difficulter admodũ ferebat onus, ita ut augerẽtur ipſi cum nihil amplius experiẽtiæ in hoſtes ederẽt, ſed ubiq; hoſtilibus uulneribus obiicerẽtur. Itaq; ſariſſas ex phalãgis quadrãgulo dẽſas exerẽtes Romanos laceſſebãt, & formã quãdam exilientiũ p̃ ſe ferẽtes nequaq̃ pdibant. Pedites utpote armis onuſti, hoſtes in eqs intuẽtes maxime ne robur ordinis exoluerẽt aciẽ ſeruabãt, nec Romani illis appropiquare, aut ad manus accedere auſi, uirorũ in bello experiẽtiã, multitudinẽ, & in primis deſperatiõnẽ formidabãt, haſtas dũtaxat & ſagittas a longe iaciebãt, quo nihil damnoſius uelutĩ plurimis in arcto cõſiſtẽtibus. Nõ.n. quẽadmodũ tela decliu

Attẽde formã phalãgis, qua ẽt ætate noſtra utũtur Suetii.

narēt,aut occurrētibus cederēt habebāt. Quādobrē cū diu multūq; ſuſtinuiſſet ex neceſſitate uertūtur, & retrocedētes minis utebātur tam cōſtāti uultu,ut Romani uererētur. Nec .n. propius adhuc illis accedere audebāt, ſed circūcurrētes eos uulnerabāt quoad elephātis metu territis in ipſa phalāge,nec aſſeſſoribus aures p̄bētibus ordo fugę diſſipatus,& Domitius phalāge potitus eſt, q mox exercitū p̄ueniēs Antiochi cuſtodias e loco depulit. Antiochus cū Romanos diu perſecutus eſſet ea ex parte qua aduerſus eos ſteterat nullo eq̄te,ac ne pedite q̄dē auxiliū ipſis afferēte, nō.n.acceſſerat Domitius nil opus eſſe exiſtimās,ob fluminis p̄pinq̄tatē uſq; ad Romanoꝝ caſtra p̄uenit. Occurrēte aūt illi tribuno cum electioribus cui caſtroꝝ cuſtodia cōmiſſa fuerat ulterius progredi deſiit,& q fugiebāt immixti aliis ac ipſum exhortantes auertebāt. Regrediebatur itaq; ueluti ex uictoria lætus & inſolēs,nihil eoꝝ quę alia in parte geſta erāt intelligēs. Interim Attalus Eumēis frater plurimis ſtipatus eq̄tibus regi occurrit. Quibus ſupbe īuectus Antiochus īterfectis nōnullis curſu defertur aſſiſtētibus circa ip̄m adhuc multis paucis derelictis. Vt uero cladē īſpexit campūq; oēm hominū, equoꝝ & elephātoꝝ paſſim iacētiū refertū cadaueribus, cognita exercitus ſui ſtrage irreuocabili fuga delapſus eſt,circaq; mediā noctē i Sardis p̄uenit, īde ad Celenas quā Apamiā uocāt p̄trāſiuit. Ibi filiū una e bello aufugiſſe intelligit. Sequēti die ex Celenis in Syriā p̄ficiſcitur p̄fectos in Celenis linquēs,q fugiētes exciperēt,in unūq; redigerēt. Pro induciis uero habēdis oratores ad cōſulē miſit. Ille autē domeſticos ſepeliri iuſſit,hoſtes ſpoliis exui,captiuos præterea ſimul uinciri. Romanoꝝ itaq; ciuiū equites quatuor & uiginti, pedites treceētos ab Antiocho cæſos iuenerūt. Eumeis eq̄tes

Antiochi fuga.

ſeptē & decem dūtaxat cecidiſſe. Ex Antiochi uero parte cū captiuis circa quinquaginta millia oppreſſa fuiſſe, non.n.facile ob multitudinē annumerari poterant. Elephantorū porro plū rimi interfecti, quinq; & decē capti fuere. Quod cum in tam celebri uictoria & pene ultra rationē omnē parta accidiſſe putaretur. Non.n.æquū uidebatur pauciores multo pluribus aliena in patria tantū ualuiſſe, potiſſimū Macedonū phalāge depugnāte atq; aſſiſtente, quæ & uirtute & robore lōge præſtaret, & inſupabilis quodāmodo ac tremenda uideretur eſſe. Antiochi familiares atq; amici & proteruiā illius in Romanos, & a principio inexperientiā, ſtultitiāq; accuſabāt qui Cherroneſum, ac Lyſimachiā tot armis & apparatibus munitam e manu proieciſſet, ac prius q̃ in aciē prodiſſet hoſtis Helleſpōti cuſtodiā ultro neglexiſſet, nec adhuc Romanis per uim tranſire ſperantibus. Querebātur præterea nouiſſimā illius inſipientiā quod optimam exercitus ſui partem in tam anguſto poſitā inutilē ſibi reddidiſſet, ſpēq; omnē in multitudine confuſa prius poſuiſſet ad bellū, q̃ in illis qui & experientia & tēpore, belli operi callerent, & quorū in tam multis animi audacia, ac fiducia pręcelleret. Hęc de Antiocho ab illis ferebātur. Romanis uero animi elati ſunt, ut nihil ulterius illis difficile, diis ac uirtute iuuantibus uideri poſſet. Hoc.n.uel maxime eos ad felicitatis gloriā exexit, cum adeo numero inferiores ueluti ab incurſu, ac prima pugna exteris in locis tantā regii apparatus multitudinē, cui & mercenariorū militū uirtus, ac Macedonū fama inerat, regis p̃terea ipſius, prope immenſum obtinēs imperiū, ex quo magnus uocabatur, una die ſuperaſſēt. Plurimus tamen illis in ore Antiochus ille magnus uerſabatur. Hæc igitur Romani inter ſe referētes gloriabātur. At cōſul ex quo Publius

Macedonū phalāx.

ab Aelia

ab Aelia ualitudine liberatus ad eũ uenit Antiochi legatis reſpõſum dare inſtituit. Illi nempe ſcire poſtulabãt quid Antiochus agens Romanis ſocius, atq; amicus eſſe poſſet. Quibus Publius ita reſpõdit. Cauſas ſibi ipſi ob ambitionẽ & cupiditatẽ attuliſſe Antiochũ ob hęc quæ in præſenti & prius peregiſſet. Qui cum principatũ magnũ obtineret nihil prohibentibus Romanis Ptolemæo eis affini, ac Romanorum ſocio Syriã abſtuliſſet inferiorẽ, & in Europã ad ſe nihil ptinentem exercitũ inducẽs Thraciã euertiſſet Cherroneſum muniuiſſet. Lyſimachiã ṗterea erexiſſe urbẽ. Deinde in Græciam trãſgreſſus Græcos in ſeruitutẽ redegiſſet prius a Romanis libertati traditos quouſq; ad Thermopylas pugna ſuperatus eſſet neq; tamen fuga elapſum a cupiditate hac habendi deſiuiſſe, ſed mari ſæpenumero deuictũ Romanis nondum trãſgreſſis Helleſpõtũ inducias petiiſſe, deinde ob ſuſpitionẽ quæ ſibi proponebãtur deſpexiſſe, exercitũq; denuo ingentẽ immẽſo apparatu induxiſſe Romanis, ut bello contẽderet cum melioribus uires expiri auſus quoad extrema clade eſſet ſuperatus. Nobis aũt inqt æquus fortaſſe foret maiore adhuc illũ mulcta condẽnare, qui nobis totiẽs inſurgere conatus eſt. Sed nec felicitatẽ noſtrã deturpabimus, nec aliorum clades adaugebimus. Dabimus quęcũq; antea illi ṗpoſuimus modica quædã adiiciẽtes quæ & nobis utilia fore exiſtimamus, nec illi in ſecuritatẽ a futurũ inutilia. Diſcedere ipſum ab Europa omni & Aſia quæ circa Taurũ montẽ ſunt, & iis q apponẽtur terminis tradere quoſcũq; habet elephãtos & naues, quas imperabimus princeps elephãtos non tenere, naues quas illi cõcedemus ſolũ poſſidere, tradere inſup uiginti obſides quos prætor ſcripſerit, pecunias porro ad belli impẽſam ob ipſum geſti talẽta. ſ. Euboica ſtatim qdẽ qngẽta expo

Publius fratris cõſiliarius reſpõdet legatis Antiochi.

nere. Dum uero hæc fœdera ſenatus approbarit, duo millia
& quingenta, annis duodecim ſubinde ſequentibus decem
millia, & quingenta, quæ per partes ſingulis Romã deferan-
tur annis. Tradere præterea nobis captiuos & trãsfugas oẽs
cũ uolumus. Eumeni uero q̃cũq; reſidua ab Attalo eius pa-
tre ꝑ fœdus debet reſtituere. Hæc Antiocho ſine fraude ex-
hibẽti pacẽ amicitiãq; pollicemur cũ ſenatus iuſſerit. Huiuſ-
Antiochus iunior obſes datur. modi a Scipione ꝓlata legati admiſerũt, & ſtatim q̃dẽ pecu-
niæ partẽ & uiginti obſides exhibuerũt, ĩter quos & An-
tiochus iunior fuit Antiochi filius, quẽ Romã Scipiones cũ
legatis miſere. Senatus his ꝑceptis fœdera nonnulla addidit
& ꝑſcripſit, quæ a Scipione dicta cõfirmarẽt, & pro impfe-
ctis q̃dã adderẽt, & breuia alia cõp̃hẽderũt. Videmus ꝗp-
pe dixere Antiochi principatus duo eſſe ꝓmõtoria Calyca-
dinũ v3 & Sarpidoniũ, ultra hos in bello Antiochũ nauibus
uehi nequaq̃ uolumus naues cataphractas duas & decẽ dũ-
taxat a principio hẽre q̃bus in ſubditos bello utatur bellan-
tẽ uero pluribus uti poſſe, neminẽ ex Romanis apud eũ pe-
grinum eſſe, neq; trãsfugas ex ipſis penes ſe recipe obſides
infra triẽniũ mutare poſſe Antiochi filio excepto. Hæc a ſe-
natu cõſcripta, & in tabulis æneis ad Capitoliũ affixa ſunt,
ubi & alia fœdera apponi ſolita. Antigrapha uero Manio
Vliſoni exercitũ a Scipione ſuſcepturo Senatus miſit, a quo
iuſiurandũ cũ Antiochi legatis circa Apamiã Phrigiæ præ-
ſtitutũ, quod ab Antiocho uiciſſim Thermo tribuno ad ipſũ
præmittente firmatũ eſt. Hic igitur belli finis cũ Antiocho
magno Romanis fuit, uiſum quæ eſt ad hæc uſq; proceſſiſſe
Belli finis. ob Scipionis filii gratiã ab Antiocho habitam. Qua ex cauſa
nõnulli Scipionem cũ domũ rediiſſet calũniis aggreſſi ſunt.
Inter quos & tribuni duo fuere qui Scipionem peculatus

& proditionis accuſaret. Verum ille deſpecta accuſatorum improbitate cũ in iudicium ueniſſet eamet die, qua Carthaginem ſubegerat ſacrificiũ præmiſit in Capitolium. Ipſe ad iudices profectus geſtu uenuſto, nec ut obnoxii ſolent miſerando & abiecto oẽs in ſtuporẽ eius beniuolentiãq; cõuertit, quaſi bonitate cõfiſus, ac uirtute, cætera haud multi faceret. Deinde loqui orſus accuſationis uerbum nullum fecit, uitæ autẽ eius ſtudia & exercitationes omnes retulit, quotiens pro patria bellũ geſſiſſet, & quẽadmodũ bellare ſolitus, quotiens deinde uictoriã adeptus eſſet, ita ut audientibus iucunditas quædam ob magnitudinem geſtarum rerum facile occurreret. Cũ uero altius progreſſus eſſet a primordio belli, quod cũ Carthaginenſibus olim geſſerat ſermone in longũ producto & multitudine ad audiendum intenta ſic inquit. Quoniã hac ipſa die hæc omnia deuici & Carthaginẽ uobis ſubegi ciues prius nobis formidãdam ad Capitoliũ ſacra facturus accedo quod & a uobis pariter qbus patriæ amor ineſt mecũ reor eẽ faciẽdũ. His dictis nihil iã de accuſatiõe ſollicitus uerſus Capitoliũ greſſus mouit, quẽ ingens multitudo pluriniq; iudiciũ uotiua acclamatione ſecuti, & iam ſacrificanti una cõſenſerũt. Accuſatores ob hæc cõſilii inopes ulterius accuſationem proſequi nõ auſi ueluti imperfectã, fauorẽ quoq; populi uerebãtur uitæ ipſius modeſtiã accuſatione & calũniis potiorẽ intuẽtes. Scipio uero huiuſmodi calumniã geſtis ſuis indignã aduerſatus Ariſtide mihi ſapiẽtior uiſus eſt fuiſſe, cũ peculatus & ipſe reus diceretur, & ſocrate i iis quæ ab accuſatoribus obiiciebãtur nullũ i ſimili indignitate faciẽtes uerbũ uetera ẽt loquẽte quæ Plato meminit. Magnificẽtius & illud Epaminũde dixerim, q Bœtiis præfectus una cũ Pelopida militaribus functus eſt officiis.

Permiſcuere aũt eos Thebani exercitũ utriq; dantes, ut archadibus & Meſcniis aduerſus Laconas depugnãtibus offerrent opẽ. Cum aũt ea quæ mente agitabant nondum executi eſſent in indiciũ eos uocauere. Hi uero belli curã ne ſucceſſoribus qdẽ ut mos fuit infra ſextũ menſem præſtitere, uerũ tãdiu morati ſunt, quoad Lacedæmoniorũ pręſidia expulere ex oppidis, & Archadũ illis impoſuerũt Epaminũda milites ad hæc cõpellẽte, eoſq; ab omni mulcta quę propterea inferretur defenſurũ pollicente. Cum aũt in patriam reuerſi eſſent accuſatores unũquãq; perſecuti morti dãnauere. Sic enim ex lege præſcriptũ erat, ut qui ui alterius principatum, gereret morte mulctaretur. Qua ex cauſa amici eius in fugã uerſi, eius latu multiſq; uerbis culpã in Epaminundã referẽtes eos ſic inſtruxiſſe, ut dicerẽt, & dicentibus adeſſe teſtem fatebatur. Tũ ille morti cõdẽnatus cõfiteor inquit me inique geſſiſſe principatũ, & quos abſoluiſtis a me coactos eſſe, nec propterea uitam ob ſcelus deprecor. Hoc ſolum a uobis peto, ut pro iis quæ a me geſta ſunt ſepulchro uelitis inſcribere. Hic eſt, inquit, qui circa Leuciã uictoriã adeptus, & patriã hoſtes nõ ferentẽ ne quis pegrinus Laconicũ pilõ habeat ſupra. Spartã ipſam deduxit, hic patriæ iniquitate ob eius utilitatẽ extinctus eſt. Hæc effatus e tribunali deſcendit, uolentibuſq; eũ abducere corpus obtulit. Verũ iudices ſermonis inuidia cõmoti cũ reſpõſum eius admirarẽtur, uiri quoq; auctoritatẽ erubeſcerẽt ſortes aſſumere non auſi e iudicio abiere.

Verba uiri fortis & prudẽtis.

Hæc ut cuiq; gratius fuerit iudicare licet, Manius uero qui Scipioni in imperio ſucceſſerat regionẽ ab Antiocho ereptã præſens ipſe ſuſcepit; & Galathas qui cũ Antiocho pugnauerant lãtrocinius deditos, & ad Myſiũ Olympum fugiẽtes ipſe nõ ſine iugi labore ſupgreſſus mõtẽ, e fuga reuocauit, inter

ſectoſq́ præcipitauit e rupe, qui tamẽ ob multitudinẽ annus merari nequere. Captiuorum ad quadraginta millia ob eo habita quorum arma cõbuſſit igne. Corpora, cũ tantã turbã inter bella educere haud q̃q̃ poſſet, cæteris barbaris finitimis uendidit. Ipſe inter tectoſagos & proemos in inſidias delapſus demũ aufugit. Reuerſus inde ad eos, qui morabantur adhuc & ob multitudinẽ immoti cõſiſtebãt leuis armaturæ milites aduerſum miſit, & ipſe circũequitans iaculari iuſſit, necq́ in unũ confertos, neq́ finitimos hoſtibus. Nullo aũt telo in irritũ cadente ob hoſtiũ turbam ad octo millia occidit, reliquos uſq́ ad Halym fluuiũ inſecutus ẽ. Ariarathi aũt Cappadocũ regi, qui propugnatores Antiocho miſerat uerẽti admodum, & ut ducẽta talenta ſuſciperet oranti regionẽ reliquit intactã. Ipſe in Helleſpõtũ reuerſus eſt cũ ingenti gaza pecuniis prope innumerabilibus præda grauiſſima, & exercitu põdere onuſto. Quæ uero hactenus, nulla ratione ab eo facta exiſtimãtur, nã ætatis tẽporibus, nauigationẽ diſtulit, & põdus earum, quas ferebat, rerum, haud multifaciens neq; ſollicitus labore & induſtria exercitui iter aperire, nõ ad bellũ intẽto, ſed domũ ſpoliis redire properanti per Thraciã prouectus eſt iter longũ & anguſtum & difficile ad ſuperandũ caloris tẽpore, necq́ in Macedoniã ad Philippũ mittere curauit, ut illi occurreret quo tute progredi poſſet, neq; exercitũ in partes multas diuidere, ut facilius incederet, & neceſſaria paratiora haberet, necq́ uaſa deferentes in ordine rectos ponere, ut ſe inuicẽ tueri poſſent, uerum omnem in lõgitudinem immẽſam exercitũ deduxit, & impedimẽta in mediũ ſtatuit, ita ut necq́ p̃cedẽtes illis opẽ afferre poſſent, neq; ſubſequẽtes ob lõgitudinem ſimul & itineris difficultatem. Qua ex re undiq; ex tranſuerſo inſurgẽtibus Thracibus plurima pars prædę ſub-

Tectoſagi & proemi

Halys fluuius.

Manii reditus. ſtructa eſt, publicæ quoq; pecuniæ & ipſius exercitus arrepte hoſtibus, ipſe cũ cęteris in Mecedonia ſeruatus eſt. Quo in loco maxime intueri licuit, quantũ ad Scipiones ꝑmittens ꝓfuerit Philippus, & quãtũ uiciſſim peccarit Antiochus, qui Cherroneſum reliquiſſet. Manius ex macedonia in Theſſaliã ueniẽs ex Theſſalia in Epirũ, inde ad Brũduſiũ traſgreſſus eſt, ac reliquũ exercitus ad propria dimittens Romã acceſſit. Rhodii. Eumenes rex. Rhodii & Eumenes Pergami rex quod bello in Antiochum una conceſiſſent, animis elati Romã legatos ſuos diſmiſere. Senatus Rhodiis Lycios. Careſq; cõceſſit, quos paulo poſt ab ipſis abſtulit, quaſi Perſeo potius regi, q̃ ipſis in Perſeũ depugnantibus prõptos, ac fauẽtes. Eumeni quæcũq; reliqua ab Antiocho ademerant exceptis Græcis, qui in ipſis erant ꝑſtitere. Hoꝝ uero quicũq; Attalo Eumenis patri tributa perſoluiſſent. Eumeni quoq; ꝑbere uoluere. Qui Antiocho prius penderant tributo liberarũt, ac ſuis legibus uti permiſerũt. In hunc modũ Romani quæ bello cœperant, partiti ſunt. Magno deinde Antiocho exẽpto rebus humanis, Seleucus eius filius hæres inſtitutus eſt, qui fratrem Antiochũ obſidẽ apud Romanos, tradito eius loco Demetrio filio liberauit. Is cũ in patriã reuerteretur, & iam Athenis propinquus eſſet Seleucus ex inſidiis Heliodoꝝ porro regnũ ſuſcipere conãtẽ Eumenes & Attalus ui pepulere. Antiocho in regem ſubſtituto, cui iure blandiebantur maxime. Ex nonnullis quippe offenſionibus iã Ronanos ſuſpectos habere cœperãt. In hũc modum Antiochus Antiochi magni filius Syriæ principatum adeptus eſt, quod nomẽ apud Syrios iãpridẽ inſigne fuerat, quod arrepto ab exteris regno, ipſe indigena rex habitus eſt. Firmata itaque cum Eumene beneuolentia, atq; amicitia. Siriæ & quæ circũ incolũt gẽtibus imperio præfuit. Satrapẽ in Babylonia

Timarchū habēs, ad exigēdos aūt reditus Heraclidē germa nos inuicē, qui ambo antea exoleti illius fuerant. Exercitū q̄q; in Attraxē Armenio℞ regem duxit, quo pacto exceſſit e uita Antiochū nouem iam habentem annos relinquens filiū, quē ob patris uirtutem Syrii Eupatrū cognominauerunt. Hunc pue℞ Lyſias aluit. Senatus cū Antiochi ſtirpem ad minimū redactā, & breui interiturā uideret, lætatus eſt. Demetriū aūt Seleuci filiū Antiochi illius præclari nepotē filio℞ ma gni Antiochi puero illi cōſobrinum & Romę obſidem cū anno nū tertium ſupra uigeſimū agens in regnum demitti poſceret quaſi utilius futurum populo Romano nequaq̄ conceſſit, haud utile arbitratus iuuenem iam ætate adultū pueri loco Syriæ præeſſe regno. Intelligens deinde elephanto℞ gregem & na ues plures iis, quæ Antiocho ex pace conceſſerant in Syria aſſeruari legatos miſit qui elephantos interfici, naues igne abſumi iuberent. Miſerandum itaq; ſpectaculum præbuit beo ſtiarum interitus iam manu aſſuetarum, & quæ raræ apud omnes erant, tum ignis claſſi iniectus. Quo ſpectaculo com motus quidam in Laodicia urbe Leptinus. Gn. Octauium le gato℞ principem deprehenſum intra Gymnaſium occidit, quē deinde Lyſias ſepulcro dedit. Demetrius igitur iterum ſenatum ingreſſus, ex ſeruitute dumtaxat liberari poſtulabat cum Antiochi loco obſes datus eſſet, Antiochus autem ine teriiſſet. Cū uero id conſequi non poſſet clanculum enauigauit, & Syriis pgrate eum ſuſcipientibus imperio pręfuit, Ly ſiā pariter, ac pue℞ necauit. Heraclidem quoq; e Babylone expulit. Timarchū uero illi aduerſantē tandē pemit, plurima alioquin in Babylonios nequiter agentē Quibus ex rebus im perantibus Babyloniis Soter ab illis appellatus eſt. Adeptus igitur imperiū Demetrius decem millium aureo℞ coronam Demetrii donum.

ꝙ obſes apud Romanos fuiſſet gratis illis miſit, unaq; Leptinũ deſtinauit, qui Octauiũ interemerat. Illi ſuſcepta corona Leptinũ recuſarũt iã inde crimen in Syrios ad tẽpus obſeruantes. Demetrius ex Cappadocũ regno Ariarathe depulſo Olophernẽ nulle talentis eius loco induxit fratrẽ Ariarathi habitũ, Cęteꝝ Romanis Ariarathẽ & Olophernẽ ueluti fratres inuicẽ regnũ adminiſtrare placuit. Decedẽtibus igitur his & Ariobarzane haud multo poſt ſub Mithridate ponti rege demẽcto Mithridaticũ bellũ ſubinde & ĩ alios fieri cœptũ maximũ qdẽ & multiforme, & qđ a plurimis nationibus ꝑ quadraginta fere annos geſtũ eſt in qbus multi Syriis principes ex regio genere ueꝝ tpe ꝑ breues extitere, multę ꝑterea defectiones redditus in regna factiſunt. Parthi ab his deficiẽtes in Seleucidaꝝ regnũ Meſopotamiã ſibi uẽdicarũt, quę Seleucidis parere aſſueuerat. Et rex Armenię Tigranes, qđ rõnes quaſdã finitimas ꝓpriis utẽtes regibus ſibi ſubegiſſet rex regũ exiſtimatus ẽ. Seleucidas ꝑterea parere recuſantes bello deuicit. Nõ aduerſante ẽt Antiocho Euſebii Tigranes Syrię ultra Euphratẽ potitus eſt, omniũꝗ Syrię nationũ uſq; in Aegyptũ tenuit & Ciliciã. Nã & hęc Seleucidis olim parauerat. Megadatẽ quẽdã ꝑ quatuordecim fere ãnos in uniuerſam ꝑtorẽ ſtatuẽs. Lucullo deinde impatore Romano Mithridatẽ, q ad Tigranẽ cõfugerat bello ꝓſequẽtẽ Megadates cũ exercitu opẽ allaturus illi occurrit. Quo tpe Antiochus Euſebii ĩ Syriã delatus Syriis ſpõte obſequẽtibus regnũ cępit. Lucullus deinde cũ Tigrane primũ congreſſus & Parthis ꝑ eum ꝓuinciis explẽs patrio tñ regno nõ priuauit. Põpeius deinde cũ Mithridatẽ Lucullo abſtuliſſet Tigrani Armeniã hẽre cõceſſit. Antiochũ e Syrioꝝ regno expulit cũ nihil is in Romanos deliqſſet, hac re, ut arbitror, cõmo-

Ariobarzanes.

Bellũ Mithridaticũ

Tigranes Armeniæ rex.

Rex regũ.

Lucullus.

tus qm̄ facile erat exercitū plurimū hn̄ti principatū inermē tollere. Verbo autē quod Seleucidas ſub Tigrane deuictos Syriis magis p̄eſſe quā Romanos, haud æquū arbitrabatur qui Tigranē ſupaſſent. In hūc modū Romani Ciliciæ & Syriæ quæ in mediterraneis colitur & inferior appellatur, ac Phœnicis, & Paleſtinę, & oīs p̄terea Syrię quocūq; noīe nūcupetur ab Euphrate uſq; in Aegyptū bello p̄fuere. Vnico Iudæoꝝ genere aduerſante Pōpeius cū exercitu ꝓfectus regem eoꝝ Ariſtobolū Romā miſit. Hieroſolymā urbem magnā, & præ cæteris ſanctiorē apud eos uicit, quā olim Ptolemæus primus Aegypti rex euertit, & Veſpaſianus iteꝝ reſtitutam diripuit, & Hadrianus ætate mea ſubuertit, qua ex cauſa Iudæis tributa corpoꝝ, reliqua eoꝝ ſubſtātia grauiora ſunt. Eſtq; Syriis, & Cilicibus anniuerſarius cuilibet poſſeſſionis cuiuſq; impoſitus. Pōpeius uero nationibus quæ Seleūcidis parere aſſueuerāt, nōnulli reges ꝓprios impoſuit, ac dynaſtas quēadmodū Galathis in Aſia quatuor dynaſtas attribuit, eoꝝq; tetrarchias confirmauit, ut aduerſum Mithridatē auxilio eſſent, quæ nō multo poſt Auguſto imperāte ad Romanos cōceſſere ꝑ partes. Syrię p̄terea Scaurū, qui cū eo in p̄liis queſturā geſſerat Pōpeius p̄ſidere iuſſit. Senatus Marcū Philippū pro Scauro, Marcellinū uero Lentulum pro Philippo prætores ambos eſſe uoluit. Cęteꝝ in utroq; tēpus elapſum eſt, dū Arabes finitimis aduerſos repellūt. Hac de cauſa p̄tores ſubinde creati ſunt qui noīe præ cæteris in urbe pollerent, ut ex ordine belli exercitusq; quēadmodū cōſules haberent poteſtatē. Hoꝝ primus Gabinius cū exercitu miſſus, q bellū gereret. Mithridates Parthoꝝ rex principatu eiectus ab Herode fratre ex Arabia ad Parthos ſe cōtulerat. Ptolemæus uero undecimus Aegypti rex & ipſe re-

Cilicum & Syrioꝝ poſſeſſionibus anniuerſarius impoſitus.

gno pariter expulſus multis pecuniis hortatus eſt, ut a Par-
this in Alexãdrinos ſe cõuerteret. Et quidẽ Ptolemæũ Gabi-
nius in regnũ reſtituit illato Alexãdrinis bello. Sed is Roma
noꝝ cõſilio dãnatus aufugit, q̃d abſq; Senatus decreto Ae-
gyptũ inuaſiſſet bello apud eos nefaſto ex Sibyllinis monitis
ꝓ Gabinio mihi uiſus eſt Syriæ Craſſus pfuiſſe, quo pugnãte
ingẽs clades accepta eſt. Lucio deinde Bibulo poſt Craſſum
Syriã tenẽte Parthi in eũ mouere bellũ. Saxa porro poſt Bi
bulũ regnãte uſq; ad Ioniã Parthi ꝑuenere, Romanis iter ſe
diſcidẽtibus ciuili bello. Sed de his latius in Parthoꝝ libro
referemus. In hoc aũt q̃ Syrius inſcribitur queadmodũ Sy-
riam adepti ſunt Romani & in hunc in quo nũc eſt gradũ
ſtatuerũt abũde diximus. Nõ incongruũ tamen uidetur cum
de Syria ſcribamus ad Macedones tranſire, qui ante Roma
nos illi pfuere, Alexãder nẽpe Syriis ſupra Perſas impitaſſe
dicitur, & omniũ rex inquantũ ꝓgreſſus extuliſſe. Alexan-
dro demũ intereũte uſq; ad ſobolẽ eius modicũ q̃d omnino
qua nondũ edita Macedones Philippi deſiderio Arideũ Ale
xandri fratrẽ eoꝝ regẽ ſtatuere q̃q̃ haud admodũ prudẽtẽ
habitũ quẽ Aridei loco Philippũ appellarũt. Opperiẽtibus in
terim illis Alexãdri ſobolẽ, nam uxorẽ eius grauidã ſerua-
bant, amici ꝓuincias inter ſe partiti ſunt Perdica illis ſub Phi
lippo diuidẽte. Nõ multo deĩde cũ deceſſiſſẽt reges Satrape
eoꝝ loco credıti ſunt. Syrioꝝ ãt primus Satrapes Laumedũ
Mitylenæus iſtituitur. Ex Perdica & Antipatro poſt Perdicã
regibus cũctis pſidẽte. Ptolemęus Aegypti Satrapes in Lau-
medõtẽ claſſe deuectus multis pollicitatiõibus ut Syriã ſibi
traderet hortatus eſt quaſi ingreſſũ Aegypti quẽdã ac pro
pugnaculũ in Cyprũ aſſerẽs quod cum aſpernaretur ille ui
eũ cœpit. Laumedũ interfectis iis a qbus ſeruabatur Alcetã

profugit in Cariã, Sicq; aliquãdiu Syriæ Ptolemæus pſuit, & præſidiã urbibus imponẽs in Aegyptũ enauigauit. Antigonus uero Phrigiæ & Lyciæ ac Pãphiliæ Satrapes,& cuſtos totius Aſiæ inſtitutus ab Antipatro cũ in Europã transmearet. Eumenẽ Cappadociæ Satrapẽ & Macedonũ hoſtẽ a ſe iudicatũ obſedit. Ille fuga elapſus mediã ſibi uendicauit, demũ ab Antigono interceptus neci dedirur. Antigonus cũ in patriã rediret a Seleuco Babyloniorũ Satrape ſplendide ſuſceptus eſt. Increpãte deinde quendã ex ducibus Seleuco neq; id Antigono præſenti referãte iratus rerũ ac pecuniarum rationes ab eo petiit. Ille cum debilior exiſteret ad Ptolemæũ in Aegyptũ abiit. Antigonus poſt Seleuci fugã Blitorũ quẽdã Meſopotamiæ ducẽ e principatu expulit quod Seleucũ abeuntẽ eſſet eo mutatus. Babyloniã uero ac Meſopotamiã altaſq; ex Medis ſupra Helleſpontũ nationes ſibi ſubdidit. Decedẽte autẽ Antipatro a cæteris Satrapis inuideri cœpit, quod tantũ regni tantũq; terræ ſolus poſſideret. Seleuco igitur in primus ſuadente Ptolemæus ac Lyſimacus Thraciæ Satrapes,& Caſſander Antipatri pro patre agens in unũ cõuenerũt, pmiſſiſq; ad Antigonũ legatis regiões, ac pecunias p eum habitas Macedonibus q e regnis decidiſſẽt partiri popoſcerũt. Irridente eos Antigono bellũ in cõmune ſtatuerũt. Ille ex aduerſo paratis copiis quęcũq; pſidia in Syria relicta erant ab Ptolemæo expulit. Phœniceã deinde ac Syriam, quæ inferior dicitur Ptolemæo adhuc patentes ſibi aſciuit. Profectus ſubinde ad Cilicias portas Demetriũ filiũ uix annũ ſecundũ & uigeſimũ agentẽ cum exercitu reliquit in Gaza aduerſus Ptolemæi motus in Aegyptũ, quẽ Ptolemæus iuxta Gazã ingenti prælio uicit. Demetrius ad patrem rediit. Ptolemæus Seleucũ in Babyloniã ut principa

Bellum in Antigonũ paratur.

Vincitur Ptolemęus Antigonus, & Demetrius, ab exercitu, reges appellati. Fit rex Ptolemęus a ſuis

tum ſuſciperet emiſit, pedites porro mille, eqtes trecentos illi dedit, cum quibus licet pauciſſimis Seleucus cæteris ſuſcipientibus Babyloniã prõpte inuaſit, & pricipatũ haud multo poſt in immenſum extulit. Antigonus interim Ptolemæo ſuccenſebat, demũ nauali pugna circa Cyprũ euicit Demetrio filio una militãte. Qua uictoria tam illuſtri adepta exercitus ãbos reges appellauit, Antigonũ.ſ.ac Demetriũ. Intereũtibus interim regibus Arideo Philippo & Olympiade cum Alexãdrini ſtirpe proprii exercitus Ptolemæũ regẽ nominarunt cum poſt acceptã cladẽ haud minus tamen iis poſſideret qui uictores habebãtur. Illis aũt e cõuerſo eadem opinio aderat, quos ſtatim reliq imitati ſunt, omneſq; e Satrapis reges euaſerunt. In hunc modũ Seleucus Babyloniæ præfuit, Mediæ præterea imperauit, Nicatoreq; prælio deuicit, ex iis q ab Antigono i Mediã Satrapes relicti fuerãt. Plura quoq; bella cum Macedonibus geſſit ac barbaris, uerũ duo imprimis maxima cum Macedonibus ipſis egit, ultimũ cum Lyſimacho Thracũ rege, Primũ uero cum Antigono iuxta Hipſeũ Phrygię eodẽ ducẽte atq; pugnãte cũ octogeſimũ ętatis annum attigiſſet. Poſtremo Antigono in bello cõcidente qcũq; reges una cum Seleuco in Antigonũ cõuenerãt eius regna ĩter ſe partiti ſunt. Ex igitur tẽpeſtate Seleucus omnis circa Euphratẽ Syrię quæ mari imminet, Phrygiæ quoq; ſup mediterranea regnũ ſortitus eſt, nationibus quoq; finitimis cõtinue imminẽs, cũ eas ad ſe ſuadendo attrahere potens eſſet & cogere Meſopotamiæ, Armeniæ, ac Cappadociæ quę Seleucis appellatur, Perſis deniq; ac Parthis, Bactriãis & Arabum populis p̃fuit. Epirũ inſup Gordianos Aracoſios, & Hyrcanos ſibi ſubdidit, aliaſq; adiacẽtes uſq; ad Indũ tenuit natiões, quæ olim ab Alexãdro uictæ fuerãt ita ut Aſiæ fines

poſt Alexādrū hic maxime putetur attigiſſe. A Phrygia qppe uſq; ad Indū fluuiū deſuper omnia Seleuco parebāt. Indū p̄terea tranſgreſſus cum Androcoto Indorū rege tamdiu pugnauit quoad ipſum in amicitiā affinitatēq; pellexit. Et hæc quidē ante Antigoni obitum, partim uero poſt ab illo geſta. Ferūt cum ſub rege militaret adhuc & in Perſiā euntē ſequeretur in Didymea oraculū huiuſmodi obtigiſſe. Cum.n. de reditu ſuo in Macedoniā percōtaretur reſpōſum fuiſſe Europam haud queras, Aſię tibi tutior orta eſt, & in Macedonia paternū larem inſpirante nemine ingentē emiſiſſe flammam matrē quoq; eius per ſomnū exiſtimatā eſſe quē annulum ipſa repiſſet Seleuco geſtandū tradere. Regnaturū qppe illum iis in locis in quibus decidiſſet annulus. Poſt modum cum ancorā ſculptā ferro inueniſſet dediſſe filio. Seleucum autem iuxta Euphratē eum amiſiſſe. Dicitur prǽterea cum in Babyloniā poſt hæc ꝓficiſceretur, ad lapidē quēdā offendiſſe, quo euulſo ancora ſtatim apparuiſſe. Tumultu ſubinde inter natos orto quaſi detentionis indiciū id præ ſe ferret Ptolemæū Lagi ad eos mittentē p̄dixiſſe firmitatis ancorā non detentionis eſſe indiciū. Seleuco uero ob hæc eū regno potiretur ancoræ ſculpturā pro ānulo affuiſſe. Superſtite adhuc Alexādro ac inuēte aliud Seleuco ſignū de principatu eius apparuiſſe memorāt Alexādro qppe ex Sidone in Babyloniā reuertēte & per ipſas Babyloniæ paludes cum Euphrates Syriā terrā inundaret nauigāte incumbens ſubito uentus diadema e capite eius abſtulit, nolitāſq; in arundine non longe a quodā ueteſti regis tumulo depoſuit, quod regiæ necis ſignū in primis fuit, nautā uero adnatantē diadema capiti impoſuiſſe ferūt, & Alexādro parū ab humiditate attuliſſe, eius rei prēmiū a rege argēti talentū accepiſſe. Augu

Ptolemęus Lagi.

ribus autem illum interfici iubentibus nõnullos Alexandro idem ſuaſiſſe, alios aduerſatos eſſe. Fuiſſe etiam qui ꝑtermiſſis his non nautã uerũ Seleucũ ad regis diadema adnataſſe dicerent & capiti impoſuiße quo purũ afferrent, & hæc ſigna in fine ambobus accidiſſe. Alexandrũ quippe in Babyloniã finiſſe uitã, Seleucũ Alexãdri imperii plurimũ præter cæteros eius ſucceſſores tenuiße. Hæc de Seleuco ab auguribus ãtedicta fuiſſe legimus. Diſcedẽte demũ Alexãdro dux ſocialis & equeſtris agminis inſtituitur, Quod & Ephestion quondã ſub Alexãdro, & poſt Epheſtionẽ Perdicas rex erat. Dehinc Babyloniæ Satrapes, & rex demũ pro Satrape effectus cum in prælijs feliciſſime pugnaret Nicator cognominatus eſt, Mihi autem probabilius uidetur, Nicatorẽ interfeciſſe, uel quod corpore ingenti fuerit ac robuſto, ſilueſtrẽq; taurũ in Alexãdri ſacrificio olim elapſum e uinculis ſeſe opponens manibus tenuerit ambabus, quod in ſtatuis cõſpicitur quibus cornua deſup adiecta ſunt. Vrbes aũt cõdidit ad imperii eius magnitudinẽ ſex & decẽ Antiochias in memoriã paterni nominis. In honorẽ uero matris quinq; Laodicias, nomen in ſui nominis Seleucias, quatuor in mulierũ ſuaꝝ cõmemoratione urbes, tres Apamias, & Stratoniciã unã, quarum ætate noſtra illuſtriores adhuc extant Seleucia quæ in maris littore ſita eſt, & quæ ſupra Tigri fluuiũ cõdita, Laodiciæ in Phœnicia, & ſub Libano monte Antiochia, Syriæ quoq; Apamia. Alias ꝑterea a Grecia aut Macedõia aut ab opibus qbuſdã ſuis nominauit, aut ad Alexãdri regis laudẽ nomẽ indidit. Ob hoc in Syria & iis q ſupra ipſam incolũt barbaris multa Græcoꝝ multa quoq; Macedonum oppidoꝝ inſunt nomina, Berria, Edeſſa, Perithus, Maronia, Callipolis, Achaia, Bella, Oropus, Aphipolis, Arethuſa, Aſtacus Thegea

Noĩa græcaꝝ urbiũ inter barbaros.

Chalcis, Lariſſa, Erea, & Apollonia. Inter Parthos autẽ, Sotira, Calliopi, Charis, Hecatomplis, Achaia. In India p̃terea. Alexãdropolis. In Scythia, Alexãdreſcheta. Et ob uictoriaꝝ ſuaꝝ famã ac memoriã, Nicíphoriõ in Meſopotamia, & Nicopolis in Armenia, quæ Cappadociæ maxime confinis eſt. Fama eſt cum Seleucias urbes conderet eam quæ mari imminet cœlo tactã eſſe, & ob id fulgur, deũ incolis ab eo tradium, ſolitoſq́ꝫ choreas ducere fulgur hymnis p̃cinentes. Ad eam uero quæ ſupra Tigrim colitur, magi a Seleuco acciti, qui diem, & ex die horã qua fundamẽta urbis iaceret eligerent cum illam ueluti iugũ ipſis imponi formidarẽt, horã ementiti ſunt. Interea Seleucus horę intẽtus in tabernaculo cõſiderat. Exercitus ad officiũ paratus quoad rex mãdaſſet expectabat. Statim uero incũbẽte fatali hora a nullo moniti cum p̃ceptũ ſibi putarent eſſe milites ultro ad opus aduolant, nec cohibẽtibus tubaꝝ ſtrepitu ceſſerũt, eoq; modo urbem cõditã eſſe ferũt. Seleuco uero id grauiter ferẽte & magos denuo de fortuna urbis cõſulẽte in hũc modũ ueniã dep̃catos reſpõdiſſe. Fatalẽ quidẽ ſortẽ o rex ſine malã neq; hominis, neq́ꝫ urbis fas eſt p̃mutare. Quędã.n.urbiũ queadmodum & hominũ ſors eſt. Hanc diuturniorẽ fore diis uiſum eſt, quæ ab hac hora qua cœpta eſt ſumpſit initiũ. Quippe dum urbẽ ut propugnaculũ in nos futurã formidamus, quod fatale fuit aperuimus quod ideo felicius habendũ eſt ſimulãtibus magis, te autem ignorãte. Diuinitas profecto quędam felicitatẽ iſtam militibus oſtendit tuis, quod in teipſo hoc modo intellige ne nos ſimulare amplius credas. Tu.n.rex cum exercitu tuo quiete degẽs opperiẽdi cęteris p̃ceptũ dederas, At ii, q̃ in periculis, laboribus cõtinue mãdatis tuis paruere, neq́ꝫ expectare, neq́ꝫ ordies ſuare potuere, nec turmatim Opinio magorum de fato.

uerum impetu quodã exciti neglectis ducibus mandatũ ſibi credidere, & mandatũ quidẽ fuerat, & ueluti non probibẽte deinceps paruerunt. Quis igitur in bominibus rex deo potentior cenſendus eſt? qui mentis ſuæ cõpos extitit, & condẽdæ urbis noſtrę loco dux ipſe affuit, ſuccenſens nobis, finitimæq; ſtirpi noſtræ. Vbi nam noſtra quibunt conſiſtere fortioribus undiq; nobis inſurgentibus? Hæc igitur ciuitas feliciter a te condita indies adaugebitur, in longumq; manebit æuum. Nobis autem q rerũ noſtrarũ caritate ducti erga te deliquimus propitius mentẽ firma. Hæc depcantibus magis lætatus rex ſponte ueniam illis tribuit. Huiuſmodi de Seleucia urbe pcepimus. Seleucus uero Antiochũ filiũ ſupſtes adbuc omnis quæ deſup eſt regionis, eius loco regem eſſe uoluit. Et q̃q̃ id magnificũ ac regale exiſtimari queat magnificentius tamen ac ſapiẽtius quiddã adoleſcẽtis amor & ad amorẽ eius inſignis moderatio uidetur attuliſſe Stratonicẽ q̃ppe Seleuci uxorẽ Antiochi ipſius nouercã & iam puerũ Seleuco enixã miſere adoleſcẽs deperibat, uerũ paſſionis impudentiã abborrens non facinus aggredi, non palã cuiq; fateri audebat, tantũ morbo indulgẽs ultro mortẽ appetebat; neq; Eraſiſtratus medicus inter pcipuos aulæ a Seleuco babitus ualetudinis buius cauſam ſcrutari poterat quoad corpus eius omni ex parte ſincerũ intuens animæ pfecto egretudinem illam eſſe arbitratus eſt, cuius amantis & infirme paſſionibus laboraret corpus. Triſtitiã nempe & indignationẽ accogitationes alias a prudentibus plærũq; ſimulari, amorẽ, uero intus tegi cõſueuiſſe, nibil borũ tamẽ Antiocho ſibi profitente ſatis ratus in ſecreto deprehẽdi poſſe propius aſſedit & corporis ipſius mutationes quẽadmodũ ad quoſq; ingrediẽs ſe baberet diligẽtius obſeruare cœpit. Quod cum

aliis ad

alijs ad eum accedentibus ſegnem torpidũq; pari modo eſſe cerneret. Stratonice uero aſſidente ut eũ inuiſeret, mẽte ex rubore cõſciẽtiaq; cõfuſa uehemẽtius turbari tacitũq; pſiſtere, corpus pterea q̃q̃ inuito eo reuiuiſcere admodũ, ac uiua eius effici, excedẽte ea cõſidere ac debilitari ad Seleucum pfectus filiũ eius inſanabili morbo correptũ eſſe retulit. Cũ triſtari & exclamare cœpiſſet rex, Paſſio hæc inqt Eraſiſtratus amor eſt, & mulieris quidẽ amor, uerũ q̃ conſequi haud potis eſt. Admirãte admodũ Seleuco ſi quẽ ipſe ob adoleſcẽtis huiuſmodi cõiugiũ pcibus, pecunia, aut donis, deniq; totius regni ſui pollicitatione flectere neqret q uniuerſę Aſiæ impitaret, ac ſupſtite rege qui morbo laboraret datuq; ſe pro ſalute eius quod qſq; uellet promittere, & ſolũ quæ mulier hæc eſſet efflagitãte. Eraſiſtratus meã inqt, uxorẽ deperit. Tum Seleucus qd ergo inquit tu tam bonus & nobis adeó beneuolentia affectus & caritate; uirtute uero & ſapientia paucis ſedens iuuenem florentẽ ętate & regno debitũ, amici pterea & regis filiũ in infelicitate prudentẽ & morbum adeo celantem ut mortẽ libens oppetat nobis non ſeruabis? uerum Antiochũ ſi deſpicies, deſpicies & inuicẽ Seleucũ. At ille regi aduerſatus incõuincibilẽ ſermonẽ protulit. An tu inquit q̃q̃ eius parens ſi uxorẽ tuã cuperet Antiochus illam ultro daturus es? Hic Seleucus reges oẽs ac deos per ſancte deierãs ſponte ſe ac læte datuq; obtulit boniq; parentis beneuolentiæ exemplũ cũctis exhibituq; erga filiũ adeo prudẽtem continentẽq; paſſionis & huius mali prorſus indignũ, aliaq; his ſimilia ædiſſerens triſtari ac lamentari ni illi infelici medicã afferret opem. Ille cum regis mentẽ non ſimulatam quidem, uerũ ad rem promptã certamq; diſcerneret paſſionẽ omnem filii detegit, & quẽadmodũ id deprehen

Aſtutus medicus.

diſſet enūciat. Seleucus gaudio elatus unicū opus ſibi ſupereſſe arbitratus eſt, quo pacto id filio pſuadendū eſſet, quo pacto & uxori. Cū uoti tandē ſui cōpos eſſet coacto in unum exercitu, qui forte id præſenſerat quæcūq; ab eo geſta eſſent ediſſerit. Deinde de principatu loqui orſus Alexandri ſucceſſorē in longū proferre q̄ maxime opus eſſe oſtēdit. Se uero ſenio cōfectū aut quāq̄ tāto imperio ſufficere. Diſpoſuit itaq; inquit ipſius magnitudinē ſine ueſtra in futurū cura diuidere & partē cariſſimis meis tradere. Aequi eritis ad hæc pagēda mihi omnes, qui ad tantum principatus ac potentiæ poſt Alexandrū regem ſub me euecti eſtis. Amātiſſimi itaq; mihi & regno digni uiſi ſunt, filius iam ætate adultus & uxor, filii nempe ab his in flore cōſtitutis ſtatim oriētur, ſtatim regni noſtri aderunt cuſtodes. Coniugam eos ad inuicem uobis inſpectantibus, & reges gentium quæ deſuper incollunt ambos ſtatuam, nec uobis potius Pſarum mores aliarum ue nationum quā quæ omnibus cōmunis eſt imponam legem inſtitum ſemper id eſſe uobis quod reges ſtatuent. Sic ille effatus eſt. Exercitus uero tanquā regem ab Alexandro maximum & parentem optimum ſummis laudibus cœpit conclamare. Seleucus autem hæc ipſa Stratonicæ & filio imperās connubio adiunxit, ſolutoſq; ad ſe in regnum dimiſit. Opus p̄fecto memorabile & lōge fortius is quę in hoſtes geſſit meditatus. Satrapiæ quidem ſub illo fuerant duę & ſeptuaginta tantum ille imperii tenuit, quarū maiorem filio partem tradidit. Ipſe a mari duntaxat uſq; ad Euphratem regnum ſibi ſtatuit. Nouiſſimo demum bello circa Phrygiam quæ ſupra Helleſpōtū eſt cum Lyſimacho depugnās Lyſimachum acie cadentem uicit. Inde Helleſpontum trāſgreſſus, & in Lyſimachiam aſcendens a Ptolemæo Ceranno cognomine qui cum

Seleuci oratio.

Seleuci regnū ingēs.

ſequebatur occiſus eſt. Fuit aũt Ceraunus ex Ptolemæo Sortita & Euridice Antipatri filia genitus, quẽ Aegypti regno excedẽtẽ ob timorẽ patris quod iuniori filio regnũ dare decreuißet Seleucus filii ĩ morẽ ea calamitate ſuſceꝑat enutrieratq́ qui ſe illi interfectorẽ ſubornauit. In hũc modũ igitur Seleucus periit cũ tres ſupra ſeptuaginta uixiſſet annos, duobus & quadraginta regno p̄fuiſſet. Non iniuria itaq; in eum uerſus ille accõmodari uiſus. Europã haud q̃ras. Aſiæ tibi tutior ora. Lyſimachia q̃dẽ Europȩ pars eſt, ac tũ primũ ab Alexandri exercitu trãſitus in Europam factus. Ferũt & de eius obitu nõnũq̃ referente eo huiuſmodi uerſus peruulgatos eſſe. Argos effugiẽs fatali in tp̄e p̄ges. Argos cũ fueris tunc ſortẽ mortis obibis. Eſt.n. Argos Peloponẽſiũ, & agros Amphilochiũ Argos quoq; in Horeſtia, a qua Argeadæ Macedones dicti, & quæ in Ionio ad Diomede errãte putatur condita, & ſi qua alibi terra, Argos dicta eſt ab illo diligẽter quæſita & animaduerſa. Aſcendẽte autem eo in Lyſimachiã ab Helleſpõto ara quædã magna & illuſtris in cõſpectu aderat. Dũ igitur intelligit aut Argonauta eã condidiſse in Colchũ nauigãtes aut Achiuos ad Ilion caſtra mouẽtes & ob id arã ab incolis corrupto uocabulo Argos dici, aut ꝓpter atridarũ patrã. Hæc igitur dum intelligit a Ptolemæo atergo inſtante occiditur, Corpus eius Philetrus Pergami præfectus combuſſit igni cũ illud a Ceraunio pecunia ingenti redemiſſet, reliquias uero Antiocho filio miſit. Ille in Seleucia quę mari ĩminet ſepulchro cõdidit. Templum præterea exædificauit, quod Niceterium deinceps appellatum eſt. Seleucum audio cũ Alexandri ſcutifer adhuc eſſet per longum tempus equitandi pedes aſtitiſse, Cumq; ex labore deficeret apprehenſa equi cauſa inſequi perſeueraſse. Caſu uero extremam

aciem regii teli frontem eius perſtrinxiſſe, Statimq; cruore effuſo Alexandrũ cũ tænia careret, diademate proprio obligaſſe uulnus, diadema ex cruore fœdatũ eſſe. Ob hæc Ariſtandrũ uatem inſpecto eo prædixiſſe ferũt, regem illũ futurũ quidem, uerũ cum maximo labore regnaturũ. Sic ille per quadraginta regnauit annos cõputatis iis quibus ſatrapes habitus eſt. Cæterũ ingi labore ut ſeptuagenarius adhuc bellum gereret, & depugnãs extinctus ſit. Cũ Lyſimachus interfectus eſſet corpus humi ſtratũ canis domeſticus plurimũ contendens atq; decertans ab auibus feriſq; illæſum præſtitit, quoad Phorax quidã Pharſalicus inuentũ humi cõdidit. Nonnulli tradũt Alexandrũ Lyſimachi filiũ qui ad Seleucũ olim fugerat patrẽ ueritus quod Agathoclẽ alterũ eius filiũ interemerat deducente cane iam tabidũ corpus offendiſſe, oſſaq; in Lyſimachiã cõdidiſſe eorũ templo quod Lyſimachũ appellabatur. Hũc igitur finem ambo reges ſortiti ſunt cum uterq; fortiſſimo & excellenti corpore eſſet præditus, & hic quidẽ ad ſeptuageſimũ uixiſſet annum, alter uero tres amplius attigiſſet, & quiſq; eorũ in bello manu propria ad extremũ uſq; pugnaſſet ſpiritũ. Defuncto deinde Seleuco qui deinceps ab illo Syriæ regnũ ſuſceperũt hi fere habentur Antiochus primus, qui nouercã fertur dilexiſſe, & Sotheris cognomẽ habuit, Galathas ex Europa in Aſiã trãſgreſſos expulit. Secundus Antiochus alter ex huius & nouercæ coniugio genitus, cui etiã dei cognomen affuit a Mileſiis primũ indutũ, quod Timarcũ eorũ tyrãnum expuliſſet, uerũ hunc uxor pharmaco necauit. Duas quippe habuit Laodicem. ſ. & Berenicem. Ob zelũ igitur & nuptias Philadelphi filiæ a Laodice occiditur, & cum eo Berenice ac eius infans, q̃ ut ulciſceretur Ptolemæus Laodicẽ interficit, & Syriam deducto exercitu

Babyloniã inuaſit, & ex ea tempeſtate Parthi tũ primũ ab ipſis defecere ueluti iam perturbato Seleucidarũ regno. Poſt Antiochũ cognomine deum filius eius Seleucus ex Laodice genitus regnũ accepit Callinicus cognominatus. Seleuco aũt ipſi filii duo affuere ætate adulti. Seleucus.ſ. & Antiocho Seleucus cũ ualetudine minus pſpera uteretur, nec exercitui admodũ gratus eſſet ab amicis conſulto per pharmacũ ſublatus eſt cũ duobus tantũ regnaſſet ãnis. Antiochus uero is eſt qui magnus dicebatur de quo a principio retulimus. Cũ Romanis bellũ geſſiſſe, anniſq; ſeptem & trinta tenuiſſe regnũ de cuius etiam filiis abunde ſcriptũ eſt a nobis Seleuco.ſ. & Antiocho, qui ambo reges extiterũt, Seleucus annis duodecim exiliter tamen & infirme regno præfuit ob paternã cladem cũ Antiochus nõ amplius duobus regnauiſſet, in qbus Artaxã armeniorũ regẽ cœpit, & in Aegyptum cõtra ſextũ Ptolemæũ cũ fratre deſtitutum a parẽtibus arma intulit. Cui circa Alexãdriã exercitum habẽti Popilius a Romanis miſſus tabellã attulit, in qua hæc ſcripta inerãt. Non pugnare in Ptolemæos Antiochum. Quã cũ legiſſet ille, & ad cõſultandum tempus poſceret circulum Popilius uirga conſcripſit inquiens. Intra hũc conſule. Quo mandato ſtupefactus ille ſtatim abiit, & ueneris elimeæ templũ ſpoliauit, demũ ex ualitudine tabeſcens mortẽ obiit filiũ nouennem reliquens Antiochũ uidelicet cognomine Eupatorẽ de quo uiciſſim a nobis dictũ eſt. Dictũ præterea de Demetrio, qui poſt eum fuit & Romæ obſes morã duxit, deinde cũ clãculũ effugiſſet regnũ ſuſcepit, & Soter a Syriis ſecũdus, poſt Seleucũ Nicatoris filium cognomen meruit. Inſurrexit aũt illi Alexander quidã ex Seleuco ſenatum emẽtitus, & Ptolemæus Aegypti rex ob Demetrii odiũ Alexandro fauens. Verũ Demetrius ob Ptole-

Seleucus callinicus.

Antiochus eupater.

meum regno eiectus ſtatim obiit. Alexādrū porro demetri⸗us expulit Demetrii Soteris filius, & quia ſpuriū genus ſu⸗peraſſet Nicator a Syriis poſt Seleucū ſecūdus appellatus eſt, cū & ille in Parthos poſt Seleucū mouiſſet arma, inde in ca⸗ptiuitatē lapſus apud Phraatē regē aliquādiu moratus ē, quo tēpore Rodogunem eius ſororē rex cōnubio illi adiunxit, ue

Alexāder nothus.

rum ad indignitatē quoq; Diodorus regū ſeruus Alexandrū puerū ex Alexandro notho, & Ptholemæi filia genitū regno induxit deinde interfecto eo regnū ipſe inuaſit, & Triphō ſua ſponte cognominatus eſt, quē Antiochus Demetrii illius captiui frater in Rhodo ob captiuitatē perſuaſus adiit, ac eo interfecto paternum regnū nō ſine iugi labore recuperauit. Porro in Phraatē bellū mouens fratrē petere cœpit, Qua ex re Phraates timore percitus Demetrium illi tradidit. Sed cū in Parthos denuo mouiſſet, uictus ſemetipſum ſpōte occidit. Occiſus eſt & a Cleopatra muliere Demetrius, cū in regnū reuerteretur, ob Rodogunæ nuptias zelo cōmota cum ea ex cauſa Antiocho Demetrii fratri prius denupſiſſet. Erāt āt illi ex Demetrio filii duo Seleucus & Antiochus Grypus co⸗gnomine. Ex Antiocho uero Antiochus Cyzicinus appella⸗tus. Ex his quidē Grypū Athenas, Cyzicinū in Cyzicū alen dos miſit. Seleucū uero poſt demetrii patris obitum diadema ſibi uendicantē ſagitta ſuſtulit ſiue dolū uerita, quo in parena tem eius uſa fuerat, ſiue furore quodā peroſa oēs. Poſt Seleu⸗

Seleucus Grypi fi⸗lius.

cū igitur Grypus rex creatus eſt, qui matrē ſibi uenenū per⸗miſcentē bibere coegit, pœnaſq; parēti ſuo pendere, haud ab ſimilis profecto a matre Grypus. Inſidiabatur & ipſe Cyzici no q̄q̄ ex eadem matre eſſet genitus. Quod præſentiens ille bellū fratri intulit regnoq; dimouit. Ipſe in eius locū Syriis præfuit. At Seleucus Antiochi Grypi filius motis in patriā

copiis regnũ illi abſtulit, Ipſe cum tyrãnicus crudeliſſimuſq́ haberetur Ciliciæ in ara Mopſi poſt gymnaſiũ cõbuſtus eſt, Regnũ deinceps ſuſcepit Antiochus Cyzicini filius, cui cum inſidiaretur Seleucus cõſobrinus eius Syrii ob pietatẽ cõſernatum putant, & ob id Euſebium nomine appellãt, re aũt ab amica quæ pulchritudinem eius deperibat ſeruatus eſt. Mihi uero ad irriſionem potius hoc nomen a Syriis uidetur inditũ. Lunã q̃ppe ſibi cõnubio adiũxiſſe ferũt, quæ & patri eius olim Cyzicinio, deinde & Grypo patruo denupſerat. Quẽadmodũ igitur huiuſce diuinitatis participẽ Tigranes e regno depulit & filiũ eius ex luna uiciſſim genitũ & in Aſia innutritũ, ob idq; Aſiaticũ cognominatũ Põpeius Siriæ regno priuauit, ut a nobis ſupius ſcriptũ eſt ſeptẽ & ducentis ã Seleuco elapſis ãnis. Eximio q̃ppe Alexãdrũ, & Alexandrini filiũ uelut nothos & ſeruũ eorũ Diodotũ ceſſãte adhuc Põpeio p annũ dũtaxat imperãtẽ Seleucidarũ itaq́ imperiũ per ſeptuaginta ultra ducẽtos ãnos pueĉtũ eſt. Et ſi ad Romanorũ tẽpora ab Alexãdro uſq; cõtemplabimur his ſeptuaginta & ducentis annis quatuor & decẽ Tigranis cõputabimus. Hæc igitur de Macedonibus qui in Syria regnarũt ueluti in aliena a nobis hiſtoria perſcripſimus.

Ara Mopſi

Seleucidarũ imperiũ per ſeptuagita & ducẽtos annos.

Hiſtoriȩ cõcluſio in Põpeiũ. Et ſic hiſtoriã omnem Syriæ intuemur ab Antiocho magno uſq́ ad Romanorũ uiĉtoriã, Deinde ab Alexãdro ſupius reuertẽdo uſq; in Antiochũ ipſum. Poſtremo ab Antiocho in Pompeium magnum.

Appiani Alexandrini ſophiſtȩ Romanorum liber explicit, qui Syrius inſcribitur.
Traduĉtio .P. Candidi.

Appiani Alexandrini ſophiſtæ Romanorum liber incipit, qui Parthicus inſcribitur. Traductio .P. Candidi.

Gabinius.

POST Pompeiū, & deinceps ab eo quos in Syria magiſtratū geſſiſſe diximus Gabinius prętor qui eam prouinciā regeret emiſſus eſt. Is cum in Arabes deduceret Mithridates Parthorum rex ab Orode fratre imperio eiectus ex Arabia ad Parthos ire pſuaſit. Ptolemęus autē undecimus Aegypti rex & ipſe regno pariter expulſus multis pecuniis hortatus eſt, ut a Parthis in Alexandrinos ſe cōuerteret. Ptolemaū igitur Gabinius in regnū reſtituit illato Alexādrinis bello. Sed is Romanorum ſententia dānatus aufugit, quod abſq; ſenatus decreto Aegyptum inuaſiſſet bello apud ipſos nefaſto ex Sybillinis monitis. Poſt Gabinium Syriæ Craſſus præfuit. Quo pugnāte in Parthos ingens clades accepta eſt. Lucio deinde Bibulo poſt Craſſum tenente Syriā Parthi in eam mouere bellum. Saxa porro poſt Bibulum regente uſq; ad Ioniā Parthi peruenere Romanis inter ſe diſſidētibus ciuili bello ut a nobis ſuperius dictū eſt, operęprecīū nihil tamē peregere ut latrociniis potius q̄ bello functi uideantur. Sed hæc poſterius geſta. Craſſi autem caſus ac calamitas Parthorum animos ad ſummū extulit, qui deinde ſub Antonio repreſſi ſunt. Quēadmodū uero id bellum cœptū ſit, a Craſſo paulo altius uidetur repetendū, Aderat forte comitiorum dies ſtatuto tēpore aſpirabantq; pmaxime ad cōſulatū in unū cōcordes Caius Cæſar, Pōpeius magnus, & Craſſus prænomine Marcus, qui nōnullos ipſis aduerſantes, Ciceronem .ſ. ac Catonē repellētes per uim magiſtratu potiti ſunt, partitiq; inter ſe prouincias Cæſari in aliud quinquennium

Ptolemęus undecimus rex ægypti.

L. Bibulus

Saxa.

Cato uticenſis.

Galliam prius habitã ab illo cõfirmarũt, Sibiipſis porro Pompeius & Craſſus Syriam Iberiamq; ſortiũtur, ex qbus Syria Craſſo, Iberia Pompeio obuenit, quæ ſors omnibus fere fuit acceptiſſima, Multi nempe Pompeiũ haud longe ab urbe eſſe cupiebant, & ipſe uxoris amore diutius in ea morã agitabat. Craſſus accepta ſorte ultra modũ lætus nullam ſibi præſenti fortunam ſplendidiorẽ obuenire poſſe ratus eſt, adeo ut uix quietem ageret. Cũ amicis enim una quædã, ac fere puerilia præter ætatẽ ex natura loqui ſolitus cũ minime continens & ſeuerus haberetur tunc admodũ elatus & ueluti ſolutus omni lege non Syriã, non Parthos felicitatis ſuæ fines apponere cõtentus, quæ Lucullus in Tigranẽ. Pompeius in Mithridatem egiſſe dicerentur, ueluti ludũ quendã præ ſe ferrens ad Bactros uſq; & Indos & maris terminos inani ſpẽ ſeipſum efferebat. Sed cũ ex huiuſmodi lege bellũ in Parthos nullũ traderetur nemini ambiguum erat Craſſum uoto ſuo decidiſſe. Scripſit autẽ illi Cæſar e Gallia belli impetũ collaudãs & exacuens. Itaq; cũ Ateius tribunus ingreſſu illi obſtare cuperet, multiq; pterea in unũ cõueniſſent ſuccenſentes ac q̃rentes quod in homines nihil mali meritos fœdere etiã cõiunctos populo Romano bellũ iniretur, ueritus Craſſus Pompeiũ rogare cœpit ut illi adeſſet, unaq; auxiliũ afferret. Erat q̃ppe Pompeio apud populũ ſumma auctoritas. Quãobrem cũ plures in unũ ueniſſe cerneret, illiq; obſiſtere paratos uiciſſim acclamare, in mediũ progreſſus hilaritate uultus, atq; audacia eoꝝ impetũ motũq; cõpeſcuit. Subſecuto deinde ſilentio cũ per ipſos progredi tentarent. Ateius aduerſum factus primũ quidẽ uoce cohibuit, & ne egrederetur teſtatus eſt, deinde ad lictorem conuerſus ut corpore apprehenſum detineat edicit. Cæteris tribunis idipſum prohibẽtibus lictor Craſſum

Ateius tribunus.

emiſit. Tum uero accurrēs Ateius ſudē igne torrentē ante
poſuit ianuæ. Obueniētq; illi Craſſo delibatis auide ſacris exe
crationes diras extulit & horrēdas, ſæua quædā numina &
immania inuocās atq; in eos imprecatus. Has quidē execra
tiones Romani condi ſolitas, & antiquas profitetur, tale q̃ p
habere poteſtatē ut nemini fas ſit q in eas inciderit effu
gere, peſſime ꝑterea operari his utentē ſi nō a cōuenietibus
his, aut a multis excitētur, qua ex cauſa Ateiū pl'riq; repre
hendebāt, q ut urbē in Craſſum irritaret in execratiōes im
pias & ſupſtitionē tam ingentē eam cōiecisſet. Craſſus uero
cū Brundiſiū ueniſſet nondū q̃eto & tranq̃llo mari claſſē ſol
uit. Pluribus igitur amiſſis nauibus ui tēpeſtatis reliq̃s aſſūa
ꝑtis copiis p Galatiā terreſtri itinere profectus eſt. Ibi cum
Deiotaꝝ offendiſſet regem iam admodū ſenē nouā condentē
urbē, cauillo in eum uſus o rex inq̃t duodecim horaꝝ domū
Deiotarus
incipis? Cui ſurridēs Deiotarus ſed nec tu imꝑator inq̃t tem
peſtiue admodū in Parthos bellū moues. Erat. n. ſexagenarius
iam Craſſus aut paulo minus ætatis habēs aſpectū tamen ſe
niorq; ętate. Venientē aūt ipſum primū quidē res haud eius
ſpe indigne ſuſceꝑe, nam & Euphratē ponte facile cōiunxit,
& exercitū traduxit incolumē ac urbes plures in Meſopo
tamia ultro ſe dedētes accepit. Vnā uero in qua Apollonius
tyrannus præſidebat cū milites centū in pugna ꝑdidiſſet ui
tandē captā diripuit hoſtiliter, & rebus ademptis corpora
ſubiecit haſtæ. Hanc urbē Zenodociā Græci appellāt. Qua ca
pta paſſus ſe imperatorē dici ab exercitu, haud mediocrē cō
traxit infamiā, uiliſq; ab omnibus haberi cœpit, quaſi ma
iora deſperarēt, qui rem minimā tanti faceret. Impoſitis de
inde p̄ſidiis iis urbibus quas cœpat uſq; ad numerū ſeptem
milliū peditū, equitū mille cū reliq̃s copiis Syriā in hiberna

conceſſit. Ibi ſuſcepto filio quem Cæſar e Gallia multis inſi-gnibus ornatũ, & equitibus mille electis ſtipatũ miſerat, in hoc primũ erraſſe in re bellica uiſus eſt, & prioribus longe maius peccatũ edidiſſe, quod cum Babyloniã ac Seleuciã ſuſcipere opus eſſet, urbes Parthis cõtinuo infenſas, tẽpus hoſtibus ſe ꝑparãdi uiſus eſt præſtitiſſe. Quippe in Syria morã duces cũ pecuniariæ magis q̃ rei militari nauaret operam, nõ armoꝶ ordines ſupplere ſtudẽs, non milites contentionibus bellicis inſtruere, ſed redditus dũtaxat urbiũ excogitans & pecunias per plures dies in Hierapolitbea lancibus expendẽs trutinis, populis præterea ac dynaſtis militũ rationes per epiſtolas imponẽs, & afferẽtibus argentũ acerbius, ac æquũ erat uerbis inſultãs tandẽ contẽni & pro nihilo haberi cœpit. Signa uero futuræ cladis huiuſmodi fuiſſe conſtat. Primũ quidẽ ab ipſa dea (hãc q̃ppe nõnulli Venerẽ, alii Iunonẽ, q̃dã originẽ, ac ſemina uniuerſis ex humiditate tribuentẽ cauſam & naturã nominãt) cum ex eius templo egrederetur primus in ipſo limine prolapſus eſt Craſſus iunior, deinde ſupra ipſum Craſſus pater. Cum ex hybernis copias educeret legati ab Arſace ad eũ ueniũt breuẽ quendã ſermonẽ afferentes. Ita n. dixere. Si quidẽ a Romanis exercitus in eos mitteretur bellũ contra fœdus eſſe ac nefandũ. Sin inuita patria ut acceperãt ob ꝓpriã utilitatẽ arma Parthis īferret, regionẽ occuparet, ęqua Arſacẽ dicere, & Craſſi ſenectutis miſereri, derelinquere Romanis uiros in cuſtodia magis poſitos q̃ cuſtodiẽtes. Ad hæc obſtrepẽte Craſſo & reſpõſum i Seleucia datuꝶ pollicẽte, unus ex legatis ſenior Vagiſes nomine uolã manus ſupine ꝓferens. In hac inq̃t crines potius naſcẽtur o Craſſe, quã tu Seleuciã uideas. Hæc aũt ita intellexiſſe uiſus eſt ut Orodem regem prius debellandũ eſſe

Hieropolis thea.

signa cladis.

Vagiſes legatus.

diceret. Ex urbibus autem quas in Meſopotamia præſidiis Romani munierant repente nõnulli decidentes mira quædã & ſollicitudine digna referebãt, ultro.n.territi multitudine hoſtium, ac bellorum, quæ pro urbibus olim ptuliſſent, ut amicis mos eſt omnia in maius extollentes ineuitabiles hos eſſe inſequẽtes fatebãtur, inſuperabiles uero cum fuga raperentur ſagittas oculorum aciẽ pennis anteuertere, ac prius q̃ emittẽtem cernere fas eßet percußo inſurgere. Ex iis q armis munirentur partim hoſtibus occurrere, partim nemini inſurgenti cedere. Quæ omnia audientes milites fere conciderãt animo ſatis pſuaſi nihil Armeniis & Cappadocibus differre Parthos, quos oppugnãs Lucullus & pſequẽs demũ reliqſſet. Grauiſſimã præterea belli partẽ inter longũ arbitrati bominumq; inſecutionẽ nunq̃ inter manus uenturorum prælia pericula q; præter ſpem futura formidabãt. Cum autem ſacrificia quædã inſtanter eum facere oportere, iterũq; ex ſentẽtia omnia proponere putarent tacite prodidere uates ſigna continue peſſima, & in ſacris cõdita apparuiſſe Craßo. Sed

Artabaxes neq; his mentẽ addidit, neq; aliis qbuſuis niſi feſtinare ſuadẽtibus. Non minus quoq; illum Artabaxes Armeniorum rex ad bellum excitaße creditur. Venit non in exercitu ad eum equitũ ſex millia qui cuſtodes, ac pcurſores regis ferebãtur, adducens alios quoq; uſq; ad.x.milliũ numerũ cataphratorum & tria peditũ millia domeſticorum pollicitus adducere. Craſſumq; adhortatus eſt, ut per Armeniã in Parthos transferret exercitũq;, enim ſolũ non per uberrima loca copias deductum eſſe ipſo aſſiſtente uerum tuto inceſſum per montes & colles inuicẽ coniũctos, loca admodũ difficilia adducẽtibus equos, in quibus omnis Parthorum uis ſita eſſet. Ille prõptitudine eius & militũ ornatũ collaudauit iter p Meſopo

tamiam factum ſe eſſe dixit, quo in loco multos, ac pcipuos Romanorum reliquiſſet ciues. Armenius itaque ad ea ſe cõuertit. Craſſo igitur exercitũ per pontẽ traducẽti multa præter ſolitum emicuere fulgura, plurimũque ex aduerſo militibus intonuit uentus preterea nebulis corruſcationibuſque pmixtus claſſes anchoris annexas adeo cõcuſſit, ut pleraſque ex iis denuo ſubmergeret, duplici quoque iactu fulgurum tactus eſt e cœlo loco locus, in quem caſtra eſſet habiturus, Equus prætorius quoque & eximie ornatus ui diſtracto auriga ad riuũ & ipſe immerſus ſubito uideri deſiit. Ferunt & aquilã quæ prius ſublata eſſet a caſu cõuerſam decidiſſe. Ad hęc porro euenere poſt iter cum neceſſaria forte militibus apponerẽtur primũ lentes & offas eſſe allatas quę lugubria Romani exiſtimãt, & in funeralibus apponi ſolita. Ipſi etiã Craſſo ad milites cõcionãti uox excidit quæ haud parũ turbaret exercitum. Dixit. n. ſe ideo pontẽ ſoluere, ut nemo ex ipſis poſſet retrouerti. Deinde errore cognito triſtitiã uerbi aſſumere & explicare ad eos qui in ſiniſtrũ id acceperant ob inſolẽtiam neglexit. Poſtremo cum ſolito more luſtraret exercitũ & mactatis hoſtiis augur extra illi porrexiſſet decidere e manibus. Qua in re cum pręſentes ſubtriſtari cerneret riſu edito huiuſmodi inqt ſenectus eſt, ſed nec armorum ulla e manibus effugiẽt noſtris. His q; pactis copias trans flumen mouit ſeptẽ armarum legiones ducens, equitũ paulo minus quatuor millia, leuius pterea armaturæ eqtibus parẽ numerũ. Præcurſorum igitur nõnulli explorare iuſſi ad eũ rediere nũciantes uiris quidẽ uacuã eſſe regionẽ, plura tamen equorum notaſſe ueſtigia ueluti cõuerſione retrocedentium. Ob quæ Craſſus ſpe elatus eſt, militibus quoq; Parthos deſpicere cõtigit quaſi ad manus ueritos accedere. Subinde aũt Caſſius

Tranſitus Euphratis.

Craſſi copiæ.

& qui cum eo militabãt Craſſum hortabãtur, ut in aliqua urbiũ ex iis quas munierat copias reduceret quouſq; hoſtiũ motus certius audiret. Sin id recuſaret ad Seleuciã uerſus fluuiũ ductaret exercitũ facilitatẽ quippe itineris rei frumẽtariæ præbere copiã & ad ſalubritatẽ exercitus cõferre inuicem cuſtodiã illis ne circũueniri poſſent præſtãte fluuio hoſtibus ex aduerſo inſuetis cõferre manũ. Hæc igitur Craſſo uoluente animo & adhuc cõſulente primarius quidã Arabum nomine Abarus uir ſimulator ac pfidus ad eum uenit, q omniũ deinceps calamitatũ quas ſors fœda illis attulit pcipua cauſa uidetur extitiſſe. Hunc nõnulli ex iis q cum Põpeio militauerãt familiarẽ ſibi & nominis Romani haud inimicum extitiſſe nouerãt q tunc Craſſo ex ſentẽtia quorundã regis pfectorũ ſe ſubiecerat, ut eum longe a fluuio & montiũ itineribus auerſum iter uaſta corporũ ſpacia quoquo pacto adduceret, oĩa etenim prius expiri q iuſta cũ Romanis acie certare parati erãt. Is igitur ad Craſſũ pfectus, erat.n. eloqo ad ſuadendũ potens, Põpeiũ ut benefactorẽ in primis ſummis laudibus cœpit efferre. Craſſũ uero tanta potẽtia pditũ pbeatum appellãs inepte morã ducere quæſtus eſt cunctantẽ, ac ſe pparantẽ quaſi illi armis, ac non potius manibus & pedibus uelociſſimis opus eſſet cõtra homines q iãpridẽ pcioſiora ſuaq; rerũ rapiẽtes ad Scythas, & hyrcanos trãsferre cuperẽt, & ſi pugnaturi ſint inqt accelerãdũ eſt tamẽ prius q oẽm in unũ adhortãte rege conferãt potentiã, nam nũc quidem Surena ad Sillaces defertur ſup ipſos aggreſſionẽ ſuſcepturus. Id quippe nemini notũ eſt. Hæc aũt cõfecta erant oĩa. In duas etenim partes potentiã ſuã diuidẽs Orodes ipſe Armeniã ingreſſus populabatur Artabaxẽ. Surenã uero aduerſus Romãos miſerat, nõ ea uſus prudẽtia quã multi pdidere,

Abarus proditor.

non.n.credibile erat Craſsū primariū Romanorū uirū contē nentē Artabaxo potius iſurrexiſſe & Armeniorū uillas belli ſorte ſibi eligere. Cęterū hoc mihi uero ſimilius uidetur eſſe piculo deterritū ſe in tuto poſuiſſe, & futurā ſorte opperientem Surenā aduerſum deleg:iſſe hoſtibus, an aliter eos circūuenire poſſet meditantē; non.n.ex plebe Surena fuerat uerum genere diuitiis & gloria regi ſecūdus, fortitudine uero & robore inter Parthos ætate ſua ſere primus. Ad hæc magnitudine & forma corporis nulli cedēs, cōtinue a ſeipſo q onera deferrent mille camelos ſolitus adducere, ducētos pterea pellicū currus, equos cataphractos mille quos plæriq; leuiorū præcedebāt. Summa equorū omniū clientibus & ſeruis additis decem milliū æquebat numerū. Huic a principio ob generis nobilitatē id decus additum ut primus Parthorū regi diadema apponeret. Orodem igitur hic primus in Parthos deducentē iuuit auxilio, & Seleuciā urbem magnam prior ipſe murū ſupgreſſus cæpit, aduerſantes propria detrudens manu cum nondū trigeſimū ætatis attigiſſet, annum, cōſilii & ingenii non mediocrē adeptus gloriā. Quibus ex rebus cum Craſſum multifaceret ob audaciā & ingenii ſpecimen primarium Romanorū uirum ita ex timore & dolis rerum fortuitarū iam propinquū obſeruabat. Abarus igitur cum Craſſum ſuaſionibus a fluuio auertiſſet inter media camporū ſpacia deduxit nullis cōſita arboribus & inaquoſa & quæ circūquaq; proficiſcētibus nullum præberent itineris finem, ut non ſitim dūtaxat & itineris difficultatē uerū gradientiū oculis uaſtitatē & deſolationē anteferrent, non arborē aſpicientibus, non riuū, non mōtis aſcenſum, nō germinantē herbā, ſed profunditas quædā, & terrarū fluxus tempus deſertuſq; circūſtaret exercitū. His ex cauſis dolus iam Seleucia.

Detegitur dolus Abari.

ſuſpectus eſſe cœperat. Poſtea uero cũ ab Artabaxo Armeno nũcis aduenissent, qui regem ingenti prælio detineri dicerent Orode in illũ irruente auxiliũ Craſſo mittere non poſſe ſuadere ut ad eum ſe conuerteret, ut una cum Armenis in Orodẽ bellũ gereret. Sin autem id negligeret proficiſci continue & caſtrametari equis ꝑuia euitante loca & colles eligente Craſsus ob irã nihil ſcribere dignatus hoc ſolũ uerbis reſpondit Armeniã ne nũc quidẽ quietẽ agere. Cæteꝝ cum ad eum rediiſset Artabaxũ proditionis pœnas datuꝝ eſſe. Quibus uerbis ſubiratus Caſſius, & qui cũ illo erant Craſſum in legatos ſæuientẽ admonitionibus lenire priuatim uero Abaro inſurgẽtes dicere. Quæ te ſors infelix ad nos detulit mortaliũ peſſime q̃bus pharmacis, ac beneficiis Craſsum impuliſti in ſolitudine tam uaſtam, ac profundã diſpergentẽ copias, uiam ingredi Numidis latronibus potius q̃ Romano duci congruentem? Ad quæ Abarus uir fallax, ac uarius ſe ſubiiciens eos hortabatur ſuadebatq; ꝑmodicũ pati, ac tollerare, deinde ad milites decurrẽs, ac nõnunq̃ auxilio aſſiſtẽs riſu adoriebatur & ſalibus, uos per Campaniã iter facere fortaſſe creditis fontes & flumina umbraſq; nemoꝝ, necnõ balnea & hoſpicia aſſueti petere nõ recordamini inter Arabum & Aſſirioꝝ fines Proficiſci? Sic Abarus Romanos pædagogi in mortẽ corrigebat, cum cæteris prius q̃ eius proditio innoteſceret adeq̃tans non lauit tamen Craſſum. Cæterum hoc illi ꝑſuadebat quod plura faceret ut terrorẽ incuteret hoſtibus. Ferunt die illa Craſſum nõ ut Romanis imperatoribus mos fuit purpurea ornatũ ueſte, ſed nigra indutum proceſſiſſe, eamq; cũ aĩaduertiſset immutaſſe. Ex ſignis etiam nõnulla ueluti infixã uix magno labore ab efferentibus trahi potuiſſe. Qua ex cauſa irridẽs Craſsus agmẽ pro-

perare

penare iuſſit phalãgẽq́ʒ eqtatũ pariter accedere quoad nõnulli ſpeculatũ miſſi alios ab hoſtibus interfectos eſſe, ſeipſos uix eoꝝ manus effugiſſe dicerent, aduentare illico eos in pugnã paratos ĩgẽti multitudine audaciaq́ʒ cõfiſos. Quo nũcio cõmoti omnes ipſe etiã Craſſus uehemẽter cœpit trepidare. Summa igitur feſtinatione nec admodũ cõſtanter milites in aciẽ eduxit. Et primũ quidẽ ut Caſſio uiſum eſt phalangẽ leuius armatã in mediũ extendens, ne circũueniri ab hoſtibus poſſet eqtibus cornua firmauit, deĩde immutato cõſilio in unũ reducens duplici munimento cõnexuit & quadrata profundaq; multitudine ſtipatã in. xii. acies diſpoſuit, quæ ſingulæ latera auigerẽt, iuxta aciẽ uero turmã equitum locauit, ſic ut nulla eaꝝ auxilio equitũ careret, ſed ab omni latere eodẽ munimẽto cõtectæ eſſent. Ex cornibus alterum Caſſio alterũ Craſſo iuniori dedit ipſe ĩ medio cõſtitit. Eoq́ʒ modo exercitũ deducens ad riuũ ꝑuenit qui Baliſſus dicitur haud quaq̃ uberibus fluentẽ aquis gratũ tamẽ militibus in tanta ſoli ſiccitate & ardore iuxta aliã difficilẽ aquiſq; carẽtẽ itinerationẽ. Præfectoꝝ igitur plurimis eo in loco manendũ uidebatur ſuſtinendũq; ꝑ noctẽ & quoad potis eſſet, hoſtiũ ordines multitudinẽq́ʒ dignoſcendã, demũ cum illuceſceret in eos ducendũ. Interim Craſſo iuniori & eqtibus q̃ cum illo erant edictũ, ut iter agerent ſeq́ʒ ad pugnã p̃pararent, qua ex re elatus ille in ordine adhuc ſtantes ſi qui indigerent cibũ capere, ac prius q̃ ab oĩbus abũde ſumptũ eſſet aciẽ progredi iuſſit nõ pedetentim, nec ut ad pugnã quiete mouens uerũ ſita itineratione cõtinuaq́ʒ deducens, quoad hoſtes præter eoꝝ opinionẽ apparuere, non plurimi quidẽ nec admodũ elati, reliquã.n. multitudinẽ præcedentibus Surena ſubmiſerat, & ſplendore contegẽs armoꝝ ueſtes, & paluda-

Baliſſus riuus.

menta illis iuſſent adiicere. Cū appropinquaſſent & ſignum a duce datū eſſet primū quidem ſtrepitu graui & horrendo campum circū intonuere omnē. Parthi etenim non cornibus, aut tubis pugnæ ſignū dare conſueuerūt uerum lances corio affixo concauas, & clauis extenſo æris ſimul ab omni parte uerberant quæ horrēdum & profundū quiddam reſonantes fremitu ferino & ſubito tonitrus mixtā referunt ſimilitudinē optime cōſiderantes, quoniā ex omnibus ſenſibus auditus per maxime conturbat animam & circa eam paſſiones excitat, & in primis omniū terret intellectum. Turbatis itaq; Romanis inopino ſonitu ſtatim quidē operimēta iacientes, galeis ſplendidis & clypeis lucēte ferro coruſcantibus induti prodiere, equis inſidentes ex ære ferroq; uiciſſim contectis armis. Præcipuus tamē inter omnes Surena & pulcherrimus aderat & ipſe qdē uirtutis fama molicie decoris haud ſimilis, uerū modico inſtructus apparatu uultum comaſq; lorica diſtinxerat inter Parthos longe inſignis atq; formidandus.

Parthoꝝ cōſuetudo.

Belli principium.

Primū igitur eos qui in fronte cōſtiterāt telis inceſſere, ac ni ꝓpellere conati ſunt. At cū acieꝝ firmitatē armoꝝ cōnexionē uiroꝝ ꝑterea cōſtantiā expti eſſent retroceſſere & ſegregari hincinde uiſi, unaq; acieꝝ ordines diſſoluere, circulo quodā quadratā aciē in unum collegere. Craſſo aūt uelitibus ut excurrerēt imperāte nō multū qdē illi ꝓceſſere cæteꝝ ſagittarum multitudine oppreſſi, iteꝝ ad ſuos, reuerſi ſunt, quæ res turbationis principiū & terrorē attulit ſagittaꝝ uiolentiā & ſtridorē intuētibus quę arma dilacerātes equę mollia & dura penetrabāt. Parthi uero eminus diſtātes ſagittas undequaq; emittere cœperūt nō diſtincte qdē iacētes cū Romani denſitate cōiunctā tenerēt aciē ſic ut ēt uolentes fruſtra ſagittā emittere nō poſſēt, crebra uulnera recto itu inferētibus

telis ui adactis flexuris neruoꝝ ab arcubus firmitate magnitudineq́ꝫ ꝓſtãtibus. Erat igitur iã clades aꝑta. Romanoꝝ ordinẽ qppe ſeruãtes undiq́ꝫ ſagittaꝝ ſauciabãtur incurſibus cedentes tantũdẽ a ꝑiculo aberãt, fugiebãt.n. ſimul iacẽtes Parthi qđ apud Scythas fortiſſimũ hẽtur eos nãq́ꝫ ſapientiſſimos iudicãt q̃ a quæ auxilio aliis adeſſe & ſe tutari nouerint fugeq́; turpitudinẽ hoc conſilio adimere. Romani uero q̃ad eos effuſis ſagittis ad ꝓliũ accedere & manũ unã collaturos credidere patiẽter eoꝝ cõſultũ ꝑpeſſi ſunt. Cũ aũt ſagittaꝝ ingentẽ uim a camelis allatam fuiſſe cognouiſſent, qbus primũ depugnantes demũ uterentur animis collapſi ſpem oẽm abiecere, nec minus Craſſus ipſe cõmotus eſt. Nuncios igitur ad filium præmiſit ſcrutariq́; iuſſit ſi quo pacto hoſtibus ſe immiſcens prius q̃ ab illis circũueniretur aduerſos propellere poſſet nã ipſi potiſſimũ inſtabãt, iam.n. cornu eius adequitabant ueluti a tergo inhæſuri. Aſſumẽs itaq́ꝫ iuuenis equites mille, ac trecentos ex quibus mille a Cæſare adduxerat, ſcutigerulorum etiã qui proximi aderant turmas octo ad impetũ miſit quos Parthi nonnũq̃ euitantes aliquando telis inceſſantes, & ut quidam referunt quo Craſſum longe ab exercitu per aſtum interciperent nunc retrocedentes nunc conuerſi ſequebantur, quoad exclamans Craſſus non expectant hi nos uiri, inſequi perſeuerant, & cũ eo Cenſorinus & Megabacchus & hic quidẽ magnitudine animi & fortitudine longe prior. Cenſorinus amplius ſenatoriam nactus dignitatem & eloquio potens ambo Craſſo amici & eiuſdem fere ætatis. Inſequentibus deinde dũtaxat equitibus promptitudo omnis & hilaritas ſperatæ occaſionis ablata eſt uiciſſe etenim ſe exiſtimãtes & hoſtes ꝑſequi cũ longius ꝓgreſſi eſſent ſe dolo circũuentos cognouere cõuertentibus ſe iis q̊s fugere ꝑutabãt & pluribus

alijs inſurgentibus. Hoc in loco aliquãtulũ morati hoſtes numero inferiores ad manus tandẽ uenturos crediderũt. At illi cataphratis aduerſum Romanis poſitis, reliquos equites nullo ordine emiſſos circunfundũt qui campum omnem quatientes arenaꝝ cumulos e profundo eruerent, pulueriſq; immenſum excitarent. Qua clade circũuenti neq; facile proſpicere, neq; loqui Romani poterãt, ſed in arctũ deuoluti inter ſe uiciſſim corruebãt nõ tela iacere, aut ſubdita intercipi morte cuiquã fas erat. Cæteꝝ ſpaſmo & dolore circũſepti undiq; a ſagittis carpebantur, quas cũ ui educere tẽtarent, & mucrones barbulaſq; e uenis nerviſq; diuellere ſeipſos affligẽtes, mẽbra undiq; traiecta lacerabãt. In hũc modũ intereũtibus plurimis uiuentes quoq; nihil agere aut moliri poterãt. Hortãte igitur Publio ut cataphratos adorirẽtur manus clypeis ĩfixas pedes a ſagittis humi detẽtos oſtẽderũt, neq; ſe prælio, neq; fugę amplius idoneos eſſe dixerũt. Ipſe igitur ad equites aduolãs audacter qdẽ in hoſtes deduxit ſeq; illis immiſcuit ueꝝ impar certamen erat cũ æquæ ferire ac præcauere opus eſſet, nã cũ debilibus qbuſdã & paruis telis thoracis corio & ferro ſolidas inuaderẽt, ex aduerſo contis robuſta Galloꝝ corpora, & nuda petebãtur, quę res maxime eos extulit, opera tñ rei militaris inclyta edidere, nã cũ telis eos uulneraſſẽt, inuicẽ cõplexi uiros ab equis ꝓpellebãt armoꝝ grauitate haud facile ſe ſuſtinẽtes. Plurimi p̃terea eoꝝ equis derelictis hoſtiũ ſubibãt equos, eoſq; infra uẽtrem uulnerabãt. At hi dolore cõciti & una patiẽtes eodẽ momẽto aſcẽſuros & hoſtes inuicẽ ſanguine madẽtes opprimebãt. Afflixit aũt uel maxime Gallos calor, & ſitis utriuſq; inſuetos. Equos porro plurimi admiſerãt hoſtilibus cõſumptos telis, ui itaq; ad armatos reuerti ꝓperarũt, Publiũ iã uulneribus cõfectũ intuentes. Cũ igitur ſemitam

Conflictus Romanoꝝ

colli proximã uiderẽt, ad eã accurrerũt, equiſq; in medium redactis clipeis ab extra eos cõtegentes facile barbaros repellere putarũt, quod ex aduerſo illis contigit. In ordinibus quippe qui poſteriores ſunt, ab antecedẽtibus cõtegi ſolent. In hoc aũt aliis ſupra alios ſine ordine locũ occupãtibus, & cõtinue eos qui poſterius reſidẽt detegẽtibus, nullus fere modus fugę aderat. Cæterũ uno impetu ad ima pellebãtur tã ingloriã & inertẽ deplorãtes necẽ. Erãt forte cũ Publio uiri duo e Gręcis ibidẽ, q Carras habitabant, Hieronymus & Nicomachus, hi illũ adhortari cœpere, ut una cũ ipſis ad Ichnas fugerent urbẽ Romano populo obſequentẽ, quibus cũ reſpondiſſet ille nullã tam acerbã eſſe mortẽ, quæ Publiũ deterrere poſſet, ut eos linqueret q pro ſe in bello cecidiſſẽt ſalutem ſibi quærere adhortatus eſt, cõplexuſq; a ſe dimiſit, deinde cũ manu uti nõ poſſet ſagitta ſaucius, ſcrutiferũ ut ſe gladio conficeret admonuit, ultroq; illi latus obtulit. Eodẽ modo Cenſorinũ deceſſiſſe memorant, Megabachus ſeipſum gladio pemit, quod genus mortis ab illuſtrioribus ſeruatũ eſt. Cęteros adhuc ſuperſtites Parthi inuadẽtes telis oppreſſere, uiuos nõ amplius quingentis captos fuiſſe memorãt, capita Publii & q cũ illo fuerant abſciſa, ſtatim ad Craſſũ delata ſunt. In hũc.n. modũ res proceſſerat cũ filiũ in Parthos inſurgere mandaſſet, qdã ad eũ uenit nũcians ingẽtẽ cõuerſionẽ aſperãq; inſecutionẽ in hoſtes fieri cœptã. Vides igitur ppaucos ex iis qui adeſſe cõſueuerãt, plurimũ qppe effluerãt aliquãtulũ gauiſus eſt, ſuoſq; in unũ cõgregans exercitũ ad oppoſita loca ire iuſſit filiũ iã inde ab inſecutione rediturũ autumãs. Qui autem a Publio pręmiſſi erant, ut nunciarent eum in periculo conſiſtere in hoſtes delapſi primũ interiere, qui uero poſterius uix effugerunt Publiũ iam cedere affirmabant ni magno, ac repentino auxi-

lio illi aſſiſteret. Craſſum igitur plurima aduerſa diſtinebāt. Nihil enim ex his quæ acta fuerāt ratione cōplecti poterat, timore uero ad omnia & filii ductus caritate, utrū auxilium afferret, aut nō afferret dubitabat. Tādem potentiam omnē inferre ſtatuit. Inter hæc Parthi aduētabāt clamore & exultatione lōge priore bello formidabiliores; ac plurima denuo timpana Romanis obſtrepebant alterius prælii initiū adeſſe ratis. Illi aūt Publii caput afferentes pilo infixū & propius inſtantes cōuiciis, Craſſum genuſq; parentū inſectati ſunt, nō.n. decuit aiebant Craſſum parte inuirilē, & peſſimū, filiū adeo generoſum & ſplēdidū uirtutis ſpectaculū obiicere Romanis Super alia autem dira & horrēda eo℞ animos uel maxime infregit non impetus ad uindictā promus, ut par erat, uerum terror, ac trepidatio paſſim diffuſa in omnes & quidē Craſſum in hac calamitate ſeipſo fortiorem fama eſt exhibuiſſe. Clamore etenim circūiens acies, ad me unū hæc clades pertinet o Romani aiebat. Cæte℞ maior gloria uirtutiſq; fœlicitas in nobis ſita eſt ſi uos incolumes inuictoſq; præſtabitis, & ſi mihi ſors inuida filium cuncto℞ optimum eripuit, hanc ſaltem iram oſtendite in hoſtes lætitiam illis ademite crudelitatem digna pœna uindicāte; nec pro iis quæ nobis inuenerūt animos uelitis abiicere. Neceſſe eſt nonnunq̄ eos pati qui magna adoriūtur, nec Lucullus quidem Tigranē ſine ſuo℞ ſanguine deiicit, neq; Scipio Antiochū, mille rates priſci illi noſtri circa Siciliam amiſere. In Italia imperatores, atq; duces plures quo℞ nullus ante uictus cæteros ne uictoria uterentur in hoſtes uetuit. Nō enim proſperitate Romani ſed patientia & uirtute ad aſpera quæq; tendētes tantum poteſtatis & gloriæ ſibi peperere. Hæc cū diceret & adhortaretur Craſſus perpaucos aures adhibentes animaduertit, quinimo eos

Craſſi uerba generoſa.

exclamare iubens facile totius exercitus mœſticiam aperuit,
debilē admodū & inordinatā uocem emittentis. Cōtra bar-
barorum audacia & exultatio undiq; eminebat. Proſequentes
igitur inceptū opus ſerui quidē, & ſcutigeri ex trāſuerſo ſa-
gittas emittebāt, qui uero inter primos locati erāt cōtis depu-
gnātes Romanos paruo quodam incluſere ſpacio uiſi, ſi quos
mortē fugientes mira audacia in hoſtes impulit parua quędā
auſos, ac ſubito ſagittaꝝ magnitudine, acerbitateq; cōſumptos
quę cū telum ferro adiicerent, equos nōnūq̄, interdum binos
homines transuerberabant. Eo modo depugnantes cū nox in-
ſtaret intermiſere prælīū, noctē unam Craſſo elargiri profi-
tentes, ut filiū deflere liceat. Nihil enim melius ſperari pote-
rat in re ſua conſulente ſi ad Arſacem graderetur uel ad illū
prius adduci mallet. Parthi propius caſtrametantes in maxi-
ma ſpe uerſabātur, uox permoleſta Romanis aderat nō de-
functoꝝ ſepulchra, nō ſaucioꝝ & pene intereūtiū curā me-
ditātibus, ſed ſingulis ſe deflentibus ineuitabilis ꝗppe dies ui-
debatur per noctē operātibus, & inter auia deſertaq; cam-
poꝝ ſpatia relictis. Vulnerati p̄terea ingentē deſperationem
afferebāt, impedimentū nō modicū celeritati prę ſtaturi ſi du-
cerentur. Sin linquerentur uoce fugā proditur i. Craſſum uero
q̄q̄ maloꝝ omnium cauſam & originē eſſe ſcirent, alloqui ta-
men ac uidere magnopere optabāt. At ille a cæteris diuiſus
in tenebris latebat, fortunæ plurimis ſapientibus uero teme-
ritatis & ambitionis futurus exēplar qui cū primis & maxi-
mis inter tot uiroꝝ millia haberi poßet, quod duobus dūta-
xat inferiorē ſe putaret omniū egēus ſibi uidebatur. Tū igitur
Octauius legatus, & Caſſius eū adhortari & excitare co-
nati ſunt, recurſante eo & aio fere cōcidēte, ipſimet duces,
ac p̄tores in unū cōuocant. Cū excedere uiſum eßet cōſulē-

tibus, uerum ſine tuba per ſilentium agmen agere omniũ ſtatim qui ſe linqui exiſtimabãt, ac id pręſenſerant tumultus ingens, ac cõfuſio fletu muxta exoritur. Clamor quoq; uniuerſum tenuit exercitũ. Qua ex re trepidatio, & pauor abeuntes cœpit quaſi ſubito eos hoſtes eſſent inuaſuri. Itaq; plæ rũq; in ordines redacti ſaucios, qui eos ſequebantur, partim ſuſcipientes, partim repellentes morã facere coacti trecentis

Gnatius. equitibus exceptis, qui Gnatio duce circa mediã fere noctẽ

Coponius. Carras ꝑuenerunt. Allocutus igitur Gnatius mœniũ cuſtodes Romano ſermone Coponiũ admonere iubet ingentẽ pugnã a Craſſo cũ Parthis geſtam eſſe, nihilq; ulterius elocutus, nec ipſe quis eſſet referẽs, equites per pontẽ intulit, & qui cũ eo erãt ſaluos pręſtitit. Nõnullis igitur cõuitiis agitatus eſt quod ducem reliquiſſet. Nam eius uox ad Coponiũ delata utilis Craſſo fuit. Quippe hæc animo uolutans Coponius cũ nihil boni annunciare eũ ex ſubito ſermone cõfuſoq; ꝑcipet ſtatim milites arma capere iuſſit, & Craſſum nõdũ uenire audiens obuiã illi prodiit, eũq; cũ exercitu intra urbẽ recepit. Parthi igitur ea nocte q̃q̃ Romanoꝝ motũ fugãq; ſenſiſſent neutiq̃ inſecuti ſunt. Statim uero orta luce eos, qui ab exercitu relicti fuerant non plures quatuor millibus aggreſſi ad unũ interficiũt, plæroſq; etiã ꝑ agros palantes, ipſi in equis diſcurrentes capiũt. Quatuor p̃terea cohortes quas nocte Barguntius legatus deducebat cũ a uia aberraſſet in arctis deprehenſas & ſe inuicẽ mutantes cõfecerũt. xx. dũtaxat hominibus exceptis, qui nudis enſibus ꝑ mediũ eoꝝ tranſeuntes nõ ſine omniũ admiratione ad Carras ꝑuenerũt. Interim ad Surenã falſus rumor delatus eſt effugiſſe Craſſum reliquoſq; cũ eo captiuos qui autem in Carris reſtitiſſent, turbã imixtã hominesq; haud multifaciẽdos eſſe. Arbitratus igitur ſe totius ui

ctoriæ finē perdidiſſet, & adhuc animo dubius & an uen
eſſent ſcire,cupiēs,utq; ad urbē delatus uel Craſſū obſide-
ret,uel abeuntē ſequerētur,ad Carrinos quēdā ex ſuis pmit-
tit interpretē,iubens ſub mœnibus Romano ſermone Craſſū
poſcere aut Caſſium,ac dicere,libenter Surenā in colloquiū
cū illis eſſe.Hęc referēte interprete cū Craſſo nūciatū eſſet,
poſtulationi eius aſſenſus eſt, ac paulopoſt uenere a Barba-
ris Arabes qdā q Craſſū, ac Caſſiū optime ab aſpectu noſce
rēt in exercitu ante pugnā uiſos. Hi Caſſiū e muro intuentes
Surenā fœdus cū eis inire uelle,dixerūt,cōceſſurūq; ſi regi
amici eſſe uellent,& Meſopotamiā linquere, ut ſalui abire
poſſēt.Hęc cū utilia Caſſio in extrema neceſſitate uiſa eēnt
cōditionēq; ſuſcipet,locū aūt & tēpus diffiniri poſceret,qui-
bus in unum cōuenirēt,ad ſe facturos polliciti ſunt. Gauiſus Aſtutus
igitur Surena in hoc eos obſidione detinere poſſe,orta luce Surena.
Parthos ipulit,q multa aduerſum cōminātes eos admonerēt,
ſi fœdus cū ipſis inire Romanī uellent Craſſum traderēt,ac
Caſſiū, Ad quæ cū ſe deceptos qrerētur lōgas & inutiles Ara
bū ſpes Craſſū, ut omitteret hortari ſalutēq; ſibi fuga qrere
cōtēdūt. Idq; Carrinis nullo pacto dicēdū monet. Suadebat
id omniū infideliſſimus Craſſo Andromachus, ſeq; itineris Androma
ducē pſitebatur,qđ nemini Parthorꝝ clā fuit,eodē ad ſingu chus pdi
los cūcta deferēte. Cū igitur Parthis cōſuetudo,haud adeſſet tor.
belli noctu gerēdi. Craſſus uero eo tpe eſſet abiturus ne lon
ga inſecutiōe hoſtes retardaret militari aſtutia eos diſtine-
bat,nā alia aliis iplicabat itinera,tādē uero in ſiluā delatus
ampliſſima loca foſſis undiq; ipedita quæ nō ſine iugi labore
hincinde ſequētes morarētur circūibat. Qua ex re nihil ſa-
nū fidū ue moliri. Andromachū plęriq; intuētes ſequi recuſa
rūt,inter quos & Caſſius denuo ac Carras redire inſtituit.

Suadētibus illi Arabibus, ut maneret quoad luna ſcorpionē ꝑtrāſiſſet, ego inqt ſagittariū magis timeo. Profectus itaq; in Syriā qngētis ſtipatus eqtibus fido duce ad iter uſus mōtana itinera ſecutus, quæ ſinaca appellātur, & orta nondū luce cū qnq; militibus in tutū eſt delatus. Ducebat autē illos uir optimus Octauius. Craſſū uero ſub Andromacho ꝑ inuia ſalutiſq; palantē illuſtris dies attigit. Erant cū eo ſcutigeror̄ cohortes quatuor, eqtes ꝑpauci, lictores numero qnq; cū qbus magno labore uix tandē in ſemitā redactus incūbētibus iam hoſtibus cū non lōgius .xii. ſtadiis Octauio abeſſet, ad alium collē fuga ꝑuenit non eqtabilē adeo aut manitū, adiacētē uero reliqs cōuallibus & lōgo pendentē iugo campis in medio patētibus. Itaq; ab iis q Octauiū ſecuti erāt facile eius ꝑiculū ſpectari poterat. Primus igitur Octauius cū paucis deinde ſequētibus cęteris in hoſtes ferebatur, qbus a colle depulſis Craſſū in medio eor̄ recepe, clypeos qppe obiicientes gloriari ꝑgunt, nullas Parthis adeſſe ſagittas quæ imꝑatoris ſui corpori obeſſe poſſent ni ſup illū pugnātes ipſi occūberēt. Videns igitur Surena Parthos iam ſe lāguidius ꝑiculo immiſcentes, quaſi nocte tenerētur, tumulū ꝑterea quē Romani occupaſſent omni ex parte tutos eos reddere huiuſmodi dolū Craſſo annecti. Plurimi nēpe ex captiuis demiſſi fuerāt qui Barbaros in exercitu audiſſe dicerēt inter ſe colloquētes regem neutiq̄ bellū cū Romanis ſine fœdere omiſſurū cæterū amicitiā cōciliandā eſſe Craſſi gratia, quo beneuolo uti cuperet. Ceſſerāt .n. iam a pugna Barbari. Surena igitur cū optimis ſtrenue ad tumulū ꝓfectus primū quidē ab arcu neruū ſoluit, deīde dextrā ꝓtulit. Craſſū quoq; in colloquiū uocare cœpit, inquiēs potētia regē, ac uirtute inuite uſum māſuetudinē ac clementiā ſponte erga illū oſtenſurū eſſe, cū fœdus

Surenę dolus i Craſſum.

abeuntibus & abeũdi p̃ſtaret facultatẽ. Hæc Surena refe-rente alii ſuſcipientes ad gratiam quoq; referebant. Craſſus nihil niſi infidum ab his expertus ſubitamq; eorũ mutationẽ nequaq̃ rationi innixam arbitratus, haud aſſenſſus eſt, ue-rum conſilio uniuerſa agenda eſſe dictitabat. Militibus uero reclamantibus ac iubentibus demum maledictis inceſſanti-bus quaſi eos pugnantes abiiceret cum q̃bus ſine armis, nec in colloquiũ uenire auderet principio eos ſermonibus lenire & aliq̃ tentauit quod reliquũ lucis inter mõtes & rupes ſu-ſtinẽtes facillime noctu eſſent abituri. Iter quoq; oſtẽdit hor-tatuſq; eſt ne ſpem ſalutis quæ iã p̃prius adeſſet ultro abii-cerent. Cum uero ulterius eos conquerẽtes & arma quatiẽ-tes minis uti cognouiſſet, pauefactus ſtatim ceſſit hæc ſolum cõuerſus inquiẽs Octauii & Petronii & quicũq; Romanorũ adeſtis duces, uos quidẽ itineris mei neceſſitatẽ cernitis præ-ſenteſq; conſpicitis quã fœda & dura patior, uerũ ad alios cum ſalui eritis hæc ſolũ dicite Craſſum p̃fidia hoſtiũ dece-ptum interiiſſe, non autem a ciuibus traditũ, non.n. qui circa Octauiũ erãt reſtiterũt, uerũ a tumulo inferius p̃fecti ſunt. Solũ lictores ſequẽtes Craſſus repulit. Primi igitur Barbaro-rum obuiã illi prodeũt duo ſemigræci q̃ ab equis deſcendẽ-tes debito eũ honore ſuſceperũt, & Græco ſermone ut quoſ-dam ea ſuis præmitteret hortati ſunt, q̃bus ſe Surena cũ ſuis inermẽ adeſſe oſtẽderet. Craſſus his reſpondit & ſi modica uiuendi cupiditate teneretur, non tamẽ ſe eorũ manibus per-miſſurum eſſe. Itaq; Riſcos fratres præmiſit ſciſcitaturos qui quot ue in unum conueniſſent quos Surena ſtatim de-prehenſos iuſſit detineri, ipſe cum illuſtrioribus in equo proceſſit, uiſoq; Craſſo & quid hoc, inquit, Romanorum imperator pedes ambulat, nos in equis uehimur & ſta-

tim equũ iuſſit adduci. Craſſo autem neq; ſe, neq; illum pec
caſſe profitente, cum utriq; patriũ ſit in unũ conuenire eſſe
ibi inducias, ac pacẽ Orodi regi Romaniſq; Surena inquit.
Oportere autem ad fluuiũ eũtes fœdera conſcribere Non.n.
uos omnino memores promiſſorũ eſtis, o Romani, ait, & dex
tram illi obtulit. Recuſante deĩde Craſſo equũ, nihil neceſſe
inquit, rex qppe illum tibi tradit, & ſimul equus aderat pha
leris auroq; conſpicuus, & qui præſto eum ſuſcepturi uene
rãt, circũſidẽtes plateis inſequebãtur, accelerareq; cogebãt.
Octauius — Octauius igitur equũ per frena arripit, & poſt eum unus
Petronius. — ex tribunis Petronius, demũ reliqui circũſtetere equũ occi
dere quærentes, & qui Craſſum impellebãt ab utroq; parte
deturbãtes. Tumultu itaq; & impulſione fieri cœptis cũ ad
uerbera uentum eſſet. Octauius exerto enſe aglonẽ quendã e
barbaris occidit, alius uero Octauiũ a tergo inſtãs uulne
rauit. Petronius cum armis haud admodũ munitus eſſet, in
Thoracẽ percuſſus uulneratus abiit. Craſſũ autem Maxar
thes Parthus interfecit, quod quidã negãt, aliũ quendã oc
ciſorem aſſerẽtes. Craſſo deinde iacenti caput dextrãq; ab
ſciſſam referunt. Opinãtur tamen iſta potius q̃ intelligãtur.
Magna ſtrages Romanorũ. — Qui.n.pſentes erãt, partim circa ipſum pugnãtes interfecti
ſunt, partim fugiẽtes ad tumulũ ſtatim redierũt. Aduenĩẽti
bus demũ Parthis & Craſſum pœnas dediſſe referentibus
reliquos omnes tuto deſcẽdere Surena iuſſit, itaq; e tumulo
delapſi ſeipſos Parthis credidere, & hi quidẽ nocte palãtes
uix paucis exceptis in tutum euaſere. Reliquos omnes Ara
bes, aut uiuos cœpere, aut confecere ferro. Ferũtur qppe ad
.xx. millia hominũ interiiſſe, decem millia in poteſtatẽ reda
cta eſſe. Caput autem dextrãq; Craſſi Orodi regi in Arme
niam Surena miſit. Ipſe in Seleuciã pmiſſis nuntiis Craſſũ

captiuũ duci ridiculã cõmeatus eſt pompã per contumeliã triumphũ agẽs, nam captiuorũ gratiſſimus Craſſo Caius, ue ſtem regiæ mulieris indutus, & pro Craſſo iuſſus reſpõdere cum imperator uocaretur equo inſidebat, ante ipſum uero ti bicines, ac lictores camelis uehebãtur; quorũ uirgis ſacculi pendẽtes inerant, iuxta ſecures nuper abſciſſa Romanorũ ca pita, poſt hos Seleucides incedebãt pellices cantoreſq́; , q ſcur rilia plura & riſu digna referentes, mollicie Craſſi & igna uiam eius decantarent; & hæc quidem omnibus conſpicua erant. Seleucidarũ uero ſeniores in unum congregãs, Ariſti des, Mileſiorũ impudicos protulit codices, non quidem emẽ titus, in reconditis. n. Ruſtii inuenti referũtur, quã Surenæ contumeliarũ materiã in Romanos pſtitere, nec niſi bello im pliciti huiuſmodi rebus ſcriptis nequeũt continere. Seleuci dis quippe uir ſapiens uidetur Aeſopus Surenã intuentibus Mileſiarũ impudicitiarũ ſollem prius appendentẽ, poſterius uero Parthicã autrahentẽ pompã, inter tot pellicũ currus iis quæ Echidnæ nominãtur & Scytalæ haud abſimilẽ. Et hæc quidem priori in parte illuſtria. Terribilia deinde telis, ar cubus equiſq́; inſequentiũ, phalangis uero caudã in choreas, plauſus, pſalmos, feſtiuitateſq́; impudicas mulierũ finientem Mendax profecto uir Ruſtius impudici Parthi Mileſia hæc ementiti ludicra quorũ plurimi eorũ regno pfuerint e Mile ſiis, Ioniiſq; pellicibus nati Arſacidę. His peractis Orodes cũ Artabaxe Armeniorũ rege in colloquiũ uenit & ſororẽ eius Pacoro filio ſuo coniugẽ deſpõdit. Potus deinde & conuiuia inter utroſq; multaq́; alia uiciſſim præbita. Certamẽ præ terea eſt Græcorũ inſtitutũ uocibus, non. n. cantibus Græcis & litteris indoctus omnino putabatur Orodes. Artabaxes etiam tragœdias edidiße & orationes hiſtoriaſq́; ſcripſiſſe

Irriſio in Craſſum.

Ariſtides Mileſius Ruſtius. Obſcura hiſtoria.

Reges bar bari literis tñ eruditi.

dicitur quaꝝ nõnullæ poſteritati adhuc ꝑmanẽt. Craſſi ca-
pite ad fores delato ſtatim e mẽſura cõſurrexere oẽs. Trage-
doꝝ deinde mimus Iaſon nomine Tralianus, cũ Bacchi or-
gia ab Euripide in iis quæ de Agaue referũtur decãtaret,
eſſetq; eius uox ꝑgrata oĩbus Silacis ante ſtãtiã procumbẽs
eam ꝑ ueneratus, Craſſi caput iecit in mediũ; plauſum autem
in immẽſum cũ lætitia & clamore extollẽtibus Parthis Si-
lacis ſtatim i inclinauere ſerui iuben e rege. Tum Iaſon Pen-
thei cõfictã poema a cuidã e pſallẽtibus tradidit, Ille Craſſi
capite aſſumpto bacchatus in more in id ſe totũ extulit ſupe-
ſtitione huiuſmodi uſus & cãtu. Ferimus ex mõtis ãbitu nuꝑ
cæſam uenatione optimã. Eo cantu gauiſi oẽs reſpondẽtibus
deinde reliqs cũ quidã ex iis q chorizabãt addidiſſet; meus
meus hic eſt honor, ꝓlixiẽs Maxarthes, nã & ipſe conuiuio
inerat; caput e manu abſtulit quaſi id ipſum a ſe cõuenientis-
bus dicendũ putaret. Gauiſus igitur rex quod ex patriæ mo-
ribus conſuetũ fuit donũ illis tribuit; Iaſoni uero talentũ cõ-
tulit. In hũc ita ꝑ cantũ Craſſi militiã ueluti tragœdiã quã-
dã finiu ſſe ſcriptũ eſt. Pœnas tamẽ huiuſce crudelitatis Oro-
Surenæ mors. dem ac piurii Surenã dediſſe meritas. Nã Surenã nõ multo
poſt dignitati & gloriæ eius inuidẽs Orodes neci tradidit.
Orodes porro cũ Pacoꝝ filiũ a Romanis bello ſupatus amiſ-
Orodis regis mors. ſiſſet, & morbo intercutis laborare cœpiſſet a Phraarte filio
ꝑ inſidias aconito aggreſſus, ſuſcipiẽte medicinã morbo; ita
Labienus Parthus. ut longius prorogaretur attenuarẽturq; mẽbra alia breuiori
uia e uita pulſus eſt. Tumultuante deinde Parthico exercitu
circa Meſopotamiã Labienũ regii milites Parthoꝝ principẽ
ſibi ſtatuentes Syriã ingreſſuri uidebãtur, uel ulterius pro-
deũtes in Alexãdriã ſecũ deducturi. Agentẽ igitur Parthos
& ab Euphrate & Syria Lydiã uſq; & Ioniã, Aſyriã per-

uaſtante oēm Antonius ut reprimeret eiq́ obſiſteret copids aduerſum mouit, quē uxor Fuluia multis lachrymis & literis ad ſe reuocās in Italiā demū redire coegit. Ibi Cæſari cōciliatus, ac Pōpeio qui Siciliā regebat Ventidiū p̄miſit in Aſiā impedimentū quoddā allaturꝰ Parthis. Ipſe ultro ſibi indulgens ſacerdos primi Cæſaris creatus eſt pluraq́ alia benigne comiterq́ in politicis rebus exercuit. Erat forte cū eo magus quidā Aegyptius ex iis q hominū genituras ſorteſq́ ſcrutantur. Is ſiue ut Cleopatræ morē gereret ſiue ueritati inniteretur erga Antoniū dicere auſus eſt fortunā eius illuſtrē & inſignē ſub Cæſare admodū deficere ac debilitari, & ut lōge ab eo adoleſcēte ſe trāsferret hortatus eſt. Tuus inquit dæmō huius reformidat geniū. Quibus ex uerbis palam ſubtriſtari uiſus eſt Antonius, ita ut Aegypto potius inhærens ex Italia diſcederet, & quæ propria in Græcia illi fuerāt Cæſaris poteſtati traderet. In hybernis igitur circa Athenas cōmorāti quæ in Parthos a Vētidio fœliciter geſta fuerāt referūtur. Supatos bello Parthos. Labienū, ac Phraarte bellaciſſimos Orodis duces acie interiiſſe. Quaꝝ cauſa epulū Græcis p̄bitū, ludi præcipui Athenis acti. Cū autē ad bellū pfecturus eſſet ſertū ſibi ex oleo ſacro deſumpſit & a Clepſydria uas aquę plenū ex p̄cepto hauriens ſecū detulit. Inter hęc Pacoꝝ regis filiū magnas Parthoꝝ copias i Syriā ducēte Vētidius circa Cyriſtū occurrēs pepulit. Pacoroq́ inter primos occūbēte magna ſtrage eos afflixit, qđ opus inter cætera memoratu dignū oēs fere calamitates quas Romāi ſub Craſſo ptuliſſēt uidicta ſuſtulit, Parthoſq; intra mediā Meſopotamiāq́. Cōcluſit tribus p̄liis ſūma ui ſupatos a Romāis. Vētidius igitur Parthos ulterius pſeq neglexit Antonii ueritus inuidiā. Deficiētes āt inadēs ad deditionē redire cōpulit.

Ingēs Parthoꝝ ſtrages tribus prælijs.

Antiochus Comagēus a Vētidio obſidetur. Antiochū porro Comagenū in urbe Samoſatis obſedit. Deprecante deinde illo & mille talenta dare pollicēte Antonii q̄q; mandatis obſequi ad Antoniū mittere iuſſit. Iam.n.proximus aderat, & Ventidiū cum Antiocho inducias agere uolentē eam rem ſuo nomine, ut conficeret admonuit, non.n.omnia a Ventidio exequēda iudicabat. Obſidione deinde in longū procedēte, & ciuibus iam pace deſperata ad audaciā cōuerſis cum nihil proficeret rubore & pœnitētia cōpulſus qnq; & trecenta talenta cupide ab Antiocho accipit, & parua quędā in Syria cōponens denuo Athenas rediit Ventidiū quibus decuit pecuniis ornatū ad triumphū mittens. Hic.n.de Parthis uſq; ad ętatē noſtrā, ſolus triūphat uir natione ignobilis cum in Antonii amicitiā ſeſe inſinuaſſet illuſtrum rerum occaſiones adeptus eſt, quibus ſtrenue uſus ſatis approbaſſe creditur quę de Antonio & Cæſare dicta ſunt, feliciores per alios q̄ ꝑ ſeipſos eſſe in bello duces. Etenim Caſſiū Antonii ducē in Syria multa feciſſe & Canidiū ab eodē in Armenia relictū his deuictis, Iberorum quoq;, & Albanoꝝ ſubactis regibus ad Caucaſum uſq; proceſſiſſe, quibus ex rebus Antonii potentiæ gloriā inter Barbaros potiſſimū adauctam eſſe. Nam cum Phraates Orodē patrem interemiſſet, regnūq; ſibi uendicaſſet plurimi ſubinde Parthoꝝ aufugere, & Muneſſes uir clarus & potens ad Antoniū pariter fuga ꝑuenit fortunā ſuam Themiſtocli aſſimilās. Antonii uero fa-

Rex Perſarū tres urbes Antonio donauit. cultates ac magnificentiā Perſaꝝ regi q tres urbes illi dono dederat Lariſſem. Arethuſam & Hierapolim quā Callinicē prius appellabāt. Parthoꝝ deinde rege dextrā Muneſſi offerente ꝑlibenter eum dimiſit Antonius Phraatē dolo circūuenire ratus quaſi pace demū inter eos ſecutura, dignū putans q̄bus Craſſum fraudibus cœpiſſēt Parthi eos quoq; ſibi aſciſcere.

aſciſcere. Cleopatrá itaq; in Aegyptũ pmiſſa ipſe per Arabiã & Armeniã profectus eſt. Eo in loco cõuenictibus copiis auxilia etiã regũ contrahit. Hi uero ꝑplures fuere quoꝝ Maximus Armenioꝝ rex Artabaxes ſex milliũ equitũ, ſeptẽ peditum exercitũ ducebat. Erant & cum eo Romanoꝝ peditũ ſexaginta millia. Equitatus quoq; & Liberis & Celtiberis a Romanis inſtitutus ad numerũ decẽ milliũ. Reliquaꝝ porro nationũ ad triginta millia cum eqtibus & uelitibus annumerabãtur. Huiuſmodi itaq; apparatũ ac potentiã quã ultra Bactros extimuere Indi & qua Aſiã quoq; tenere potuiſſet inutilẽ ſibi ob Cleopatrã extitiſſe immemorãt. Cũ illa ſi qdẽ hybernare cupiens bellũ ante tẽpus inferre auſus cum nulla ratione uteretur quaſi Pharmacis qbuſdã & incantaminibus addictus eſſet, ad eã ſolũ diuertit oculos, celeriuſq; ad conſpectũ eius regredi ꝗ hoſtes bello ſupare ſatagebat. Principio quidẽ cum in Armenia hybernare opus eſſet, & exercitum labore feſſum reparare octo milliũ ſtadioꝝ itineratiõe cõfectũ ac prius ꝗ ex hybernis Parthi excederẽt ueris principio mediã inuadere, tempus operiri haud paſſus eſt, uerũ ad ſiniſtrã deflexis copiis capta Armenia Atropatinã depopulatus eſt regionẽ. Machinas pterea quas urbiũ oppugnandaꝝ gratia trecẽtis uehiculis adducere ſolebat, inter quas acies octogita pedũ lõgitudine inerat licet his ſimiles haud quaꝗ in tẽpore reperiri poſſent cũ ſupior regio lignũ omne ingeneroſum ob exilitatẽ moliciẽq; producat celeritati ſtudens, uelut itineris impedimẽta poſt ſe reliqt, cuſtodiã quandam & exercitus ducẽ uehiculis apponẽs. Ipſe Phraarta urbem inclytã in qua Medoꝝ regis filii mulieresq; habitabãt obſidere pergit, neceſſitate uero errorẽ omnẽ quẽ in dimittendis machinis ediderat ipſum arguente aggerẽ ſummo la- Atropatia

bore cõtra urbẽ erigere cõpellitur. Inter hęc maximis copiis aduentãs Phraartes cũ machinas ab Antonio deſtitutas intelligeret ingentẽ equitatũ aduerſum miſit, a quo circũuentus Tacianus interemptus eſt, & cũ eo ad decem millia militum cæſa. Capti autem complures, inter quos & Polemon rex fuit Machinas deinde barbari immiſſo igne ſuccendũt. Quæ omnia animaduertẽs Antoniani milites maxime ue-reri cœpere tã inſperato, ac repentino aggreſſi malo. Armenius itaq; Artabaxes deſperatis iã Romanoꝝ rebus cũ exercitu ad propria reuerſus eſt cũ potiſſimũ huius belli cauſa extitiſſet. Splendide igitur ſe exercẽtibus iis qui obſidione prę-mebãtur, & Parthoꝝ fiducia minis cõtumeliiſq; abutẽtibus nolens Antonius exercitu deſidia laborãte, huiuſmodi calamitatis plagam inaleſcere & dietim adaugeri. x. legionibus aſſumptis & p̃toriis cohortibus armatoꝝ tribus oẽm equitatum frumentatũ mittit, ſatis fiſus inſurgẽtibus id eũ hoſtibus pugnã ex ordine eſſe ſecuturã. Progreſſus igitur ꝑ diei dũtaxat iter ut Parthos circũfuſos uidit, & ex itinere p̃liũ inire cupiẽtes pugnæ ſignũ caſtris ponit, diſiectiſq; tentoriis quaſi bellũ detrectaret & abinde deducturus horridũ barbaroꝝ declinaret aſpectũ, eq̃tibus edicit, ut cũ primi ex hoſtibus in arcto cõſtituti effugere nõ poſſent, equos ad eos flecterent. Barbaris itaq; effuſis potior uiſus eſt ordo Romanoꝝ, & paribus interuallis trãſeũtes eos inuadebant ſine ſtrepitu & ſilentio tela quatiẽtes. Cũ ſignum datũ eſſet ſublato clamore equiſq; cõuerſis aggreſſi uulnerabant q̃q̃ intra ſagittaꝝ ſpacia deprehenſos. Armatis itaq; clamore & armoꝝ ſtrepitu in unũ abeũtibus territi Parthoꝝ equi ceſſere loco, & ipſi prius q̃ ad manus uenire poſſẽt abire fuga. Antonius aũt ab inſecutione nequaq̃ deſtitit magna ſpe adductus totum fere

Polemon rex capitur

huc per duces proprios bellum geſſit. Hæc igitur a Mithridate gerebãtur. Romani cum primũ eius impetum ingreſſum ꝗ in Aſiam audiſſet exercitũ in eam mittere decernũt ꝗꝗ cõtentionibus pene inextricabilibus, & domeſtico in urbe uexarentur bello tota fere Italia per partes ab eis deficiente. Cõſulibus itaꝗ prouincias inter ſe ſortientibus Aſiæ principatus belluꝗ in Mithridatẽ Cornelio Syllæ obuenit. Cui ob pecuniaꝝ inopiã cum nihil ad bellũ conferre poſſet ex decreto ſtatuere, ut quęcũq; Numa Põpilius rex ad deorum ſacra olim contuliſſet ea uenui ſubiicerent. Tantaꝗ fuit tunc omniũ inopia & ad omnia contentio honoris, ut quædam ex ipſis uendere prauenerint, cum quibus libraꝝ auri nouem millia, in unũ congeſta ſunt, quod omne in id bellum ſubinde contulerũt. Interim Sylla uariis contentionibus diſtinebatur, quẽadmodũ a nobis ciuilibus in bellis ꝑſcriptũ eſt. Mithridates ex quo plurimus Rhodiis naues impeſuerat Satrapis urbiũꝗ primoribus ſecreto ꝑſcripſit, ut trigeſimã diẽ obſeruantes omnes pariter Romanos qui apud eos eſſent, & Italos eorũꝗ mulieres cũ pueris, & liberis qui Romani ſanguinis eſſe cenſerent interficerẽt, eoſꝗ inſepultos abiicerẽt. Bona autem eoꝝ cum rege diuiderent. Pœnã quoꝗ ꝑ præconem annũciari iuſſit iis, qui uel eos ſepeliuiſſent, aut alter occuluiſſent. Pręmia uero prapoſuit qui indicia tuliſſent, uel latitantes interfeciſſent. Seruis quidẽ ſupra dominos libertatem, debitoribus in fœneratores dimidiũ eius quo tenerentur. Et hæc qdẽ ſecrete omnibus a lege impoſita. Cũ adeſſet deſtinata cædi dies uniuerſam per Aſiã calamitatũ multiformes uiſebãtur aſpectus, quaꝝ nõnullas huiuſmodi fuiſſe conſtat. Epheſii eos qui in Arthemiſiũ confugerant ſtatuas complexos per uim detrahentes interfecerũt. Pergameni illos q

Cornelius Sylla.

Numa Põpilius.

Crudele mãdatũ.

in Eſculapii templũ ſe cõtulerant & abire recuſantes ſagit-
tis confecerũt q̃q̃ ſimulachris deoꝝ inhęrentes. Adramutani
ſi quos e uia fugientes deprehendiſſẽt inuadentes in mare
iaciebant eorũq; impuberes una ſubmergebant. Caunii ſub
Antiochi bello cũ Rhodiis tributarii effecti eſſent, & a Ro-
manis pauloante liberati Italos in templũ Veſtæ fugientes
e loco rapuerũt, & primũ quidẽ infantes in conſpectu ma-
trum necauerũt, deinde matres ſuper illos, nouiſſime aũt ui-
ros illis addiderũt. Traliani Theophilũ quendã ſerũ & agre-
ſtem hominẽ conduxere precio, qui uniuerſos in templo cõ-
gregatos cędere adorſus iis, qui ſtatuas amplexi eſſet abſci-
dit manus. Talibus igitur q in Aſia fuere Itali, ac Romanĩ
exagitabãtur cladibus, nec ſolũ uiri ſed mulieres & infan-
tes, eorumq; liberti, ſeruiq;, & quicũq; Itali cẽſerentur eſſe.
Qua ex re clare intueri licuit Aſiã non tam metu Mithri-
datis q̃ odio in Romanos ſic impie crudeliterq; deſęuiſſe.
Sed hi duplices ſuſtinuere pœnas, Mithridate nõ multo poſt
uarias illis inferẽte iniurias. Et Cornelio Sylla bello ſubinde
in eos inſurgente. Mithridates poſt hęc in Choũ claſſe de-
latus Chois ꝑgrate eum ſuſcipiẽtibus Alexandri filiũ eius q
Aegypto p̃fuerat ſecũ duxit, mulieriq; cũ pecuniis a Cleopatra
auia relictũ in Choo regiæ penes ſe habuit. Ex Cleopatræ
autem theſauris gazã plurimũ ornatũ p̃cioſoſq; lapides, ac
muliebrẽ mundũ, infinitãq; uim pecuniæ p̃miſit in pontũ. In-
terea Rhodii mœnia urbis, ac portũ munire adorſi machi-
nas illis impoſuerãt & quidã cũ ipſis ex Telmiſſis, Liciiſq;
pugnabãt, q cũq; Itali ex Aſia fugiſſent cũ illis ſe conimxe-
rant. Aderat & L. Caſſius Aſiæ ꝓcõſul. Aduenięte igitur cũ
claſſe Mithridate Rhodii euacuauere ſuburbia nẽ qd utile
relinqueretur hoſtibus. Demũ ad pugnam conuerſi naualem

Rhodioꝝ ꝓbitas & fides i Romanos.

quaſdā a frōte nōnullas a lateribus oppoſuere rates. Mithridates qnqueremi profectus in altū ſuis imperat, ut in mare cornua extenderent, deinde citato remigio hoſtes numero inferiores omni ex parte inuaderēt. Quod animaduertētes Rhodii ueriti ne ab illis circūuenirentur paulo poſt abiere. Inde fuga in portū delati oppoſitis clauſtris e mœnibus propulſabāt hoſtes. Mithridates diu cōmoratus cū aſſidue portum ingredi conatus ab īcepto fruſtraretur, pedites ex Aſia affuturos oppiri ſtatuit. Interim breues continueq; inter eos pugnæ gerebātur, qui ad mœnia conſtiterant, in quibus cum Rhodii ſuperiores euaſiſſent non multo poſt audacia repleti naues, quas in promptu habebant captato tempore in hoſtes mouent. Oneraria regis naui, uelo iter faciente Rhodiorū dicrota in eam mouit, aliiſq; hincinde in auxiliū affluentibus acre præliū exoritur. Mithridate autem excandeſcēte & nauium multitudine in eum inſurgeūte Rhodii nauigādi peritia ſcaphis circūuecti eos uulnerabant. Demū triremē uiris oneratā, plurimaq; ex nauibus ſpolia ferentes in portū redierunt. Inter hæc qnqueremē ab hoſtibus captā ignorantes ad inquirendā eam conuertūtur; præmiſſiſq; leuioribus adnauigare incipiūt. Inter has Damagoras claſſis præfectus ferebatur. Mithridates qnq; & uiginti naues antemiſit, quæ illi occurrerēt q̄d Damagoras circa ſolis occaſum retrocedere cœpit. Iā nox aduētabat cū eas quæ reuertebātur aggreſſus duas imerſit undis, totidē uero in Lyciā cōuerſas ꝑſecutus eſt, demū nocte ſapato pelago ad ſuos rediit. Et hic finis maritimi belli cum Mithridate Rhodiis fuit. Quod inſperatū ob paucitatē Rhodiis, Mithridati ob multitudinē militū cōtigit. Hoc ꝓlio adnauigāte rege, & ſuos ad pugnā adhortāte nauis Chia, quæ auxilio illi aduenerat i regiā icidit eaq;

Pugnæ nauales.

ex tumulum confracta eſt. Verũ rex tum nihil uidere ſimulãs gubernatorẽ poſtmodũ & qui in prora fuerat pœna affecit, Chiiſq; omnibus ſuccenſuit. Iſdẽ fere diebus peditatu ad Mithridatẽ onerariis triremibuſq; aduecto Chaonius incumbens uentus naues fere omnes in Rhodũ propulit, quibus celeriter inuecti Rhodii, cum a fluctibus concuſſæ hinc inde raperentur, nõnullas capiunt, quaſdã penitus euertũt, alias uero igne ſuccendũt captiuos quoq; uſq; ad quadrigẽtos in poteſtatem redigũt. Quibus ex rebus Mithridates aliam denuo maris pugnã obſidionẽq; apparabat. Sambucam igitur quoddã machinamẽti genus ingens duabus nauibus inſtituit, ac transfugis tumulũ quendã perfacilẽ aſcenſu regi oſtẽdentibus, qui Tabyrii Iouis templũ ferebatur, & Maceriam ſuper illum corruentẽ exercitũ noctu nauibus imponit. Scalas porro quibuſdã attribuit, & ab utraq; parte cum ſilẽtio ſubſidere iuſſit, quouſq; nõnulli ex Tabyrio ignem protuliſſent. Tũ uero confertim q̃ maximo quiſq; clamore poſſet hos quidem portum inuadere, alios mœnia ſcãdere imperat. Illi miro ſilentio propius accedunt. Rhodiorũ uigiles idipſum ſentientes, ignem proferũt, Mithridatis milites ignem e Tabyrio emiſſũ arbitrati ex longo ſilentio una uoce clamare incipiunt. Qui ſcalas afferebãt, reliquiq; exercitus in auxilium aduolant. Rhodiis ex aduerſo illis reclamãtibus & impigre ſimul ad mœnia ruẽtibus hoſtes nihil ea nocte moliti ſunt. Orta die ab illis repellũtur. Sãbuca mœnibus impacta ea ex parte ubi Iſidis templũ fuit timorẽ maximẽ intulit. Sagittas enim inumeras, arietes telaq; emittebat. Milites ſcaphis plurimis cũ ſcalis accurrebãt quaſi ab ea muros aſcenſuri. Rhodii immoto greſſu ſuſtinuere hoſtes quoad machina ex grauitate confracta eſt, ut Iſidis prodigio ignis ab ea emiſſus uideretur.

Chaonius uentus.

Rhodiorũ uictoria.

Sãbuca machina.

uideretur. Qua ex re Mithridates deſperata pugna exercitum deduxit a Rhodo. Ad patareos deinde copias agens ſacrum Latone nemus in conficiendis machinis cōcidere aggreſſus eſt. Verum ſomnio ꝑterritus luco abſtinuit, & Pelopidam qui cum Lyciis bellū gereret ducē ſtatuens, Archelaum præmiſit in Græciā, qui uniuerſa uel gratia uel metu ſibi aſciſceret. Ipſe cum cæteris ducibus tumulētus & uino madens aut delectus faciebat aut arma ꝑtractabat, & cum Stratonicia oblectabatur muliere, & ius in eos qui uel inſidias ſibi intuliſſent aut noui aliqd moliti eſſent aut omnino Romanoꝝ partibus fauiſſent proferebat. In his itaq; uerſabatur rex. In Græcia uero hæc deiceps ſecuta ſunt. Archelaus magno cōmeatu & exercitu claſſe mouens, cœlū ab Atheniensibus deficientē aliaq; loca ui, ac potētia redegit in ditionem uiginti millibus hominū his in locis neci traditis quorum plurimi Itali fuere, Loca præterea Atheniēſibus attribuit, aliaq; huiuſmodi arrogāte admodū exercēs & Mithridatem ut plurimū extollens ad amicitiā compulit. Pecunias uero & ſacra per Ariſtonē Athenienſem, ac pecuniaꝝ cuſtodes uſq; ad duū milliū numerū pręmiſit e Dolo, quibus uſus Ariſton tyrannidē patriæ intulit. Ex Atheniēſibus hos ſtatim interficiēs, ueluti Romanoꝝ ſecutos partes alios ad Mithridatē ire iubens. Et hic quidē Epicuri edoctus diſciplinis. Sed nec profecto ſolus iſte Athenienſiū, neq; Critias etiam ante hunc, & quicūq; cum Critia philoſophiæ una dedere, operam tyranni extiterunt. Sed in Italia & Pythagoras & in reliqua Græcia q ſeptē ſapiētes dicebātur, & q negocia ſibi deſumpſere potētia uſi ſunt & tyrānide crudelius plerūq; ignaris literaꝝ ſic ut de aliis philoſophis dubiū ſit ac ſuſpitioſum, an ꝑꝑ uirtutē aut paupertatē potius & inhabilitatē

Res in gręcia geſtæ.

Fallacia Ariſton.

reꝝ gerendaꝝ ſolamen quoddam ſapiētiā ſibi effecerint cū plurimi ignorantes nunc & egeni aut neceſſitate ad philoſophiam delati diuitibus, ac principibus calūnias acerbe inferant nō ob inſolentiā diuitiaꝝ magis aut principatus gloriā quā ob inuidiā hæc ipſa proferentes. Eos aūt multo ſapientius deſpiciunt ii ꝗbus calūniæ inferūtur. Hæc igitur quiſpiā Ariſtonis philoſophi gratia dicta arbitretur, ꝗ hinc ſermoni cauſam ꝑbuit. Achiui deinde ac Lacedæmonii cū Archelao cōuenere & Boeotia ois exceptis Theſpiis dūtaxat, quos agreſſus obſedebat, ea tēpeſtate Metrophanes aliis cū copiis ac re

Metrophanes. ge miſſus Euboiam ac Demetriadē Megneſiāq; Mithridatis iuſſa cōtinētes bello infeſtabat. Brytius ex Macedonia delatus exigua claſſe illi obſidebat, & nauigium quodam cum ſexcuple imergēs mari oēs ꝗ in eis fuerāt occidit, qđ aduertens Metrophanes pauore ductus fugā arripit. Ipſum quidē

Sciathum. ꝓſperio uēto uſum cū Bryttius aſſeꝗ nō poſſet Sciathū deprædatus eſt, ꝗ locus barbaricæ ꝑdæ uelut horreū quoddā fiat, & ſeruos quoſdam eoꝝ ſuſpēdit, liberis uero abſcidit manus. In Boeotios poſtea cōuerſus aliis mille equitibus peditibuſq; ex Macedonia illi aduētātibus circa Cheroniā Ariſtoni Archelaoq; ꝑ tres dies cōgreſſus eſt. Cū par labor, ac certamē uniuerſum teneret ꝑliū Lacedæmoniis, & Achiuis in auxiliū Archelao Ariſtoniq; ꝓficiſcētibus Bryttius oibus in unū collatis ſe imparē arbitratur ad Pireū ꝓfectus eſt quoad Archelaus claſſe delatus locū tenuit. Sylla ab Romanis ad bellum Mithridaticū electus impator legionibus quoq; ſtipatus ac cohortibus ꝗbuſdā turmiſq; adiūctis ex Italia in Græciā enauigauit. Eo in loco pecunias ſtatim a ſociis cōmeatūq; ab Aetolis Theſaleaq; collegit. Cū uero abūde ꝓuiſum uideretur in Atticā contra Archelaū proficiſcitur. Iter agenti Boeotia

omnis paucis exceptis obuiã illi prodiit, inclyta Thebarũ ciuitas reiectis admodũ leuiter Romanorũ partibus Mithridati obſequebatur. Sed ea prius quã ad manus ueniret in Archelao ad Syllã ſubito defecit. Ipſe in Atticã cõuerſis ſignis parte copiarũ ad urbẽ p̃miſſa Ariſtonẽ obſidere cœpit, & ubi Archelaus inerat ad Pireũ p̃uenit hoſtibus intra mœnia cõcluſis. Erat autẽ murorũ altitudo cubitis .xl. amplior machina oĩs ex lapide quadrato ingentiq; cõpacta Periclionis opus cũ Pelopõneſiaco bello Atheniẽſiũ dux ſpẽ oẽm uictoriæ in Pireo poſuiſſet eũ locũ maxime cõtinuit. Sylla perſpecta murorũ altitudine ſtatim ſcalas iuſſit apponi. Cũq; multa tentaret pluraq; pateretur Cappadocibus uehemẽtiſſime pugnãtibus tandẽ labore confectus in Eleuſinã cõceſſit ac Megaram. Ibi machinas in Pireũ ſtrui iubẽs aduerſum excogitauit aggerem. Opa. n. & apparatus oĩs ferrũ ac catapultæ, & alia huiuſmodi ex Thebis afferebantur. Achademiæ luco conciſo ſublimes machinas fabricatus eſt. Trũcos p̃terea ingẽtes arborũ ramis exutos, lapides, ligna, magnãq; uim terræ ad aggerẽ cõgeſſit. Interim duo ex Pireo ſerui Attici Romanis fauentes, uel ſibi ipſis ſi qua fuga incideret cõſulentes, bullas quaſdam ex plũbo inſcriptas, quod cõtinue ab hoſtibus fieret funda ad Romanos iaciebãt. Idq; cũ diutius feciſſent, ita ut noti iã eſſent Romanis Sylla animũ illis adiiciens hæc ſcripta comperiunt. Sequẽti die pedites in operarios a fronte curſum emittẽt, equiteſq; ab utroq; latere Romanos inuadẽt. Ea re p̃cepta exercitum ingentẽ occulens Sylla cũ hoſtes curſu deferrẽtur, idq; repentinũ eſſe credidiſſent ipſe copias iampridem latitentes multo celerius in eos emittit, plurimiſq; interfectis nõnullos in mare depulit, ita ut ab huiuſmodi inſultu deinceps temperarent. Elato iã admodũ in ſublimi aggere Archelaus turres

Pirei portus.

aduerſas illi ſtatuit, ac multa ſup iis erexit inſtrumēta, nouas quoq; denuo copias ex Chalcide cęteriſq; acceſſebat inſulis remiges etiam armis inſtruebat quaſi ꝑiculo omni ex parte prodeūte. Fuerat maior Syllæ exercitus & ex his maiorem Archelao adeſſe cōtigit. Nocte media Archelaus multis luminibus accurrēs alterā ex teſtudinibus omniaq; quæ ſup illā michinamēta fuerāt incendit. Diebus decē Sylla aliis denuo refectis eodē loco quo prius ſteterāt imponit, qbus Archelaus turrē e regione muri oppoſuit, allatiſq; cū claſſe aliis a Mithridate copiis, quas Andromichetes agebat oēs i pugnā extulit. His ſagittariis funditoribuſq; ꝑmixtis, ſub ipſis mœnibus inſtruxit aciē, ut mœniū quoq; cuſtodes hoſtes ꝓpulſare poſſēt. Alii præterea in portis ignē deferētes tēpus quo emitteretur expectabāt. Cū pugna difficilior utrinq; fieret utraque pars ꝑ uices inclinare cœpit, & primū quidem barbari quoad Archelaus eos ſuſtinēs reduxit ad pugnā. Ea ex re turbati Romani cū ipſis fugere incipiūt. Sed his Murena obuiās denuo cōuertit. Itaq; rubore cōciti pugna undiq; feruēte in Mithridatis aciē fecere impetū, & ex hoſtibus ad duo millia interficiūt, cæteros intra mœnia cōpellūt. Archelaus iterum eos auertens ac ob prōptitudinē diutius pugnans a mœnibus excluſus fune relatus eſt in arcē, Sylla eos q infamia notati ſtrenue tamē bello interfuiſſent pœna liberauit, alios multis accumulauit donis. Inſtante deinde hyeme in Eleuſina exercitum conſtituens foſſam deſuper a mari ingentem fodit, ne hoſtium equitatus ea ex parte facile decurreret, q̄q̄ hæc ipſa laborantem noua quotidie prælia laceſſerent nonnunq̄ circa foſſam, aliquādo e mœnibus, egredientibus ſæpenumero hoſtibus, & lapidibus, ſagittis, fundiſq; certātibus. Ipſe cū claſſe idigeret in Rhodū miſit. Addubitātibus Rhodiis claſſem

Romanoꝝ fuga.

Barbaroꝝ cædes.

emittere Mithridate obſidēte maria Lucullū uirū illuſtrē & L. Lucul-
Romanū & ſub ſe prętorē eo in bello in Alexādriā & Syriā lus.
ad reges ciuitateſq; quęcūq; claſſem cōtinerent clā adnaui
gare iuſſit, naueſq; in Rhodū mittere. Obſeſſo undiq; pelago
hoſtili claſſe nihil tamē ueritus Lucullus in Celetiā deſcen-
dit, & nauem ex naue ꝑmutans quo facilius latere poſſet in
Alexādriā tādē uenit. Interea qui e muris quęcūq; interius
fierēt, fraude Romanis annūciare cōſueuerāt denuo ſcripſere
Archelaū nocte inſequēti ꝑ milites frumētū Athenas miſſu
rū iis q fame ꝑmerētur. Sylla diſpoſitis iſidiis milites frumē
tūq; dephēdit. Eamet die Munatius circa Chalcidē Neopto-
lemū alterū ex Mithridatis ducibus uulnere afflixit, & ad
mille & qngentos interfecit. Suſcepit & captiuos plurimos.
Nō multo poſt in Pireū uigilibus adhuc nocte quieſcētibus Ro
mani ob machinaꝝ ꝓpinquitatē ſcalas muris afferentes, mœ-
nia aſcendūt & qui ꝓximiores cuſtodibus fuerāt interficiūt.
Qua ex cauſa nonnulli barbaroꝝ a Pireo deſiluere murū ue-
luti ab omni parte interceptū relinquentes. Quidā audacia
freti, ducē eoꝝ q aſcēderāt interemerūt, reliquoſq; ab extra
detrudūt. Poſtremo portas egreſſi alterā Romanoꝝ incēdiſ-
ſent turrē, niſi ab exercitu occurrēs Sylla noctē perpetē inſe-
quentēq; diem illis obuiās machinās ab igne eſſet tutatus. Ac
tūc quidē ceſſere barbari, Archelao uero turrē alterā ingen
tem ſupra muros aduerſam Romanoꝝ turri ſtatuēte utrinq; ex Catapulta
parte inuicē pugnatū eſt, aſſiduaq; & frequētia undiq; emit maior.
tebātur tela quoad Sylla ex catapultis uiginti ſimul plumbeas
emittens pilas multo occidit & Archelai turrē cōfregit inuti Vrbis fa-
lēq; reliquit ita ut Archelaus ex timore poſt mœnia latere mes.
cogeretur. Increbreſcēte dietim in urbe inedia atq; fame fun
ditores denuo hęc plūbo iſcripta annūciāt Archelaū ſequēti

nocte cõmeatũ in urbẽ eſſe miſſuꝝ. Archelaus contra aliquã ꝑditionẽ aut indiciũ rei frumẽtariꝫ adeſſe ſuſpicatus ſimul cũ emitteret nõnullos in portis ignẽ in Romanos delaturos collocat ſi forte Sylla frumentũ conarẽtur inuadere, quod utrũq; euenit. Sylla quippe frumentũ deferentes intercepit. Archelaus uero quaſdam ex machinis cõbuſſit igne. Ea tempeſtate Arcbathias Mithridatis filius aliis ſtipatus copiis in Macedoniã deſcẽdens, haud q̃q̃ difficulter prouinciã cepit modica Romanoꝝ manu in ea reſidẽte. Satrapas quoq; ſibi aſciſcens in Syllã uertebat exercitũ, uerũ nõ multo poſt ualitudine correptus circa Tideũ extinctus eſt. Athenienſiũ interea urbe fame laborante, Sylla cuſtodiis appoſitis ne quis egrederetur, & ex multitudine uehementius augeretur fames ſummopere curabat. Aggerẽ aũt uerſus Pireũ in arduũ adducens machinas impoſuit. Archelao deinde aggerẽ ſuffodiẽte & terram ut plurimũ latẽter aſportante agger inopine corruit, uerum occurſus antecapto ſenſu Romani machinas e loco ſubmouent aggereq; denuo implent. Eodẽq; modo & ipſi terrã ad muros fodere incipiũt. Sub terra igitur inuicem congreſſi tellis enſibuſq; e manu miſſis quoad fas erat in obſcuro depugnabant. Dũ hæc inter eos gerũtur Sylla ab aggere multis erectis machinis muros ariete cõcutit, & parte inferius deiecta turrẽ quę in proximo fuerat incẽdere feſtinat, innumere q̃ppe in eũ faces telaq; torquebantur. Audaciores etiã cũ ſcalis ad mœnia præmittit. Feſtinantibus ab utraq; parte omnibus turris igne corripitur; & muri parte delapſa Sylla cuſtodiã imponit. Deſiecta aũt muri fundamenta lignis ãnexa ſulfure, pice, ſtupaq; repleta ab omni parte flãmas effũdũt. Aliis itaq; ſup alios corruẽtibus q mœnibus inſtiterãt ad ima deuoluũtur. Repẽtinus q̃ppe tumultus & in latũ diffuſus oẽs cuſtodia

ſubdito exterruit quaſi quod ſub ipſis ſteterat una laberetur. Ex quo ad omnia aſſidue cõuerſi mentem ex timore amſerant & leuius hoſtes inſtãtes repellebant. Sylla eo modo labentes ſtrnue aggreſſus, & ex propriis deſeſſis cõmutans integros alios ſuper alios lanceatores emittit. Cũ ſcalis præterea clamore & adhortatione cõuertens nũnis ſimul ſuaſionibusq; ad bellũ excitabat, quaſi in hoc dũtaxat modico de tota eſſet pugna iudicandũ. Archelaus altera ex parte territis milites olios opponens prœliũ ſubinde renouabat uniuerſos inuocans & ad pugnã excitans, in hoc uno ſalutem illis ſitam eſſe referebat. Magna itaq; promptitudine, ac diligentia utriq; ex parte feruẽtibus laboris tolerantia cædeſq; iter utroſq; par ſimiliſq; uiſebatur donec Sylla exterius ꝓgreſſus cum uehementer laboraret exercitũ tuba iuſſit reuocari & militibus eductis eorum uirtutem admiratus eſt. Archelaus interim mœnia prælio collapſa nocte repãrabat, plurima ex lapide rotũdo interius apponẽs. Ob id Sylla uniuerſo cũ exercitu debilia admodum atq; humida & quę facile deleri poſſent expugnare ratus prælium iniit. Verũ cum in arcto pugnandum eſſet mileſq; deſuper a fronte per apices & infirma quæq; ueluti ſalebroſis in locis niteretur Pirei tandẽ oppugnatione omiſit, & ad urbis obſidiõe ut hoſtes fame inenectos facile optimeret ſe cõuertit. Intelligebat.n. eos qui in ciuitate obſidebãtur fame adhuc magis laborare, & iumẽtis oĩbus abſumptis coria burſaſq; decoquere, excremẽta etiam aſſumere, nõnullos porro cadaueribus uti humanis. Exercitui igitur ut urbẽ circunquaq; uallaret imponit ut ne unicus q̃dẽ latenter poſſet inuadere. His ita cõſtitutis ſcalas adduci, muros pfodi imperat. Cũ fuga ut inter debiles fieri cœpiſſet urbẽ ingreditur, & ſtatim in urbe occiſio immenſa adhibita

Archelai ꝓbitas & prudẽtia.

miſericordia exoritur. Non. n. ob debilitatē fugere poterant, neq; in mulieres aut infantes pietas ulla uiſebatur. Sylla obuios quoſq; ob irā per præconē iubente interfici cū ſimul ex celeritate & in barbaros ſubita mutatione immoderata cōtētione uteretur, adeo ut plurimi intellectis iis quæ per præconē nunciabātur ſe ipſos interfectoribus obiicerent, Paucorū debilis admodū erat in arcē curſus. Cū qbus & Ariſtō una fugiēs orcheſtrā icēdit igne ne parata lignorū materia Sylla facilius arcē expugnaret. At ille urbē uetuit incēdi, corripe aūt quæcūq; exercitui cōceſſit. Plurimūq; in domibus humana corpora in cibos præparata inuenta ſunt. Poſt hæc Sylla ſeruos oēs uēdidit, liberis aūt qcūq; ingruēte nocte ſibi ipſis nō attuliſſēt manus quorū minimus fuit numerus libertatem elargiri dixit & decretū quo inuictos uti licet penitus adimere eadēq; filiis & nepotibus eorū indulgere. In hūc modū Atheniēſiū cladibus finis tādē datus eſt. Sylla his pactis cuſtodiā arci appoſuit, & Ariſtonē reliquoſq; q in eā cōfugerāt fame ac ſiti maceratos nō multo poſt redegit in poteſtatē. Ipſum q̄q; Ariſtonē & q cū illo craſſabātur aut principatū moliri cœperāt, aut qd aliud iniuſte egerāt, cū primū Grecia a Romanis cepta eorū ditioni ſubiecta eſt morte mulctauit, cæteris uero pepcit, legē præterea oībus impoſuit, quēadmodū a Romanis p prius illis fuerat edictū. Elata ex arce referūtur auri pōdo quadraginta amplius argēti ſexcentū. Et hæc qdē circa arcē modico poſt confecta. Sylla q̄primū capta urbe nihil imoratus Pireū obſidere pgit, ſimulq; arietes & ſagittas ac tela torquebat, uiros porro q̄plurimos q teſtudinibus operti muros foderēt ac cohortes, quæ muris imminētes iaculis ſagittiſq; abigerēt undiq; cōſtituit. Lapides inſup humidos adhuc ac minus inter ſe copulatos cū nouiter erecti

eſſent facile diſiecit. Cedētibus ipſis cum Archelaus ꝑ prius alios, erigeret, & multos his ſimiles interius ędificaret muros inſuperabilis, cōtinuuſq; Syllæ obiiciebatur labor, cū ex uno in aliū deſilire opus eſſet & ipetu aſſiduo & mutatione mi litū cuebra uti. Itaq; diſcurrēs ipſe & ſuos ad opus inuocans quaſi in hoc reliquo, & ſpes, & utilitas, & laboris adeſſet finis præſens hortabatur, milites quoq; re ipſa laboꝝ exitum rati adeſſe, minus egregium & illuſtre facinus exiſtimantes huiuſmodi ſupare mœnia inter ſe honoris cōtentione ꝑmoti per uim conabātur ingredi. Hoꝝ itaq; impetu pauefactus Ar chelaus cū timore quodā nulla ratiōe inniti uiderētur muros dereliqt & ad Pirei firmiſſimā partē, quæ mari claudebatur ſeſe contulit. Eo in loco cum nauibus deſtituerentur Sylla nihil moliri poterat. Archelaus inde in Theſſaliā Boeotios ꝑfectus eſt & ad Thermopylas delatus exercitus ſui reliqas in unū cōtraxit, quo facto Andromichete accedēte exercitū q Arca thiā regis filiū in Macedoniā ſecutus fuerat cæteris adiūxit, inſignē admodū & multis ſtipatū gentibus. Addidit & alios qui a Mithridate mittebātur. Nō eni in delegādis copiis uſq; defecerat. Hos igitur celerrime congeſſit. Sylla interea Pirei partē quæ ciuitati potiſſimū aduerſa erat igne ſuccēdit, nec portubus aut naualibus aut alicui inſigni pepercit operi. In de in Archelaū ꝑ Boeotios & ipſe trāſmiſit. Cū ad inuicem ꝓpinqui eſſent, illi qdē ex Thermopylis per prius accedētes in Phocidam uenere, Thraces uidelicet & a Pōto Scythæ, Cappadoces Bithynii Galathæ atq; Phryges, & quicunq; a Mithridate nouiſſime ſubacti fuerant uſq; ad centum uiginti millia hominum quibus duces per partes aderant. Super om nes autem Archelaus imperabat. Sylla contra Italos duce bat, Grecorum preterea ac Macedonum quicunq; prius ab

Optimus impator. · Receſſus Archelai.

Archelao ad eum uenerunt, & ex finitimis nõnullos qui oẽs-
ne ad tertiã hoſtiũ attigere partẽ. Cum aduerſi inter ſe ſte-
tiſſent Archelaus ſuos in aciem diſponit hoſtes continuo in
præliũ laceſſẽs. Sylla cunctandũ ratus loca multitudinẽq; cõ-
templabatur hoſtium. Recedentẽ deinde in Chalcidẽ Ar-
chelaum inſecutus tẽpus & locũ obſeruabat. Cum illũ circa
Cheroniã inter aſpera quæq; caſtrametantẽ offendiſſet, ubi
non niſi uincentibus reditus ullus præſtabatur captũ ingen-
tem ac proximũ inuadẽs ſubito copias mouit quaſi nolentẽ
etiam in pugnã coacturus Archelaũ. In quo cũ ſupinus &
apertus eſſet locus facile ad inſequendũ & recedendũ præ-
ſtabat iter. Archelaũ uero rupes undiq; cingebãt. Quæ res
ne cõmune quidẽ opus ulla ex parte utriſq; fecerat, cũ pro-
pter inæqualitatẽ quo in loco conſiſterent non haberẽt, &
terga uertentibus ob rupes difficilis eſſet fuga. His itaq; ra-
tionibus ex locorũ difficultate ꝑmotus Sylla, in eum profi-
ciſcitur ſatis gnarus multitudinẽ, nihil utilitatis Archelao af-
ferre poſſe. Sed ille ne tũ pugna omnino ſe immiſcuit ocio-
ſeq; eo in loco morabatur. Inſurgẽte demũ Sylla inter ipſas
rupes tarde uixq; præſenſerat, quoſdã etiã præmiſit equites
qui illi obſiſterent. Cõuertẽtibus ſe retro illis & inter rupes
decurrentibus ſexaginta emiſit currus ut hoſtiũ aciem ma-
gno conatu infringeret. Cedẽtibus Romanis currũ ex impetu
in ultimos delati, cum nullo pacto retrouerti poſſent ſed ab
illis obſiderẽtur rumperẽturq; confracti ſunt. Archelaus quoq; ſe-
cure adhuc e caſtris pugnare poſſet citoq; iter rupes referre
exercitũ cũ impetu aciẽ emittit, in ordinẽq; celerrime tam
immenſam multitudinẽ & ꝑiculi ſui haud ſatis gnarã ipſe in-
ter anguſta cõſtitutus loca ſubito exponit, Syllã iam appropin-
quãtẽ timẽs. Principio itaq; eq̃tes celeri curſu in hoſtes cõ-

citans, Romanorũ phalangẽ per mediũ ſecuit, & in duas diuiſam partes ob paucitatẽ circũdare aggreditur. Illi in oẽs cõuerſi ſtrenue pugnabãt, maxime uero laborabãt ii q circa Galbã Hortenſiũq; uerſabantur quibus Archelaus aduerſus ſteterat, barbaris ut in cõſpectu imperatoris cum promptitudine audaciaq; pugnãtibus donec Sylla eqtatu plurimo inſtante Archelaus militaribus ex ſignis puluereq; in altum edito imperatorẽ adeſſe ratus ulterius Romanos circũdare omiſit, ſeq; in ordines denuo retulit. Sylla ex eqtibus pręcipuos quoſq; producẽs duabus cohortibus in trãſitu aſſũptis cõtinue eos obſeruabat, & hoſtibus nõdũ in circuitũ prodeũtibus, aut a fronte firme permanẽtibus inuehitur, & magna eorũ parte conciſa in fugã uertit. Incipiẽte ab hac parte uictoria Murena in leuo cõſtitutus cornu neutiq̃ motus eſt, uerũ qui ſub ſe fuere increpatis & hoſtibus ſtrenue incũbẽs uehemẽtius inſequi cœpit. Cõuerſis iam Archelai cornibus neq; qui in medio erant pſtitere ſed repentina inter oẽs fuga exoritur. Hoc in loco quęcũq; Sylla opinatus fuerat euenere hoſtibus. Non.n.locũ facile aut amplum quo fugerent habentes a perſequẽtibus inter rupes trudebãtur, ex quibus nõnulli eo in loco concidebãt quidã ſponte ad exercitũ redibant. Archelaus eos ſuſcipiens imprudẽter tum maxime ſe hoſtibus incluſit cladibus. Caſtrorũ.n.portas occludi, & in hoſtes redire imperat. At hi ex promptitudine facile reuertebantur, uerũ neq; præſentibus ducibus a quibus in ordinem redigerentur, neq; ſuorũ ſignatis diſcernentes cum in ordinata quiſq; cõuerſione raperetur locũq;, uel ad fugam, uel ad pugnã ignorarent cum anguſtior ex inſectione illi fieret, ueluti per inertiã paſſim cædebatur, non nullũ hoſtes nihil attentare auſi, quidã a ſeipſis & loci anguſtia oppreſſi

Galba. Hortẽſius

Murena.

Fuga excitus Archelai.

ad portas ferebantur circaq; illas intercipiebãtur eos a q̄bus
excluſi fuerant increpãtes deos patrios, ac domeſtica quęq;
aduerſa ipſis præcabantur quaſi non ab hoſtibus magis q̄ ab
illis eos deſpicientibus interficerentur quoad tandẽ Arche-
laus ſero tamen portas ex neceſſitate iuſſit aperiri ac nullo
ordine excepit fugientes. Romani his intellectis ſe inuicem
in hoſtes adhortati curſu fugientes inſequũtur. Ita in exer-
citum delati uictoria ad ultimũ potiti ſunt. Archelaus cæ-
teriq; omnes ſeparati ſibi quiſq; fuga cõſuluere, & in Chal-
cidem profecti ex centũ uiginti millibus uix decẽ millia eo
Romanorũ ex prælio in unũ colligunt. Ex Romanis quinq; dũtaxat &
uictoria. decẽ deſiderati ſunt, ex quibus duo demũ redierũt. Hic igi-
tur Syllæ & Archelao Mithridatis duci circa Cheroniam
Latebra belli finis Syllæ potiſſimũ prudentia & Archelai inſcitia in
aſſidua. hunc modũ ab utroq; geſti. Sylla magnũ captiuorũ armorũq;
Archelai. numerũ ac prædã nactus ingentẽ inutilia in unũ congre-
gãs ut Romanis mos fuit adhibito igne ipſemet martialibus
adoleuit diis. Modicis deinde ſatisfacto milite ad Euripum
cum expeditis in Archelaũ contendit, qui claſſe carentibus
Romanis intrepide inſulas circũnauigabat, maritimaq; oĩa
depopulabatur, & Zacintho egrediens cum caſtrametatus
eſſet, & a nõnullis Romanorũ inſidias illi ſtruentibus impe-
diretur noctu inopine euadens denuo in Chalcidẽ delatus
Mithrida eſt prædatori magis q̄ bellatori aſſimilis. Mithridates tam
tis crude- inſigni clade accepta ſubito ut in re maxima cœpit trepi-
litas. dare. Exercitũ inſup alium ex omnibus quæ ſub eo fuere na-
tionibus ſumma celeritate collegit, arbitratus etiã ob eiuſ-
modi cladẽ nõnullos, aut ſtatim, aut cũ tempus affuiſſet in
eũ moturos arma ſuſpectos omnes prius q̄ bellũ oriretur in
unum contraxit, & in primis galatarũ tetrarchas qui cũ eo

ut amici una militauerãt, & quicũq; illi non parebant cum filiis & uxoribus neci tradidit tribus dũtaxat fuga ereptis nõnullis inſidias præmittens, quoſdã in cœnaculo unica noe ᴄte conficiens ratus nihil tutum ſibi futurum appropinquãte Sylla, & ſubſtantias eorꝫ ſibi uendicans cuſtodias intulit ci uitatibus. Satrapẽ quoq; ad eas gentes miſit prępotentẽ, quẽ ſtatim tetrarchę q ab eo aufugerãt cõgregato exercitu prę ſidiis a Galathis expulſis e regione pepulerũt, ita ut Mithri dati Galatharꝫ pecunias tãtũmodo cõtigeret habere. Chiis autem ſuccenſens ex quo nauis eorꝫ ad regiã delapſa eo prę lio quod apud Rhodios geſtũ eſt eam latenter incurrerat. Primũ eorꝫ bona q ad Syllã transfugerant publicauit. Ad hęc quæ Romanorꝫ fuerant in Chio qui inquirerent emiſit. Poſtremo cum Zenobius cum exercitu in Græciã proficiſci di ceretur Chiorꝫ mœnia & quæcũq; alia munita loca noctu inuaſit. Deinde præſidiis appoſitis ad portas hæc per præ conem annũciari iuſſit peregrinos omnes tutos fore, & illes ſos, Chios autem ad cõſiliũ accedere oportere cum nõnulla ipſis a rege eſſet relaturus. Cum in unũ omnes conueniſſet hæc breuiter retulit. Quoniã rex de ciuitate illa dubitaret ob eos qui Romanis fauerent a ſuſpitione ceſſaturꝫ ſi arma attuliſſent & pueros nobiliores obſides dediſſent. At illi ciui tatem iam captam intuentes utrunq; tradidere, quæ omnia a Zenobio ad Erythras miſſa ſunt. Poſt hęc ueluti a rege ad Chios pſcribẽte huiuſmodi epiſtola plata eſt. Beneuoli adhuc eſtis Romanis cum multi ex uobis apud eos diuerſantur & eorꝫ contubernis utamini nos utiq; ſpernẽtes. In meã prę terea nauim cum apud Rhodũ bellũ gererẽ triremẽ ueſtrã impuliſtis, a qua confracta eſt quæ omnia patienter ferens ſponte in gubernatores ſolos aiaduerti, ut ſalui eſſe poſſetis

Mithridatis epiſtola ad Chios.

& beneuoli mihi eſſe atq; amici. Vos aũt nũc etiã latenter optimos ex uobis ad Syllã mittitis nemine ueſtrũ ut a cæteris ſibi impoſitũ oſtendẽte aut quod huiuſmodi actoꝝ opus ſit annũciante. Hos igitur imperio corporiq; meo inſidiãtes amici mei non iniuria morti condẽnarunt. Ego autẽ mulcta talentoꝝ duũ milliũ uos condẽno. Huiuſmodi cõtinebat epiſtola. Cum legatos ad regẽ mitti popoſciſſent prohibente Zenobio armis ſpoliati & filiis quos potiores habuerant, exuti tam immẽſo barbaroꝝ inſtante exercitu lachrimãtes quoq; deoꝝ ornamẽta atq; mulierũ in ſupplementũ huius oneris coacti ſunt conferre. Quibus pactis Zenobius argenti pondus impfectũ cauſatus eſſe ciues in theatrũ cõuocari imperat, & exercitu undiq; appoſito nudis enſibus cæteriſq; angeportibus obſeſſis uſq; ad mare eos deduxit, unũquẽq; ex theatro euocãs ac ſeparatim uiros ſeparatim mulieres, filioſq; nauibus imponẽs, rituq; barbarico crudeliter adducens ad Mithridatẽ miſit qui oẽs ad Euxinũ pontũ duci iuſſit. Hæc igitur in Chios acta. Zenobiũ uero Epheſii cum exercitu ad eos uenientẽ arma ante portas deponere, & cũ paucis ingredi iuſſere. Quod facere pollicitus trãſiit ad Philopomonem patrẽ Monimes, quę a Mithridate diligebatur, prę ſidẽ Epheſioꝝ a Mithridate conſtitutũ & Epheſios per p̃conẽ in cõciliũ iuſſit acciri. At illi nihil utile ab eo euẽtuꝝ expectãtes in ſequẽtẽ diẽ diſtulerũt, & nocte alios excitãtes adhortanteſq; Zenobiũ in carcerẽ coniũctũ necauerũt. Deinde interceptis mœnibus multitudine ex agris undiq; collecta ciuitatẽ in poteſtatẽ eoꝝ redegerũt. Quę intelligẽtes Traliãi & Ypapeni & Meſopolitæ & alii qdã quæ Chii ꝑtuliſſet eoꝝ caſus miſerati, patria Epheſiis operati ſunt Mithridates ex quo exercitũ ad eos q deficerãt emiſit & pleruq; in illos

Crudelitas iterata Mithridatis.

quos ſuſcepat crudeliter opatus eſt. Pro reliqs anceps & du dius Græciæ ciuitates libertati reddidit æris alieni remiſſione, p p. onē iuſſit annūciari & aduenas in quacūq; eaq; haberi ciues, ſeruos liberos eſſe uoluit ratus cū illos in unū collegiſſet, q fœnori obligabātur, aduenas pterea & ſeruos q eius principatu minus firme ſibi futuros eſſe. Interim Minion & Neoptolemus Smyrnei ambo, Cliſthenes & Aſclepiodatus e Leſbo oēs regi noti. Aſclepiodatus alias apud eū militaris ductor ordinis uiciſſim in regē cōſpirarūt. Ex qbus Aſclepiodatus cōiunctionis index ad phibendā fidē ſub lecto quodā latuit, ut myrlonē audiret loquentē. Cōſpiratoribus itaq; comprehenſis & uerbere affectis ſuppliciū de ipſis ſumptū eſt. Suſpitio igitur multos ad ſimilia impulit, & ex Pergamenis eadem meditantibus octoginta capti ſint, & in aliis ciuitatibus q̄plurimi. Ingrēs ergo Mithridates ad alias urbes nōnullos miſit quoq; induſtria publicatis ſontibus ad mille ſexcenti interfecti ſunt, uerū ex accuſatoribus ipſis non multo poſt quidā a Sylla necati, nōnulli ſeipſos interemerūt, alii cū Mithridate in pōtū pfugerūt. His in Aſia geſtis exercitū uſq; ad octoginta militū millia a Mithridate cōgregatum Dorialus in Græciā ad Archelaū deduxit qui ex prioribus ad decē millia adhuc in armis cōtinebat. Sylla caſtris ad Orchomenū poſitus contra Archelaū cū eqtatus multitudinē aduenientē cōſpexiſſet campū foſſis undiq; muniuit decem pedū in amplitudinē eductis, & accedite Archelao copias aduerſum ſtatuit. Debilius aūt pugnātibus Romanis ob eqtatus multitudinē plurimū illos adq̄quitās hortabatur ad bellū, plerūq; etiā nimis increpabat. Cum neq; illos in hunc modum excitare poſſet equo deſiluit, arreptaq; aquila camporum in medio cum ſcutiferis conſiſtit uoce intonans.

Nouus exercitus in Syllā deducitur.

Si quis nos o Romani interroget quo in loco Syllã impera-
torem ueſtrum prodidiſtis in Orchomeno pugnantẽ dicite.
His auditis copiaꝝ duces ex propriis ordinibus ad eum iã
periculo proximũ accurrunt. Aduolat, & reliqua multitudo
rubore ducta. Cõuerſione itaq; in hoſtes facta tandẽ terga
dare coegerũt. Incipiente uictoria denuo in equum relatus
ſuos circũibat, ſtrenueq; ad pugnã incitabat, quo opere finis
bello datus eſt. Hoſtiũ ad. xv. millia interiere, quoꝝ maior
pars equites fuere cum quibus & Diogenes Mithridatis fi
lius intereptus eſt, pedites in exercitũ confugerũt. Veritus
igitur Sylla ne Archelaus ut prius cum ipſe nauibus care-
ret, in Chalcidẽ ꝑfugeret campũ ab omni parte noctu iuſſit
cuſtodiri per diem non ultra ſtadiũ ab eo diſtans. Cum ad
præliũ neutiq̃ prodiret campũ in circuitu undiq; ꝑfodit. Mi
lites tum uel maxime, ut reſiduũ belli adimplerent adhorta
tus hoſtibus haud longe diſtantibus exercitũ quoq; ad ual-
lum deduxit Archelai. Similia apud hoſtes ex mutatiõe ſe-
cuta ſunt ducibus ob neceſſitatẽ hincinde diſcurrẽtibus, &
inſtans periculũ illis oſtendẽtibus, increpantibuſq; uehemẽ
ter niſi a uallo propulſarent hoſtes, numero illis inferiores.
Impetu igitur & uociferatione ab utraq; parte editis multa
inuicem egregia belli facinora geſta ſunt. Angulũ deniq; ca-
ſtroꝝ obiectis clypeis inuadẽtes Romani lacerarũt, ad quos
barbari e caſtris occurrentes intra uallũ conſtituerũt quaſi
gladiis inſurgẽtibus obuiaturi hoſtibus, neq; tamen q̃ſpiam
ingredi eſt auſus. Primus Baſillus poſterioris ductor ordinis
Fuga ac cædes barbaroꝝ. intercepit aditum, & aduerſantẽ oppreſſit hoſtem, tunc uni
uerſus poſt eum ſecutus eſt exercitus. Fit fuga primũ, deide
hoſtium cædes oritur nõnullis aduerſantibus q̃buſdã in pro-
pinquam paludẽ ſe impellentibus, nec ulterius ſuſtinentibus
impetum,

impetũ, & prece barbarica interfectores eorũ deprecantibus. Archelaus in ſtagno quodã & ipſe latuit, & ſcaphis inuectus denuo in Chalcide deuectus eſt. Eo loci quaſcunq; Mithridatis copias adeſſe cõperit, p partes inter pedites locatas mira celeritate collegit. Sylla die ſequenti ductorẽ nullũ cõ̃ na donauit, cæteris oĩbus belli pmia cõtribuit, & Boeotiã cõtinue deficientẽ depdatus in Theſſaliã ad hyberna ſe cõtulit claſſem a Lucullo uenturã oppiens. Dubius deinde quo in loco Lucullus moraretur alias naues denuo cõtrahit. Cornelio interim, Cinna & C. Mario Romæ Syllæ aduerſantibus, ac eum hoſtẽ decernẽtibus populi Romani, domũ pterea & uillas eius dirruẽtibus & amicos pariter interficientibus nihil tamẽ ſolitæ poteſtatis omiſit exercitũ promptũ nactus ac fidelẽ. Cinna Flaccũ in cõſulatu collegã ſibi aſſumẽs duabus cum legionibus in Aſiã miſit, ut Syllæ loco hoſtis indicati ipſe Aſiã inuaderet, belliq; Mithridati inferret. Cum rerũ militaris admodũ inexpertus eſſet Flaccus ultro e Senatu egreſſus eſt uir bellicis artibus inſignis cui Fimbria nomen fuit. In Brũduſio igitur morã trahentibus plurimæ naues ui tempeſtatis obſorptę ſunt, & quæ prius receſſere exercitus alius a Mithridate miſſus incedit. Supbe igitur ac crudeliter ſe habẽte Flacco in ſupplicijs pmiſſiſq; militũ exercitus eum dereliqt, & pars eorũ q in Theſſaliã pceſſerãt ad Syllã defecerũt. Reliquos autẽ Fimbria cũ Flacco tractabilior, & humanior haberetur ne deficerẽt ab eo cõtinuit. In cõductione uero cuiuſdã hoſpitii orta inter ipſum & quæſtorẽ lite Flaccus nihil iudicãs in Fimbriæ dignitatẽ quæſdam annotauit. Turbatus igitur Fimbria Romã redire uelle cõminatus eſt. Flacco autẽ ſucceſſorẽ illi ſtatuente qui hæc ipſa ingreret cuſtodiẽs illũ Fimbria in Chalcidẽ adnauigãs

Virtus Archelai.

tem, primũ qdẽ Termũ faſcibus priuauit eius loco prętorẽ cõſtitutũ a Flacco cui ut exercitus pturã dederat ita Flaccũ paulopoſt cũ ira redeũtẽ inſecutus eſt. Flaccus in domũ quandam fugiẽs nocte ſupatis mœnibus in Chalcidẽ primũ, inde in Nicomediã fuga abiit, portaſq; obſerauit. Eum inuadens Fimbria demũ in puteo latentẽ interemit Romanorum cõſulẽ belliq; imperatorẽ, cũ ipſe priuatus dũtaxat exiſteret, & ueluti amico indulgeret admonenti caput abſcidit, in mareq; proiecit, & reliquũ deinde inſepultũ abiiciẽs, ſeipm exercitus impatorẽ nũcupauit, & plia quædam nõ ignaue cũ filio geſſit Mithridatis, regẽ in Pergamũ uſq; pſecutus, & a Pergamo in Pitanẽ aggreſſus fugientẽ foſſa circũclauſit quoad rex in Mitylenẽ claſſe delatus eſt. Fimbria Aſiã ingreſſus oẽs q Cappadocũ partes ſecuti fuerãt ſupplicio affecit, & minus impio ſuo obſequentiũ regiones depopulatus eſt. Illienſibus obſeſſis ab eo & ad Syllã confugientibus Sylla ad illum accedere, & hoc tm̃ Fimbriæ dicere ſuaſerat qđ ſe Syllę dediſſent. Quibus pceptis Fimbria eos ueluti Romanorum amicos collaudauit, monuitq; ut ſe etiã Romanorum ciuẽ exiſtentẽ intra urbẽ reciperẽt, per Ironiã faſſus Romanos atq; Ilienſes inter ſe cognatione deuinctos eſſe. Ita urbẽ ingreſſus oẽs ſibi obuios occidit, urbem incẽdit, illos qui ad Syllam legati ierant uarie cõfecit, nullis pterea ſacris pepcit, neq; q iis ad Palladis tẽplũ cõfugiſſent, qs cũ tẽplo ſimul igne cõflagrauit. Diſiecit & urbis mœnia & ſequenti die oia diligẽter colluſtrans oculis an aliqd ex urbe ſupeſſet adhuc inueſtigauit. Hæc igitur deteriora iis quæ ab Agamẽnone olim ptuliſſet ab cognatis paſſa Ilienſiũ ciuitas funditus interiit, ut nullũ illis domiciliũ nullũ templũ, ac ne ſtatua quidẽ eſſet reſidua. Palladis quippe ſacrariũ q Palladiũ uocãt & a Ioue miſſum

Flaccus cõſul a Fimbria interimitur.

Fimbria ſe ipſum imperatorẽ nuncupat.

putant oraculum tunc illæſum inuentũ referunnt, Parietibus ſupra ipſum delapſis, & undiq; operientibus, niſi Diomedes illud & Vlyxes bello Troiano, ut aiunt ex urbe ſuſtulerunt. Hæc igitur a Fibria in Illiẽſes geſta tertia & cẽteſima olympiaue tũc primũ finiente, quod nõnulli arbitrãtur poſt Agamẽnonẽ mille & quinquaginta annis huic urbi occidiſſe. Mithridates ex quo cladẽ ad Orchómenũ acceptam intellexit animo cõſiderãs quantã a principio multitudinẽ in Græciã miſiſſet, quã ue in pſenti eſſet habiturus & in breui interitum omniũ ſibi affuturũ putans ad Archelaũ miſit, ut quoad liceret honeſtiores belli inducias ſtuderet adipiſci. Is ergo cũ Sylla in colloquiũ delatus hæc inqt. Amicus uobis paternus exiſtens o Sylla Mithridates rex ob aliorũ impatorũ auaritiã coactus eſt decertare ob tuã aũt uirtutẽ finẽ huic bello cupit imponere, ob quã iuſta illi imperaturũ te eſſe nõ dubitat. Sylla igitur ob nauiũ defectum, ac pecuniarũ inopiã q̃ nullæ mittebãtur, cũ nihil reſidui ex domo euẽturum ſperaret ab inimicis hoſtis iudicatus abſumptis iã iis quæ in Pythia Olympia & Epidauro fuerãt pecuniis pro qbus æquo iure ſacris locis dimidiũ Thebanæ regiõis attribuerat. Sæpenumero hoſtibus ob diſſentionẽ deficiẽtibus ab eo exercitũ incolumen tutũq; quoad liceret abducere feſtinãs ad inducias cũ hoſtibus acceſſit hæc inquiẽs. Licuit o Archelae Mithridati iniuria paſſo ob ea quæ patiebatur legationẽ emittere. Sed cũ inique agens tam immenſas aliorũ occuparit regiones, tantã uirorũ occiderit multitudinẽ quæ cõmunia & ſacra urbium fuere, priuata quoq; interfectorũ ad ſe uendicans eaq; ex cauſa in pprios amicos ut ipſe ſimus in fide ſe exercẽs plurimos necarit & tetrarchas quos contubernales habuit nocte una cũ mulieribus & liberis a qbus nũq̃ oppugnatus fuerat neci de- Syllæ uerba ad Archelaum.

derit, in nos deniq; naturā magis hoſtilē & inimicā q̄ neceſſitatē ullā belli oſtēderit, uniuerſas malo℞ calamitatibus Italos qui in Aſia fuere pſecutus ſit, nec ſolū uiros, ſed & mulieres & filios ſeruoſq; quicūq; Italici generis cenſerēt eſſe, tm̄ Italo℞ cōtraxit odiū, q nūc nobis paternā ſimulat amicitiā, ut neceſſe fuerit tot millia, ut recordamini e nobis ſub me cōcidere atq; debellari, pp quæ merito nullā in rebus noſtris fiduciā debuit apponere. Tui aūt gratia intelligo eūdē a Romanis ueniā adipiſci cupere ſi tamē re ipſa cupit ignoſcere. Sin uero & nunc ſimulare ante tēpus eſt tibi Archelae hæc ipſa pſcrutari & diligēter animaduertere quēadmodū præſentia erga te et illū ſeſe habebāt. Scrutari etiā qbus ille amicis & beneuolis utatur nobis, Eumene & Maſſiniſa, Hæc illi referēte Sylla experimētū obtulit, & ueluti turbatus tradentē ſibi inquit imperiū nō proditu℞ te eſſe exiſtimo, ſed cōciliatu℞ ſe tibi ſi ęqua imperaueris. Cū aliquātulum cōticuiſſet

Cōditiōes a Syllæ requiſitæ.

Sylla ſic effatus eſt. Si exercitū quē habes Archelae nobis integrū tradet Mithridates prætoreſq; noſtros reddet tū legatos & captiuos, trāſfugas porro ac mancipia quę a nobis aufugere, & chios ultra hos & quoſcūq; in pōtum alios miſit, cuſtodias e munitionibus omnibus eduxerit iis exceptis quæ ante fœdera iſta tenuit, belli præterea impēſam eius cauſa a nobis geſti integre pſoluerit, & intra paterni regni fines ſe reduxerit ſperamus Romanos nō ulterius in eū mouros arma. Hæc igitur Sylla locutus eſt, Archelaus uero cuſtodias e locis omnibus amouit. Pro cæteris aūt ad regē miſit. Sylla interim præmiſſis uacationē ſtatuens Enetos, ac Dardanos &

Eneti in Aſia.

quaſcūq; Macedoniæ finitimas gentis, quæ Macedoniā aſſidue inuaſerāt depopulatus eſt, exercitūq; in hyberna deducto pecunias omni ex parte contrahit. Aduenere interim a

Mithridate legati qui hęc dicerēt regē uolūtati eius pręterq̄ in reſtituēda paphlagōia parere uelle cū multo plura a Fimbria ſi cū eo de pace agere uellet poſſet conſequi. Ea oratione perturbatus Sylla & Fimbriā pœnas daturum eſſe & ipſi in Aſia exiſtēti ſatis patere dixit utrum his pacis cōditionibus an bello potius indigeret mithridates. Quibus dictis ad cypſelia ꝑ thraces deduxit Lucullo ad abydū pręmiſſo. Iam.n. ad illū redierat, qui cū pluries a piratis pene foret intercepeptus claſſem quēdā in unū cōgregās ex cypro, Phœnice, Rhodo, & Pamphylia, & plærūq; hoſtes inſecutus. Mithridatis etiā naues mari aggreſſus oppugnauerat, Sylla igitur ex Cipſeliis & Mithridates e Pergamo, cāpi cuiuſdā in medio cū paucis in colloquiū uenere, exercitibus utraq; ex parte ſpectātibus. Fuure aūt Mithridatis ſermones amiciciæ recordationes propriæ & ſocietatis paternæ cū Romanis & de legatorꝶ miſſione, ducūq; accuſationibus ob inſultus in eū neqter factos cū Ariobarzanē in Cappadociā ducētes Phrygiā ſibi abſtuliſſēt. Nicomedē inique in eū agētē punire neglexiſſēt, & hęc inquit pecuniarꝶ cauſa ab illis facta ſunt, quæ inuicē a me & ab illis receperūt. Quod quiſpiam fortaſſe ueſtrū o Romani nō inboneſtū duceret, quibus lucri ineſt cupiditas. Ingruente igitur a ducibus ueſtris in primis bello quæcunq; operatus ſum neceſſitate magis fecīſſe fateor q̄ uolūtate. Hæc effatus Mithridates loq deſiit. Sylla deinde ſermoni eius reſpōſum in hūc modū ꝓbuit. Ad alia inqt nos aduocas, o rex, ueluti qui ꝓpoſita in primis diligis, neq; dubitas de his q̄ breuiſſime uerba facere. Ego Ariobarzanē in Cappadocia induxit Ciliciæ imperans, & hoc Romanis ſtatuentibus, & tu nobis paruiſti. Neceſſe igitur fuit reſpōſum nobis reddere non aūt admonere nos, neq; iāpridē cognitis cōtraria imponere.

Cypſelia

Mānius. Phrygiā tibi Mānius dedit pecunia corruptus, quod cōmune utriſq; delictū fuit, & tu idē cōfiteris non iuſte eā ex huiuſmodi ambitu accepiſſe, uerū Mānius & in aliis duoq; apud nos ob pecuniā geſtis repudiatus eſt, & oīa a ſenatu diſſoluta ſunt. Eadē ratione & Phrygiā impie tibi traditā nō tributo ob noxiā eſſe uoluit, ſed ſuis legibus immunē degere. Quibus ex cauſis nos bellū aſſumētes minime dignū arbitramur te huic

